

ECHINADVM NAVMACHIA,

IN QVA B. VIRGINIS PRECIBVS
de innumera Turcarum classe insignis di-
vinitus est reportata victoria.

AUCTORE

R.P.F. PETRO VILLAROELE STYLITANO
Theologo, Min. Strict. Observantia, Prouin-
tia Neapolitana, Academico Otioso.

Cum Indice rerum notabilium.



CVM LICENTIA SUPERIORVM.

NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorigij.
M. DC. XIV.

Serenissimo

PHILIPPO III.
AVSTRIADÆ

Hispanorum Regi Inuictissimo.



FRATER PETRVS VILLAROEEL
*Stylitanus Min. Strict. Obser. Custodiae
Neapolitanae M.P. Salutem.*



T si variae de modo res
bene gestas laudandi
exortę fuerint opinio-
nes (Rex inuictissime)
mihi tamen nō minus
pulcherrima, quā
optima est visa semper
doctis. Plutarchi sen-
tentia, ad Niclochen
optimi Euagrę filium
scribentis de magnifica, variaque paternarum
pompa exequiarum quā maximē sollicitum,
asserentis, spectacula, ludos, Musicorum, athle-

4
tarumq; copiam, equorum cursus, triremumq;
conflictus, & similia in paternis exequiis cele-
brandis, optimæ vitæ, rerumq; bene gestarum
narrationis comparatione apud paternos ma-
nes quasi sordere: impensæ siquidem magnifi-
centiam facientis, & spectacula, eorum, qui ta-
lia agunt, virtutem indicant, non laudandæ vi-
tæ excellentiam. Optimæ verò vitæ laus ma-
gnanimorum Heroum, rerumq; bene gestarum
magnificentia siue soluta oratione recensita,
siue poetico ornata decore, gloria eos viuos,
fama immortales, magnanimis æmulandæ vir-
tutis scopum, successoribus proprijs exuperan-
dæ gloriæ stimulum, cunctis denique non so-
lum admirationem, sed summam in eos obser-
uantiam derelinquit. Nos igitur (Serēnissime
Princeps) qui tuorum non solum optimam vi-
tam, factaq; inclyta huic nostræ Naumachia;
eo modo, quo potuimus, inserenda curauimus
tanquam lucidissimum magnanimorū heroum;
magnorumq; Regum æmulandi speculum, ve-
rum etiam singularissimam tantæ victoriæ glo-
riam cęlesti numine propitio, insignemq; de de-
uicta Turcarum innumera classe triumphum,
inuictissimorum Austriadum familiæ gloriosis-
simæ, tanquam Othomanorum Tyrannorum,
cæterorumq; sēctissimi Christiani nominis im-
piorum hostium fatali ruinis à D. Opt. Maximo
Sanctissimæ Virginis precibus concessum, te-
nui quanquam musa, decantauimus, memores

singularissimæ deuotionis tuæ, & beneuolentiæ
 in Seraphycam Sanctissimi Patris nostri Fran-
 cisci Religionem (tuorum magnitudo benefi-
 ciorum, & pius affectus, continuaq; protectio
 testantur) ac non mediocri amoris in exules
 Musas, quo eorum asylum diceris, flagrantisq;
 desyderij reuocandi hac nostra tempestate de-
 perditum scientiæ decus, & meæ humillimæ in
 hanc augustissimam familiam continuæ obser-
 uantiæ à teneris annis (inçlyta gloriosissimorū
 Austriadum fama virtutum, & mea naturalis
 subiectio, nec nō ex Hispana familia Villa Roe-
 le paterna origo vehementer inducunt) hoc
 opus, quod Echinadum Naumachia inscribi-
 tur, Beatæ Virgini dicatum, inuictissimo, glo-
 riosissimoq; tuo nomini, tanquam vero, deuo-
 tissimoque ipsius Virginis Sanctissimæ famulo
 nuncupauimus: quo non solum nostrum in
 Maiestatem tuam clementissimam amorem in-
 tegerrimum, sed etiam humillimam obseruan-
 tiam patefaceremus. Siquid tamen rude, &
 minus dignè gloriosissimis Austriadum gestis
 fuetit dictum (auguror enim) temporis mise-
 rere, benignissime Princeps, artissimam Sera-
 phycæ regulæ obseruantiam inspiciens; vbi his
 Musis otium non datur. Quis enim incompa-
 rabilem Serenissimorum Austriadum virtutē,
 incredibilemq; prudentiam tum belli, tum pa-
 cis in rebus agendis ignorat? quis tot insignes
 de hostibus effusis triumphos, ac terra, mariq;

Victricia nesciat arma? quis tot Duces magna-
nimos, tot Reges inuictos, tot Diuos semper
Augustos, & insuperabili pietate graues, & in-
violabili iustitia sublimes, supremoq; Sanctæ fi-
dei tum rebus, & regnis, tum proprio sanguine
tuendæ non agnouit ardore succensos? hercu-
leos horum tranſiit gloria fines; claraq; per-
petuis uiuet fulcita triumphis. Quid gloriosissi-
ma Austriadum familia excellentius? Quid in-
uictissima eorum dextera fortius? Quid augu-
stissimo felicissimoque auo tuo Carolo Quinto
Cæsare inuictissimo orbis domitore mirabilius?
Quid diuino penè Philippo genitore tuo Ita-
lorum pacis tutore integerrimo gloriosius?
Quid his duobus (vt cæteros sileam; de quibus
lib. x.) in mundo simile: qui religione Numam,
ardore fidei Constantinū, religiositate Theo-
dosium, pietate Constantium, Imperij Maiesta-
te Priamum, excellentia Assuerum, animi ma-
gnitudine Alexandrum, iustitia Brutum, paciē-
tia Marcellum, autoritate Scipionem, clemē-
tia Q. Flaminium, grauitate Pompilium, fidei-
tate Fabritium, patriæ pietate Curtium, grati-
tudine Mithridatem, amore fraterno Tiberiū,
miseriordia Fabium Maximum, fidei obser-
uantia Attilium, benignitate Vespasianum, be-
neuolentia vrbis delicias Titum, bonitate Ner-
uam, humanitate Traianum, in eruditos ma-
gnificentia L. Lucullum, munificentia Adria-
num, modestia Antoninum Pium, animi gene-

rofitate Antónium Verum, virtutum cumulo
 Alexandrum Seuerum, verecundia fancta Spu-
 rinam, moribus Socratem, confiliis Nestorem,
 prudentia Agamemnonem, gloriofis inceptis
 Herculem, triumphis Pompeium, fortuna Cæ-
 farem, felicitate Augustum, eximio deniq, anti-
 quiffimi generis Regum, Diuorumq; splendo-
 re, incomparabiliq; familiæ nobilitate, cuncta-
 rumq; virtutum cumulo supereminet omnes?
 Quid etiam sereniffima (de qua lib. 1.) inuictif-
 fimi Aui materna origine præclarius? Quid tot
 Ducibus, ac gloriofiffimis Hispaniarum Regi-
 bus religiosius; quorum fama illuftriffima trans
 vltima Oceani claustra profertur? Bætigenū cā-
 pi, Hispanæq; oræ toties à sanguine Maurorū
 oblitæ testantur, plenique eorum offibus agri.
 Sic ex vtraque domo Martis, & Mineræ, fan-
 ctitatisque tot clariffima lumina emicuerunt:
 quorum gloriofiffimi sanguinis certiffima pro-
 les, tantarumq; virtutum vnicus hæres, hucusq;
 vt flos pulcherrimus, cælefi rore perfufus, os
 aureum extulifti, eximiæ fpem venturæ gloriæ
 præmittens. Te ergò in fuauiffimi odoris fru-
 ctum non folum Pierides expectant; quas serē-
 ni vultus hospitio excepiffie fortaffe non pige-
 bit; cū magnanimorum heroum nomen à
 mortifero temporis dente, fituque vendicent,
 viuum fama femper vbique feruantes; fed totus
 etiam exultans Christianus orbis efflagitat; vt
 à miserabili Barbarorum tyrannide eripias, vel

ab eorum formidine soluens. Sic in te vnum conuersi omnes, te patrem, libertatem, deliciasq; morantur: Te etenim penes Imperium Romæ, in te res Christiadum inclinata recumbit, Sanctæ fidei fidissime Defensor. Quid namq; tua dextera potentius? Quid tua potentia sublimius? Quid Reges inter tua pietate sanctius? Quid tua religione, & in sanctam sedem tua obseruantia deuotius? Quid tua in Sanctissimum Patrem, & Dominum Christicolarum, & deuotione, & obedientia præclarus? Quid denique tua Maiestate augustius; quam tantorum tot circumdant insignia Patrum, propriarumq; virtutum præconia? Te ergo Pater Austriades, iustitiæ speculum, te auus, Martis specimen, te Maiorum gloria gloriosissimis excitat, quin sollicitat inceptis; ac Romanus Orbis exorat: ius cuius felicissimis auspiciis, augustissimoq; nomine aurea sæcula expectat. Aspicere fidei sanctæ potentissime Defensor; numquæ spiritu forsan dictante dicta sunt ab Alandro lib. 10. euenerint? patet ex deuicta illa innumera classe Turcarum ruinæ principium, Tyrannorumq; Othomanorum ingentem ex tunc cecidisse superbiam; cætera etiam quam sint facillima cœlesti numine propitio, perspicuum est omnibus. Meminerit optimè clementissima Maiestas tua, hanc Serenissimam Familiam à vera pietate, sacratissimaq; Religione exordium suæ magnitudinis sumpsisse; tantaq;

celsitudinis incrementa à continuata ex animo
 Sanctæ fidei inuiolabili defensione recepisse.
 Nec sine superni numinis nutu Serenissimam
 Reginam Margaritam florentibus annis, om-
 nisq; virtutis cumulo ac splendore micantem,
 ad cælos euectam fuisse, reor, tam pulcherri-
 ma, felicissimaq; prole relicta; nisi quod tu, Re-
 ligiosissime Princeps, Sanctæ fidei impiorum
 hostium fatalis heros, Tyrannorumque augu-
 stissimus triumphator existens, sis Romano Im-
 perio, sacratissimisque Sacræ fidei fascibus du-
 ce cœlesti numine submissurus orbem. Sed
 quid obstat? quid deest? Eia age, excita poten-
 tiam tuam Sanctissimi Christiani nominis ini-
 quorum electissime domitor: parata sunt ete-
 nim omnia: nec ipsis inceptis superno auxilio
 deerit misericordiarum clementissimus Pater:
 nec tam sancto acquirendarum zelo animarum
 B. Virginis potentissimæ preces, nec cœlestiū
 deuotissimæ orationes; nec Christicolarum
 feruentissima vota; piæq; lacrymæ cessabunt.
 tunc feliciori calamo tua gloriosissima gesta
 cantare licebit; tunc resonabunt montes, &
 arbuta camænis; tunc viridi stillabunt ilice
 mella: tunc exaltabitur dominus Deus noster
 solus in die illa; & laus eius ab extremis terræ;
 quia idola, & hostes eius penitus conterentur.
 Echinadum Naumachiam intereà eo animo
 (clementissime Rex) accipe; quo deuotorum
 famulorum soles obsequia. Serenissimam

Maieſtatem tuam Deus Optim. Max. ad ſupremam culminis magnitudinem, feliciffimamq; tandem ſuper æthera euehat. Dat. in Regio Conuentu Sanctæ Crucis Neap. 3. Id. No- uembris. M. DC. XIII.



Author

A D B. VIRGINEM DEI MATREM.



Inter cætera, quæ in scripturis sanctis Deo Opt. Maximo gratissima dignoscuntur (ut tu melius Virgo clementissima nosti) iugem beneficiorum ipsius memoriam potissimum obtinere locum, nō mihi solum, sed perspicuum est omnibus: nec aliud à nobis de tot tantisq; beneficijs benignissimè collatis, nisi hanc præsertim cum debita laude, ac gratiarum actione exposcere videtur: inuoca me, (inquit) in die tribulationis; erua me; & honorificabis me, & quidem sacrificio laudis; quæ in clara diuinæ virtutis noticia cum elocutione consistit. Hinc ad illius singularissimi memoriam beneficij recolendam ipse populo suo à domo ferrea, duraque Ægyptiorum seruitute crepto protinus inuaxit: & eris (inquit) quasi

Psalm

Exod.
6.13.

quasi signum in manu tua, & quasi monu-
 mentum ante oculos tuos: in manu enim
 fortie duxit te dominus de Ægypto. In-
 dignus est etenim dandis, qui (teste fa-
 mulo tuo B. Gregorio) grates non agit
 de datis, quod etiam olim Iudæorum gē-
 tem supremi illius muneris memorem,
 quandoque præstitisse sapientia his ver-
 bis attestante cognoscimus: decantaue-
 runt domine nomen sanctum tuum; &
 victricem manum tuam laudauerunt pa-
 riter. Nos igitur, qui tot, tantaq; bene-
 ficia hac nostra tempestate (vt cætera
 fileam) ad clementissimum misericordia-
 rum patrem, totiusq; consolationis deū
 nostrum in tempore angustie, tribulatio-
 nisq; magnæ sub tutissima tui gloriosissi-
 mi nominis protectione confugientes, à
 pia benignissimi omnium bonorum lar-
 gitoris dextera diuinitus accepimus, nec
 pietas, nec deuotio, nec ratio, nec gratia-
 rum, beneficiorumq; magnitudo silere
 patitur: quin ad diuinas laudes, tibi que
 dignas tanto munere grates persoluen-
 das quam maximè vrget, tantumq; mise-
 ricordiarum cumulum perpetuum cor-
 dibus imprimendum. Quid enim hoc sin-
 gularissimo diuinæ clementiæ dono ex-
 cellentius; quod in nos tuis sanctissimis
 precibus nuper effulsit: dum orientalis

bellua terra, mariq; Romanum orbē ore
 cruento, animis infensis, armis ferē inui-
 ctis, rapidis flāmis, feralibus gestis, omni
 crudelitatis, impietatisque genere perfe-
 quens, agros frugibus, viris oppida, ciui-
 bus vrbes, sacras vastabat & aras, ad
 Echinadum scopulos de hoc immanissi-
 mo hoste, innumeraq; Turcarnm classe
 deuicta felix, ac celeberrima diuinitus
 nobis est parta victoria; qualem Nauma-
 chia aliqua vnquam hucusq; non repor-
 tauit, sanctissimumq; Crucis trophæum
 duce te prostratis hostibus resplendit
 exaltatum? sic velut altera fēderis arca. *Iob 6.*
 per ora, intimaq; corda seruatorum tuorū
 deuotissima cum exultatione circumdu-
 cta, mysticos hiericuntinos muros, hosti-
 lesq; acies strauisti pro tuis famulis inui-
 cta bellatrix, terribilisq; vt castrorum,
 acies ordinata: verē dextera tua, domina,
 magnificata est in fortitudine, verē dex-
 tera tua, Virgo potentissima, percussit *Exod.*
 inimicum; & in multitudine gloriæ tuæ *c. 15.*
 deposuisti aduersarios tuos: etenim tu
 omniū Regina inclyta, ac semper trium-
 phatrix Augusta caput orientalis serpen- *Gen.*
 tis contriuisisti; nouique Olophernis iugu- *c. 1.*
 lum obtruncasti, ac Byzantinum Sisaram *Iud. 13.*
 peremisti, velut sapientissima Tecuities *Iud. 4.*
 mysticum Absalon vero patri David re- *2. Reg.*
14.

Hest. 9. concilians, veraque Serenissima Hestet
occisis hostibus. populum tuum ab hian-
tibus sanguineæ mortis faucibus eripiēs
incolumem. verè vna es, & omnia potes;

Sap. 7. Virgo prudentissima; verè dedit tibi
Ecc. 17. Deus potestatem eorum; quæ sunt super
Ecc. 24. terram; quin & in cœlesti Hierusalem po-
Alb. M. testas tua; cum sis eiusdem Regni cum
Psal. Aug. Ber. Deo Regina potentissima, assistens à
dextris eius in vestitu deaurato virtutū,
& gratiarū omnium circūdata varietate.
Frustra itaque, qui te non habet, cætera
conatur habere: ideoq; ad te respiciunt
vniuersi tāquam ad causam vniuersalem
omnium, ò Regina gloriosissima, & Im-
peratrix omnium; & tu das omnibus;
succurris omnibus; & à te accipiunt om-
nes: tua enim copiosissima caritate sa-
pientibus, & insipientibus te debitricem
fecisti, omnibus misericordiæ tuæ sinum
aperiens; vt de plenitudine tua omnes
accipiant; nec sit qui se abscondat à calo-
re tuo. verè tu gloria Hierusalem, læti-
tia Israel, honorificentia populi nostri, ò
cœlestium domorum, diuinarumq; gra-
tiarum clementissima dispensatrix: Tu
etenim patrona humani generis, tu cun-
ctis afflictiis medica singularis: tu cella
aromatica, ex qua omnium vulnerum
nostrorum medicina profluxit, per quam

generalis omnium est celebrata curatio.
Nonne per te accessum habemus ad dul-
cissimum Filium tuum, Dominum nostrū:
teste famulo tuo, Diuo Bernardo? Nun-
quid aliqua nobis poterit esse repulsa, si
habemus te ante Filium tuum clementissi-
 mum, ei maternum pectus, sacratissimaq;
vbera monstrantem, ò benedicta inuētrix
gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, ac po-
tētissima nostra mediatrix ad Dominum?
Nonne in te omnis gratia vitæ, & virtutis?
Eccles. 24. Nonne clementissimus mise-
ricordiarum Pater deducit nos per huius
mundi desertum in clarissima protectio-
nis tuæ nube, meritorumque tuorum, ac
tota nocte huius sæculi in illuminatione,
ignis maternæ charitatis tuæ? Sileat mi-
sericordiam tuam, Virgo purissima, vt ait
Bernardus, si te inuocatam in necessitati-
bus suis, meminit defuisse. Quoties alma
Roma tum belli, tum pestis in calamitati-
bus inuocatum, misericordiæ tuæ est ex-
perta auxilium? Ostia Tibarina, Roma-
naque littora pium exercitum contra in-
numeros hostes, sub tutissima protectione
tua militantem, nonne videre victorem?
Nonne effusis bello Mauris dextera tua,
exultauit Gallia tota, quin Romanus or-
bis? Nonne toties præsens auxilium tuum
aduersus tot Barbaros sensit Hispania?

Quæ

Quæ regio misericordiæ Matrem te non agnuit? Mille clypei pendent ex te, omnis armatura fortium, o Christicolæ gentis tutissimum asylum. Cui ergo, Regina clementissima, in tanta animi alacritate, tantæq; lætitiæ cumulo diuinitus concessæ, diuinas laudes filere, ac tantorum bonorū largitori clementissimo debitas gratiarum actiones non soluere, dulcissimoque nomini tuo profundissimam ex animo reuerentiam non exhibere, debitaque tantæ pietatis tuæ præconia non extollere, permittitur? Taceat ingratus; fileat indignus, si tamen poterit: est etenim lætissimi, optimiq; dies nūtij; si tacuerimus, merito sceleris arguemur, acceptisque donis priuabimur. Idcirco Sanctiss. Greg. XIII. tanti beneficij æternus memor effectus, ingentes Deo laudes indicere, diuinæ misericordiæ præconia referare, debitasque gratiarum actiones exoluere, nunquàm conticuit, tanti magnificentiam doni tuis sanctissimis meritis agnoscens, tuisq; potentissimis maternis precibus tantā victoriam nobis diuinitus concessam in institutione diei festi Sæctissimi Rosarij testatur, qua vniuersum populum Christianum ab impijssimi tyranni faucibus diuino munere ereptum fuisse, confitetur, festumq; hoc solenne ad tantæ victoriæ cælitus procul-

dubio

dubio concessæ memoriæ recolēdam, & gratias Deo, & tibi, Virgo potentissima, agendas tanquam iuge ac perenne memoriale: voluisse in Orbe Christiano; multisque in locis Ecclesias sub nomine S. Mariæ de Victoria construi, solennitatemq; celebrari quotannis maximam cum exultatione concessit: & nos ad tuam laudem, Mater clementissima, munus hoc celebrandum, ac quoecunque deferendum, conservandumq; Mæsis commisimus; sacratissimoque tuo nomini nuncupandum, curauimus, tanquam tuum facinus gloriosissimum, memores enim voti ex animo pro recuperanda valetudine facti; dum Neocastri animam ageremus; ac per biduas noctes cum quibusdam alba veste indutis, incertum vigilantes, magna cum animi lætitia de huiusmodi nūcupatione enixè tractaremus. piis subito affuisti, Virgo clementissima, votis nostris: & nos cum debita gratiarum actione, maximaq; reuerentia suppliciter vota nostra soluimus, materno ergò accipe, oramus, affectu; & me, famulosq; tuos omnes, Romanumque orbem à cunctis hostibus protege; & hora mortis suscipe, vt debitas Deo Opti. Maxi. dulcissimoque Filio tuo gratias agentes, æterno eius amore tecum perfruamur. Amen. Dat. Neap. in Conuentu Sanctæ Crucis. Idib. Octob. M. DC. XIII.

Author

AD PIVM LECTOREM.



T si à Sanctissimis perfectæ Observatiæ Seraphicæ Religionis institutis (câdi de lector) poësis videatur extranea: cum domini tantum sanctissimis vestigijs, dulcissimisque sacratissimæ Crucis amplexibus inhærens, veròq; mundi contemptu consistens hæc Religio sanctissima, à terrenarum rerum ambitu, sæculariumq; curarum strepitu sit longè semotâ; attamen non gloriæ vanæ, fragilisq; laudis studio id me fecisse, scias, oro, cum divini honoris amor, ac B. Virginis huius miraculi gloria, tantique beneficij memoria ad hoc opus arduum allexerint animum; hominesq; magis rythmo, quam prosa delectari, perspicuum est omnibus. neque hoc opus paucis antè diebus composuimus; sed dum vitam sæcularem ageremus. nec sine ipsius Beatæ Virginis nutu id factum fuisse, reor: decimum enim septimum vitæ sæcularis annum agens, hoc opus versibus incôptis Styli intexere cœpi: sed grauioribus legum studijs paterno

paterno iussu addictum Neapoli furtim noctu
 Musa trahebar ad opus. Patauij tandem non
 nulla artis Poeticæ doctissima erudimenta à
 summis Grāmaticis Antonio Riccobono Fer
 rariensi, & Iacobo Denore Patricio Cyprio
 nobilissimo didici: sed varijs casibus per Emi
 liam (sic visum superis) Galliamq; togataff
 iactatus, multisq; ærumnis confectus, tum Me
 diolani apud Illustrissimum Comitem Ioan
 nem Baptistam Serbellonum in me mira pieta
 te, paternoque affectu florentem aduersa vale
 tudine exagitatus, opus non solum intermisi;
 sed multoties à me longè dimisi; incolume ta
 men semper (sic Deo disponente) accepi. Ge
 nauæ tandem Sanctissimæ Franciscanæ obser
 uantiæ habitu suscepto, præstantioribus
 triusque Philosophiæ lucubrationibus Neapoli
 Maiorum authoritas animum addixit; aliquan
 doque etiam sacrorum Canonum, quandoque
 vtriusque Phylosophiæ authores interpretan
 di onus iniunxit. Ast vbi quasi furtim ad amæ
 niores Musas regressus æstiuo tempore aliqua
 tulus est nobis concessus, opus intermissum,
 quasi reliquias sortis aduersæ, ac temporis, ad
 repellendum ignobile otium, somniq; potius
 torpedinem, inuisimus: multa inde abstulimus;
 multa mutauimus, multa quoque addidimus:
 non tamen ad optatam ex nostri animi senten
 tia metam perduximus, sanctioribus, magisque
 necessarijs occupationibus impediti, longaque
 aduersa

aduersa valetudine confusi, nec non arctissimæ
 obseruantiaē Seraphicæ regulæ adeò addicti;
 quod non solum rerum, sed etiam temporis re-
 manimus egeni; librorumque inopia dudum
 laborauimus. acutiori itaque lima poliri; multa
 demi, multa quoque addi, ad melioremque fru-
 gem, fateor, posse perducī: sed temporis fugien-
 tis miserere. (benignissime lector.) vitæ pau-
 perculæ, arctissimi instituti, animique religio-
 sioribus occupationibus impediti: inuitabili
 namque tot carissimorum amicorum impulsu,
 veterumque familiarium ceterum, conciuumque
 assiduis precibus coacti, sed Beatæ Virginis
 laude potissimum, cuius intercessione sancta
 hæc insignis nobis est diuinitus parta victoria;
 totque magnanimorum heroum virtute, neu-
 eorum famam eximiam, nomenque gloriosum
 tempus edax rerum in Echinadas pariter ob-
 ruat undas, succensi, inter paruula sacramen-
 tarum æstiuæ temporis otia correximus;
 qualiter potuimus: atque in lucem ad Dei lau-
 dem prodidimus. Intentio igitur nostra ad
 Dei Optimi Maximi laudem, ac Sanctissimæ
 Virginis reuerentiam, utilitatemque Christia-
 norum dirigit opus; ut in necessitatibus po-
 nant omnem in Deo suam spem suam; atque
 clementissimam humani generis patronam,
 famulorumque suorum protectricem euigilan-
 tissimam humiliter implorent; & ne obliuiscan-
 tur operum Domini, & multitudinis miser-

cordiarum eius. Tum Reges, & Principes
 (cum tulerit occasio) ad similia vota, gestaque
 accendantur: pijs etenim illorum votis idem
 pius pater auxilio sancto non deerit. Sed quid
 sub felicissimis auspicijs Sanctissimi Domini
 nostri Pauli Quinti huiusmodi sanctam in com-
 munes hostes expeditionem fieri prohibet?
 ecce regiones Orientis albæ sunt ad messem
 detruso ad inferos Tyranno; quid Christicolæ
 messores, & coelestis vexilli milites cessant?
 nunquid bella gerimulos habitura triumphos
 sit placitum; terramque sacro sedare cruore;
 Christicolis sternenda foret cum tota trophæis
 Barbara progenies, reuocandaque culmina
 sceptris? nunquid abbreviata foret manus Do-
 mini famulis suis pro sanctissimo eius honore
 decertantibus? nunquid pro quærentibus glo-
 riam sanctissimi nominis eius virtus Domini
 Sabaoth est infirmata? nunquid inuictissimum
 gloriosissimæ Crucis vexillum est debilitatum?
 salus animarum vos accendat, o Principes;
 sanguis Christi sacratissimus vos inflammet, o
 Reges; urgeat vos charitas Christi, o Sanctis-
 sime Christianorum Pater, & domine, illustris-
 simeque Cardines terræ, super quos Deus repo-
 sit orbem terræ, quæ carissima sit salus ani-
 marum dulcissimo Iesu Domino nostro; iam
 scitis; & quæ gratissimam illi vos facturos in
 quærendis animabus eius preciosissimo san-
 guine redemptis, non ignoratis. heu quando

securus peregrinus noster suppliciter venera-
 bitur sacratissima Domini nostri Iesu Christi
 vestigia; optata, dulcissimaque terræ sanctæ
 oscula figens? quando pijs effusus lacrymis in-
 tima cordis cum exultatione dicet; hic steterūt
 pedes Domini? hic pro me Crucifixus? hic pro
 me sepultus Redemptor meus? hinc ascendit
 in cœlum paracletus meus? hic clementissima
 cœlorum Regina, Mater, & Domina nostra
 habitavit? hæc loca inuisit? cur pius Christia-
 norum animus tanto solatio priuatur? en cu-
 nabula sacratissima Christi canes possident, &
 Principes. Dominus sua pietate visitet popu-
 lum suum; & redimat plebem suam. Interea eo
 animo hoc opus accipias, oro, candide lector;
 quo inscribitur: si qua tamen videntur more
 poetico sub velamine dicta; ne mysterio care-
 re, putes, velim; misericordia etenim Dei, vel
 eius cōtra peccatores iusta indignatio, vel mo-
 res optimi Principis, vel aliquid aliud morale
 designatur; vel sub aliqua intētionē dicitur; ve-
 lut illud lib. 2. dulces forsā passurus amatæ
 coniugis amplexus. quomodo ergo dulcis am-
 plexus, & amatæ coniugis, si patitur, & abhor-
 ret eius matrimoniales amplexus; sed prudens
 lector attendat; quod tam miles, quàm quilibet
 alius regulariter de iure naturæ diligit vxorem
 iuxta illud Gen. 2. quamobrem relinquet ho-
 mo patrem suum; & matrem suam; & adhære-
 bit vxori suæ; & erunt duo in carne vna, sed

miles; vt miles non debet appetere ea; quæ minuunt; & eneruant vires; & militiam corrumpunt; vt sunt huiusmodi delectationes carnales. vnde secundum Solinum Annibal sic conquestus est de suis militibus Capuæ effeminatis; dedi viros, & fœminas accepi: vt vix hostium præda non fierem: hinc adagio datus est locus; Capuana libido, id etiam signabant Prisci in Marte & Venere in complexibus à Vulcano vinculis ferreis minutissimis constrictis, militem scilicet totius corporis lassitudine ab igne venero eneruari. diligit ergo miles vxorem, non tamen amplexus tempore militiæ saltim quanto magis supremus Dux & Imperator militiæ?

Sic etiam videtur absurdum, vnius familiæ duas esse genealogias: attamen non duæ propriæ, sed duæ persuasiones sunt potius. hic etiã dicta à dæmonibus, & à Lucifero repetita superfluè videntur: sed hoc factum est ad maiore inflammationem odij, maiorisque iræ contra Christianos; quoniam eorum memoria magis accedit dæmones in genus humanum longè eis inuisam? Videntur quoq; epipsodia longa, & epiteta qua si superflua: sed est Græca facundia naturalis: author enim graius Aulonius oriundus est in magna Græcia, & sic de aliis dicendū est; quæ breuitatis causa prudentibus remittuntur. Interea hoc vnum iterum, iterumq; ex animo rogabo; vt si quid boni, Deo Opt. Max. cum

sub A

B 4

debita

debita gratiarū actione, si quid verò mali, mihi
 tribuendum cures, me miserum peccatorem,
 illum verò clementissimum omnium bonorum
 largiterem agnoscens; qui te ad copiosiora sue
 diuinæ gratiæ munera euehens, ad beatam san-
 ctam patriam feliciter perducatur. Vale tuis pijs
 in orationibus nostri memor. Dat. Neap. in
 Conuentu S. Crucis. 13. Cal. Nou. 1611.



Adm. Vener. Patni
 FRATRI FOELICIA LAVRAEA
 Min. Strict. Obser. Prou. Neap. Theologo,
 artiumq; Lectori eruditiss. in Con-
 uentu S. Crucis Neap.



PETRVS COCYNTHIVS
 eiusdem Instit. M. P. Salut.

M Iraris factasse meis, doctissime Felice,
 Dicta libris non more p̄ palpantia vatis
 Inclyt a gesta Ducum, varijsq; referta camenis;
 Ludicra quin etiam gracili permista susurro,
 Bellaq; mundano forsā pangenda coturno:
 Nectamen immeritō sententia tanta recur sans
 Sincera menti, sercernit acumine claro
 Discrimen rerum tantarum; sacra propago
 Chordigerum cum ma celestibus instruat ausis,
 Pura venonifero somatum pectora spundo,
 Diuinisq; Patris vultigia sancta sequentem,
 Cunctarumq; in apem rerum, ac labentis agentē
 Temporis, exceptumq; alieno paupere lecto.
 Gratulor à tanto ceptis libramen amico
 Iucundum cecnisse meis, o fama tuorum,
 Chordigerum decus, & lucane gloria gentis,
 Lauree mundo, sed proles aurea toto
 Veste Minor sacra, magnū decus addite pulchre
 Parthenopæ, carijsq; parentis vera propago
 Chæstigori, studijsq; p̄is spes magna. Ad inuicem,
 Quid

Quid tua non nouit virtus? quas viuida rectas
 Mens rerum causas ignorat? forsitan ipsum
 Eximium ingenium nescit tollenda cuique.
 Aut addenda libro, Pindiue illustribus ansis?
 Num Cato te sacra melior foret indole Censor,
 Aut Ripheus, seu mens magni syncera Briantis
 Iustior; & claro liberaret acimine tantum
 Discrimen rerum? felici sydere ductus
 Ingenio prestans alacri doctissima Patrum
 Vtraq; callebas sophia monumetra decore;
 Cum vix prima uas teneras tanugine malas
 Vestiret, roseoq; pudicas pingeret ostro
 Affurgens etas, sancto duce numine diuum
 Sydere sacrum pramittens mentis honorem;
 Quem miris aequas gestis, quin laudibus auges.
 Eximij; semper: gracili cum lumine clari
 Aspectus pulcher, morum grauitate piorum,
 Synceriq; animi radijs, mentisq; serena
 Pulchrior, ac sanctis anima pulcherrimus actis,
 Cunctarum magna circum comitante catenua
 Virtutum, medio iuuenis velut agmine Phebus
 Musarum, sacris ingens decus additus undis,
 Effulges longè nostri noua gloria saeculi,
 Aeternum fama tollens super aethera nomen,
 Palladios inter iuuenas doctissimus omnes.
 Te forsam melior vultu Spuria pudico;
 Aetnae magis meruit Demetrius urbe
 Virtutum status insignia tanta repositis.
 Fortè Theaistocleae concedis laurea menti,
 Aut

Aut Mithridatae, magni seu Caesaris oris
 Grandiloquo superat forsane fonte Pericles,
 Aut bonus Aetæus, laetæ seu gloria gentis
 Nūquid Apollonius cupido magis extitit unquā
 Pectore Musarum, graui seu culmen honoris;
 Seu vidit claris Illustris Roma triumphis?
 Eoum cedat Domitor, cedatq; Sophocles;
 Et si qui votis arserit Heliconæ sacratis.
 Nec te Fabricius virtute fidelior alma;
 Nec superat caro Pylades, nec vincit amore
 Alcides, Siculusq; Damon, nec fidus Achates.
 In te tota manens uno virtutis a sylo
 Gloria, Phœbere recens, in te sunt gaudia Pindi
 Omnia, deliciaq; manes, atq; otia Musis;
 Cunctaq; prospiciens rimaris acumine sacre
 Panaretus mentis; tum partes æquus in omnia
 Cunctarum ingenio libras discrimina rerum.
 Optima quocirca nostri censura libelli
 Surgeret à vero cunctæ virtutis a sylo,
 Fœliciq; meo: digni quoq; crimine tanto
 Eessemus; ni Pierio velamine septum
 Magnorum scires ceptum, carissime, vatum,
 Mi Felix; mirosq; abscondere cortice sensus:
 Vt quam Thespiadum virtutem palpat arundo
 Mystica delectans, illustribus excitet ausis;
 Inuictosq; Duces stimulis non mollibus vrgens,
 Accendat, vere magnarum præmia laudum
 Querere virtutis; factisq; extendere nomen
 Egregium; viuâq; æternum viuere fama;
Mollia

*Mollia ne vitis corrumpant vitia mentes.
 At te Felicem tandem Deus eubat astris,
 Sydere transfactus dextero post Nestoris annos,
 Emeritis sancte redimitum tempora fertis,
 Christiferiq; Patris veram pietatis alumnus.*

D. TIBERII VILLAROELIS
 Patritij Stylitani. Carmen Eneomiastichon.

Fortia facta virum letbaeis tripis undis;
 Dum viuum fama nomen in astra webis.
 Miratur Masas orbis reddisse latinas;
 Et laudem superis premia magna refert.
 Diceret & manes in te inigrasse Maronis;
 Effent si Sanyj dogmata vera senis:
 Meonia sic bella canis modulatus uena;
 Et veluti Mantus carmina pangis olor:
 Dulcia namq; tuo manant ex ore fluentia;
 Mistus adest pariter cum granitate lepor:
 Nectua folium aures ingens facundia mulcet;
 Sed Masas oculis prodit, & arma simul:
 Celicadum Sophie referas mysteria sacra
 Ordinemirando, praelia gesta canens.
 Virgilium nostri quondam rapuere priores:
 Exintius tanti vatis adegit amor.
 At Calabrum lumen tollens super aethera nambi
 Tu proprius vates non alienus ades.
 Sic Meon; nec sola suo si iactet alumno
 Mantua; nam vatis floret honore Stylus.

In-

*Ingentes quanquàm mundi non queris honores;
 At non quarenti gloria spontè venit;
 Attamen & Ciues, & eodem sanguine creti
 Et superis grates, & tibi corde ferunt.
 Et veluti Calabrum magno venerantur amore
 Exortum lumen Pieriumq; iubar.*

F I N I S.





35

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Primus.

ARGVMENTVM.

Navigat Austriades, decedens vrbe Pelori.
Consilium Latium narrat, classemq; potenrem
Christiadū, magnumq; genus, belliq; triūphos
Austriadae magni foribus Sebetidos vrbis,
Fortunæq; minas, trepidis Coricæus amicis.

PRelia qui quoddam modulatus carmine Cypri,
Aequiorei nunc arma cano sequissima Martis,
Hesperiumq; Ducem; tutus qui Virgine dextra
Matre Dea, ratibusq; Aetolas vectus ad undas,
Nimine caelesti classem duce strauit Eoum.
Multaq; praeterea terris perpeffus, & alto
Est Stygis insydjs; diridum Rector Auerni
Arcebat longe Cypro, bimariq; Corinthe:
Nam prisca genus armipotens ab origine diuum
Senserat Austriadum sanctae foelicibus actum
Virginis auspicijs vertendae accedere Cypro
Subsidio; belloq; suos excindere Thraces.
Aestuatur id metuens; dirisq; accingitur armis;
Infectisq; sequens odijs, vastoq; profundo
Hesperium Regem, pro caris fulminat oris;
Inneetitq; moras sceptis; fraudeq; suorum,
Cunctaq; conatu molimina tentat inani.
Tu Dea Virgineo mater candore refulgens,

Virgopotens, intacta nouem quae mensibus alina
 Immensum coeli numen aequale parenti
 Aeterno nostra mortali hac veste grauatum
 Gessisti genitum cuius sub numine sancto
 Restitit aduersus fati, pontoq; proteruo
 Martius Austriades, ceptis ingentibus adfis;
 Et causas praesens memora, belliq; tumultum:
 Nanque tuum consurgit opus; nostriq; suprema
 Tu spes incepti; palmam quae Marte dediti,
 Austriade: tantoq; aderunt tibi munere grates.
 Ianq; pius Saculae portu telluris in altum
 Soluerat Austriades; placidisq; virentia ventis
 Littora spectabat Graium, celeberrima miris
 Loerorum quondam gestis; midisq; subibat
 Clara Styliani paulatim salsa Concythi.
 Cum varijs Thracum replet rumoribus urbes
 Fama volans; seuiq; premit formidine martis;
 Instructam bello classem, populamq; potentem
 Christigenum ventis aquor sulcare secundis
 Ionium; stragemq; oris inferre Pelasgis.
 Ex templo turbati animi; lapsiq; timore
 Threicij dubio pendent, remq; ordine quaerunt;
 Et quidnam tantis poscunt de rebus agendum.
 Nanq; Phryges, Thraceq; omnes, mollesq; Sabes
 Responsis horrent vatam, fatiq; deorum
 Infaustis (sic vana ferunt insomnia Thrace)
 Inuidiam bello Ausoniam, Regemq; potentem
 Vencorum caecidio Thracum; cui cederet omne
 Othomanum passim imperium patrisq; Sabenum
 Omnia versurum flammis detubra nefandis
 Regia

Regia cum subiens Coricaus limina Graius,
 Qui Latias nuper missus speculator ad oras
 Romanae classis, breuiter suprema recenset.
 Vt primùm (Teucrum proles ò digna deorum,
 Imperijq; suprema quies, & gloria Thracum)
 Idalijs (sic orsa refert) accessimus oris
 Instructi bello, matremq; ciere parati;
 Imperioq; tuo gentem submittere sacro:
 Fama volans, varijsq; replens rumoribus vrbes
 Ausonias, belli stimulis increuit amaris;
 Threicium Regem Cypro-considerare classe;
 Ac si, quod diro secum cum corde volutat
 Impius Otbomanus, factum fortuna sequetur
 Threicio censent sceptrò supponere mundum
 Bistonij proceres; sanctosq; euertere ritus
 Sacrorum; Christi q; fidem delere paternam.
 Omnibus extemplò saeuus dolor ossibus imis
 Exarsit; vitamq; iubent pro lege pacisci
 Praesertim sancta Christi, sacrisq; tuendis.
 Coniurant subito Veneti (mens omnibus vna
 Bellandi) dextraq; iubent defendere Cyprum:
 Conciliũq; vocat; statuũtq; hoc Marte gerendũ.
 Tum cœtu in medio fandi doctissimus almo
 Assurgit magno Patrum Bragadenus honore.
 Barbarus hæc toties (Venetũ venerabile Patrũ
 Concilium, placido primùm sic incipit ore)
 Appetijt, proprioq; sibi sub nomine regnum
 Idaliũ; sed nunc armis asperrimus vrget.
 Si Scythico dabimus subito quaesita furori,
 Barbaricisq; Pbrygum votis, iussisq; malignis;

Hinc, quæcūq; cupit, dirus petet ardor habēdi,
 Hanc etiam nostram tandem feralibus urbem
 Imperijs; diroq; premens horrore negatam
 Accinget; lentaq; studebit perdere morte:
 Crescit enim rabies votis effrena secundis.
 Nunc ergo iustis surgentem extinguere flāmam
 Est opus auxilijs; teneramq; excindere pestem:
 Ingentem siquidem paulatim parvula sylvam
 In cinerem Zephyris deducit flamma secundis.
 Progenies velut hæc primis obscura sub annis
 Dissidijs sceptro pressit tot culmina nostris.
 Hæc est, quam toties campis fudistis Eois;
 Sed discors odijs Latius civilibus orbis
 Vexit ad imperium, nostri cœlestibus armis
 Criminis oltricem. quantum telluris & undæ
 Christigenum cōcors Christo fraterna parasset
 Dexterâ, civili nullo fœdata cruore.
 Iam tua suppliciter totus vestigia mundus,
 Alma parens, celsis oraret, Roma, triumphis.
 Sed superis aliter visum: dij talia curent;
 Et Latium Thracum seruent à Marte cruorē.
 Principiò magnis obstandum viribus ergo;
 Ne Latias sumptis urbes petulantius armis
 Dira lues, sede s̄q; sacras, & limina diuum
 Ingruat, inferni maculans erroribus orbem.
 Quis tunc hæc nostrā flāmis crepitātibus urbem
 Arceret? nostram, libertatemq; nepotum
 Ausonia quisnam victa servaret ab hoste
 Crudeli? quæ mens? quæ spes oblata Tyranni
 Certa furoris erit? cingit nos undique pontus.

Si

*Si nostrum magnis vallaret classibus equor;
 Quae spes auxilij? Latium quàm martia pubes,
 Aut inuiseta manus Teucros expellet Iberum
 His insultantes ripis? qua Gallia mittet
 Subsidium? seu qua succurrēt Theutones armis?
 Clausa salus miseris: nec erit spes vlla salutis;
 Ni veniam victis, pacemq; orare Tyrannum.
 Tunc quis erit nobis sensus; cùm diruet urbem
 Barbara progenies, praedamq; ad littus opimam
 Vertet ab his tectis, simul hoc venerabile tēplū
 Aequabit terris, inuoluens sacra prophanis?
 Vxorēq; viro rapiet, natamq; paterno
 Amplexu, foedis maculans complexibus ante
 Ipsius aspectum; puerosq; sacrabit auerno
 Ritibus obscœnis. quid tunc ni fletibus atris
 Hanc animam saturare putes, & corda dolore?
 Peoniū monet, & Graium lacrymabile regnum
 Exitium; quibus ablati quasi Rector Olympi
 Exulat, & misero depulsus pectore Christus.
 Antè diē, precor, extremū mibi claudat Olym-
 O Pater, aut fluctus, uel tellus ima dehiscat, (pus
 Quam Latijs inueeta meis, tectisq; paternis
 Hec cernam Thracum diris incendia flammis.
 Talia vix poterat lacrymis perfusus amaris
 Singultu proferre pio; cunctosq; ciebat
 In lacrymas lacrymās; fletu qbus insuper addit.
 Virgineum spectate decus; spectate deorum
 Fumantes aras, foeda sq; in sanguine matres
 Natorum, vocesq; patrem clamantis alumni
 Afflicti, Christi, fidem, Christi, parentem*

Plorantem sacra lacera sub imagine forma,
 Et laceras species, effosaq; lumina diuum,
 Templaq; scæda Pbrygũ gestis: quin millia sacris
 Aedibus incesto peraget turpissima factò
 Barbarâ progenies. delubris quanta pelægis
 His oculis vidi, vocesq; bis auribus hausi
 Obscenas Teucrum, nostræ ludibria gentis,
 Opprobriumq; Dei. nos hæc, nostrumq; cruorem
 Vltiores clamant, Patres, & fulmine dextras
 Armatas, vitamq; sacra mutare perenni
 Mortalem, nostriq; ardentem cordis amorem
 Dilectò sacra Christo præterdere morte.
 Ipse vocat; claususq; manens in Virgine sacra
 Orat defendi telis & sanguine nostro.
 Quis renuet, Patres? lacrymas quis spernet Iesus
 Dilecti? sancto ne effundere Marte cruorem
 Pro Christo fugimus? precibus vocat aurea vir-
 Virgineum seruare decus, sanctæq; deorum (go,
 Relliquia, Christi; redemptæ sanguine vitæ,
 His nostris orant dextris, & Marte tueri.
 Quocirca, ciues, cœlesti numine fræti
 Iungamus socijs dextras, & fœdera nostris.
 Est etenim Pastor diuino numine plenus;
 Qui precibus referare potest, & claudere cælum.
 Et Rex Austriades, proles annexa parenti
 Virtutis merito, quo nusquam iustior alter
 Orbe fuit, pietate grauis, sanctæq; supremus
 Inuictò Fidei ferro defensor auitæ,
 Cæsaris inuicti soboles inuicta Philippus.
 Quiq; deum vitam accipiens, ritusq; piorum,
 Ingenti

*Ingenti totum soluit formidine mundum ;
 Imperijq; regit patrijs virtutibus orbem.
 Egregius forma, simul & præstantibus armis
 Frater adest iuuenis ; clypeū qui quātus in acrē
 Assurgat, dextræ quo turbine torqueat hastam ;
 Vltima supremo tellus circumdata ponto
 Audiūt Oceani ; Maurumq; experta iuuentus.
 Nos inter sacro iungamus fœdere pacem.
 Addet opes: nec enim miseris succurrere discit
 Nunc primū, Christi q; sacrū defendere nomē.
 Si non auxilio fuerit Rex Gallus, & Angli :
 Sunt Reges, Italaq; vrbes, populiq; supersunt
 Subsidio, Crætaq; duces, & fortia bello
 Corda Lyburnorum, Patauiq; inuicta iuuetus.
 Sunt & opes nobis, animiq; haud debile robur,
 Iustitiæq; adiuncta manus, sanctumq; deorum
 Auxilium; stygiasq; acies, mundūq; triumphans
 Inuictus famulis victor pugnabit Iesus:
 Et palmæ nomen certæ iam sufficit vnum
 Hoc sanctū, precibus veneratū Virginis alma.
 Nec Diuus, nostram cælo qui prospicit urbem,
 Hoc humiles iusto deuotos Marte relinquet.
 Quis metus ergò, Patres; si celū, et Rector Olym.
 Nobiscum; si iustitiæ librata potestas (pi
 Inuicta? si dant certam pia numina palmam?
 Quocirca iam nunc Martis mittamus ad urbē ;
 Pastoremq; pium subeat; Regemq; Philippum ;
 Qui petat auxiliū, narrans, quæ caussa petendi.
 Rectores iuuenum feruentes undique cogant
 Intereā validas acies, classemq; potentem*

Littore deducant; superiq; incepta secudent.
 Talia Franciscus: cuncti simul ore fremebant
 Hæ eadem Veneti, spirantes lumine martem,
 Dilecti tantum Christi succenderat ardor,
 Virgineumq; decus, præuisaq; dâna Quiritum.
 Extemplò Paulū mittunt Mauortis ad urbem;
 Qui roget auxilium; caussasq; innectat habēdi.
 Marcus adit Regem magnæ pietatis Iberum;
 Qui mœstos solidâs animos, & fœdera spondēs,
 Jungit opes; animumq; pio tum pignore firmat,
 Assuetus miseris subitò succurrere rebus.
 Sic validis omnes succensi pectora flammis
 Hispani, Latijq; duces, Venetiq; repente
 Coniurant, totasq; acuunt in prælia vires.
 Interea speculans Latias hoc Marte phalanges,
 Batigenasq; acies, mentem, classemq; potentem,
 Clara Dicarchæi lymphis peto littora ponti,
 Baiarumq; lacus; celebrataq; balnea fingo
 Ignotus, varijs præbens sermonibus aures.
 Est locus Hesperia magna, cognomine quòdam
 Euboicum Gray, sed nunc dixere minores
 Campanum, terris quo non iucundior alter,
 Pomona, Cereriq; sacer, Bromioq; potenti,
 Tranquilloq; situ fœlix; cœloq; saluber
 Illustri: sedet in medio pulcherrima tractu
 Parthenope, studijs, opibusq; asperrima belli,
 Nobilitate vigēs, placidoq; accincta profundo,
 Delitiæ rerum; verumq; effulget asylum
 Virtutis; pietate tamen super æthera nota.
 Huc Dux Austriades, quo nō præstantior alter

Lumine sydereo, seu maiestate decora,
 Aduenit interea. portum gratissima tellus
 Offert; ac magno venienti occurrit honore;
 Sublimesq; alta Genitoris laude triumphos
 Instaurat; natiq; eadem sibi nomine spondet.
 Hinc erat excelsis spectare incepta columnis
 Inclyta magnanimum Heroũ, nomẽq; parentũ
 Inuictum, viuisq; micantia vultibus era.
 Nanque videbatur maternæ gentis origo
 Magnanimi patris, Regum tot sanguine clara,
 Continuo sæuos bello contundere Mauros;
 Vtq; pius prisca veniens de gente Gothorum
 Regia Batigenum redimitus tempora fertis,
 Inuictis primus Getula Pelagius armis
 Agmina depellit: Patrum tum Phasila gestis
 Aemulus assequitur: iuuenem sed prole carẽtem
 Pressit acerba quies. pietate insignis & ore
 Ormissinda Patris succedens vnica sceptris
 Cantabriæ sponsum sacro diademate magnæ
 Suscipit euinctum thalamo, tædisq; sacratis.
 Vt pius Alphonfus Maurorũ à sanguine pœnas
 Assumens, olim deuictas abstulit vrbes
 Hostibus à diris; meritisq; Catholicus almis
 Dicitur; & primus Comites in sceptrâ vocauit.
 Vt Phroyla pietas statui sacra pectora sancto
 Presbyterũ reddens, Erebi pallentis ad umbras
 Millia tot Maurum caeso duce strauit Omaro.
 Hinc consanguineus sceptris Aurelius altis,
 Et regno potitur sæui sine martis amore.
 At fratris valido se se Gallæcia sceptro

Subdebat, patiens inuicti fræna Solonis.
 Hinc Phroyla genitus magno castissimus vnus
 Betigenas inter, Gallæ clarissima gentis
 Lumina deiciens fatis Alphonsus acerbis
 Vindia fœdauit grandi fastigia cade;
 Totq; Erebi Mauros etiam demisit ad umbras.
 At consanguineo procul hinc reddebat amico
 Conditione pia Belmudes inclyta sceptrâ.
 Mox genitus pietate grauis Rammirus ab oris
 Bis seua victos pugna feralibus aufst
 Arcebat Mauros cæsis tot millibus antè.
 Arduus assequitur patrijs Ordonius actis;
 Hostiliq; solum letho diffundit Iberum.
 Alter & Alphonsus gestis sublimibus ingens
 Millia tot Numidæ gentis mergebat auerno.
 Surgebat Mauros contra ferale flagellum
 Fulmineus dextra, fatisq; Ordonius alter
 Tranquillis: sed non seuis successit in armis
 Germani Phroylæ felix fortuna seueri,
 Seditioe potens; genitosq; inuoluit, & vrbes.
 Hinc procul infandus germano lumina capto,
 Et regnum, genitosq; simul Rammirus ademit
 Austeri vitam Phroylæ terrentibus umbris.
 Rammiro genitus seuos in sceptrâ rebelles
 Arduus Asturiæ magna virtute premebat.
 At sceptris Pinguis nimum germanus amicis
 Succedens, lati fruitur pinguedine regni
 Sancius. hinc consanguineus simul alter agebat
 Mollia Rammirus tranquilla tempora vite.
 Ordoni soboles gestis indigna parentum

Succes-

*Succedit, diris Belmudes efferus ausis:
 Effunditq; tamen Maurum tot millia letho.
 Hinc fundebatur genitus eertamine sauo
 Alphonsus; telis hostes dum victor agebat:
 Nec procul hinc sine prole iacet generatus ab illa
 Regnorum fatis Belmudes languidus atris,
 Vaccaei Regem populi, dominumq; potentis
 Cantabrie germana virum sibi Sancia iunxit
 Fernandum; patrijsq; auxit sacra tēpora fertis,
 Hispanæ gentis magnus genitore Monarcha
 Alphonsus Mauros pellens certamine vasto,
 Accipiebat ouans Toleti culmina sceptri.
 Hinc fuso clari Maurorum sanguine Reges
 Fulgebant, belli, pacisq; ingentibus ausis,
 Alter & Alphonsus, nec non & Sancius alter,
 Fernandusq; alter, simul & præstantior illis
 Alphonsus, læto Maurorum victor Olympo,
 Christifera statuit sanctæ solennia pinus;
 Heroasq; Ducis sacratos ordine Diui,
 Aurati primus gestans insignia castris.
 Filius Henricus patrijs virtutibus ingens,
 Fernandusq; sacra compositi pace fruuntur.
 At sapiens Decimus Musis dominatus, & astris
 Alphonsus nomen sacris immiscuit undis
 Laudibus æternis, sacroq; volumine Legum.
 Lauriferis procul hinc euincti tempora fertis
 Ponè sequebantur recto tres ordine Reges,
 Sancius, à læua Fernandus, & inde quiescens
 Alphonsus. procul hinc fatis ingressus acerbis
 Heroum patriam spargebat sanguine terram*

Crudelis Petrus; sed non germanus eadem
 Utitur Henricus cædis feritate nefanda:
 Nec successor Ioannes: sed crimen acerbum
 Alter Ioannes genitus cum cæde luebat
 Maurorum; gestisq; decus reddebat auitis.
 Transigit Henricus tranquilla tempora vitæ,
 Pace fruens; dulciq; simul sine prole recessit.
 Suscipit in thalamum tædis Isabella sacratis
 Fernandū germana ducem, Regemq; potentem,
 Masculeaq; ambo pariter sine prole recedunt.
 Austriadem diu recipit genitore Philippum,
 Sydereo vultu quo non iucundior alter,
 Filia Fernandi, magni diademate regni
 Euincens; Regemq; vocat, Regemq; salutat.
 Hinc Regum lumen, prisorum gloria diuum,
 Romaniq; ingens gestis felicibus orbis
 Splendor, & Othomanū terror saeuissimus vnus,
 Carolus ostentans inuictō pectore martem,
 Fronte gerit pacem; satisq; adiutus, & altis
 Arduus exterret totum virtutibus orbem.
 Os sacrum, quod in ære colit, miratur in auro
 Mundus, hic est victor felix bellator vbique,
 Defensor Latij, Rbeni calcator, & Albis,
 Ac Domitor Lybiæ, gentisq; extremus Eoæ
 Terror, et Othomanum Regum ferale flagellum.
 Nanque videbatur sacro diademate cinctus,
 Cum prima roseas vestit lanugine malas,
 Eximio fidei succensus amore supernæ
 Dilectō totum Christo perquirere mundum;
 Horrēdumq; Erebi monstrum depellere sacro

Imperio, nomenq; , librisq; inuoluere flammis.
 Monstriferiq; graues notis indicere pœnas:
 Inde Duces dictis, factisq; in sceptrâ rebelles
 Subdere Vaccæos, miseris & parcere flexis.
 Insigni pietate grauis; dextraq; superba
 Mox insultantes regnis expellere Gallos
 Vasconibus; fusoq; Rutbenum Briga cruore
 Iulia gaudebas, palantes undique cernens
 Terga fugæ roseis hostes dare turpia campis.
 Subdebant mox sponte sacro Nerusia sceptro
 Tornaci se se depulsis mœnia Gallis.
 At tali rursus succensi pectora clade.
 Heluetijs Senones misti certamine vasto
 Protinus Insubrium felicia rura petebant.
 At pius Austriades eiectum in sceptrâ vocabat
 Franciscum, magna clarum virtute parentum
 Magnanimum; patriaq; hostes arcebat ab vrbe.
 Hinc insultantes horrendo Marte profusi
 Heluetij, Galliq; simul, Venetaq; phalanges,
 Tyrrheniq; Duces fugiebant undique victi;
 Gallorūq; manū Lygurum populata sequētum
 Austriadae magni senserunt mœnia dextram.
 Hinc dijs auspiciibus trās vltima claustra vehe-
 Oceani sanctis rutilantia lintea signis, (bat
 Aethereāq; fidem, populosq; ad sacra vocabat;
 Cuius & herculeos transibat gloria fines.
 Nec procul hinc gelidas transibant milite Galli
 Armato rupes iterum; pulsifq; superbum
 Hispanis patitur miseranda Nouaria martem.
 Rursus & Insubrium cinguntur mœnia vallo

*Incluta; sed magnus gestis obstabat Alarcon.
 Expulsoq; iterum Baiardo in fata ruebant
 Aspera, sanguineis rursus tot funera bellis
 Perpeffa, turmis borrendo Marte profusis
 Heluetijs, mista fugiebant undique campis
 Reliquia latijs; maternaq; rura petebant.
 Narbona bello premeret dum moenia miles
 Caesarius; magno feruens Rex Gallus amore,
 Ausonios contra rapido volat ocyor Euro.
 Exierat limen miles vix Italus urbis
 Insubrium; cum prima subibat moenia victor
 Franciscus: mox Ticini tendebat ad urbem,
 Obsidione premens; magnis hinc destinat ausis
 Epyri Regem, placidos inuadere campos
 Parthenopes pulchra; laeum sed protinus aura
 Pestifera caelum clades vlciscitur omnes.
 At Rex sanguineo Gallus certamine fusus
 Ticini campis, cecis tot millibus antè,
 Tot ducibus letho stratis, fufisq; maniplis,
 In patriam pauidis fugietibus undique turmis,
 Lanonia dextram victus tendebat inermem.
 Caesaris Hispanas iussu sed ductus ad oras
 Magnanimi tandem dictis, gestisq; benignis
 Accepit tanti liber solatia casus,
 Sequanicum cedens sceptrum, gentisq; Latinae.
 Reliquiae pariter cedebant finibus omnis
 Ausoniae; pedibusq; leuestimor addidit alas.
 Foedere mox laeso Regem succensus in ipsum
 Conqueritur; solumq; cruento Marte laceffit
 Maximus Austriades: Princeps sed sedulus ista
 Foedere*

Fœdere cum læso renuebat prælia Gallus ;
 Permissusq; Italû turmis noua bella parabat .
 Sebatia sensere domus , sensitq; Cremona ,
 Horrendumq; graui martem Modoetia motu .
 Celtiber interea Romana palatia miles
 Presserat, ad castrû Patrum vix Patre recepto .
 Fœdere composito vix hinc Moncadius heros
 Exierat; cùm bella manus grauiora parabant .
 At sanctam fatis urbem congressus iniquis
 Pessimus insultans, inuito principe, miles
 Omnia vastabat ; lacrymisq; effusus amaris
 Romano cernens spumantem sanguine Tybrim
 Elius indoluit, celsis qui ducta triumphis
 Colla catenata vidit tot millia turbæ ,
 Natorum gemuit caesorum pondere pressus .
 Spernebatq; sacro sanctos velatus amictu
 Theuton; virgineumq; decus violabat, & aras
 Impius. at dira miles sæuissimus omnis
 Ante duces omnes effuso principe dignas
 Desuper immissa pœnas cum morte luebat .
 Sic, totum pedibus quondã quæ presserat orbem,
 Inclyta Roma sibi longam perpeffu ruinam,
 Excidiumq; gemens atrum, collapsa iacebat ;
 Vix magno (scelus indignum) sanctissimus atro
 Antistes, cœtusq; sacer dimissus ab arce
 Elatae subijt secretò mœnia Cossæ .
 Miles enim Romæ tectis exire recusans
 Barbarus, Ausoniae spolijs inhiabat opimis .
 At pius Italiae percussus pectora casu ,
 Sacratiq; Patris, fratrumq; dolore gemebas

Carolus ingenti, renuens solatia cara
 Prolis; lætitiæq; diem tollebat amicum.
 Arma vocant iterum tali pro cæde nefanda
 Indomiti Galli, Latij, mistiq; Britanni:
 Austriademq; fero victorem Marte petebat
 Franciscus solum solus vallante corona
 Inde videbantur Seduni è montibus altis
 Undique belligeri Latijs accedere campis,
 Insubrium, Lygurumq; urbes insternere bello.
 Pragutios Venetum interea congressa niuales
 Turba Ducũ, Daunos contra transibat Apernũ.
 Tu quoq; sanguineo resonantibus undiq; ferro,
 Parthenope, seuis languebas inclyta Gallis;
 Dum Lygurum, mistoq; tuo videre dolentes,
 Hispanoq; simul spumantem sanguine pontum
 Picetes populi, populataq; transtra triremium,
 Captiuosq; duces multa cum cæde tuorum:
 Fata virum, sorteq; Ducũ tamen vltæ gemebas;
 Dum cælo, terraq; pijs, fati sq; secundis
 Dilectas tandem natorum vlcisceris umbras
 Atelle multo Gallorum sanguine fuso;
 Desendam quanquam sortem sensere rebelles.
 At longum multo sensisses sanguine Martem,
 Appule; ni pacem Cameraci sancta dedissent
 Fœdera; teq; tuo seruassent undique Regi.
 Nec tu Sforzza tuo sceptro Francisce dolebas
 Amplius ablato; cum iam lætissimus orbis
 Christigenum totus gaudebat fœdere sancto;
 Clementemq; animum laudæs tollebat Olympo.
 Tu quoq; magnanimum beronũ stipata cateruis

Ext-

*Eximij, festum supremo Felsina plausu
 Duxisti latata diem; dum sceptrifer orbis
 Aurea sceptram manu gemmis indutus, & auro,
 Auriferumq; ensen nudum, mundi; coronam
 Ardentem Scythicis gemmis, grauib; pyropis
 Per tua sublimi gestabat strata triumpho,
 Ingenti sanctum primò veneratus honore
 Christigenum Patrem, defigens oscula plantis.
 At tu sola dolens tanti solaminis expers
 Amissam patriam, libertatemq; gemebas,
 Infaustis adducta tuis florentia fatis,
 Eiectum magno patiens pro principe ciuem;
 Afflictis sed magna tuis solatia rebus
 Venturam sobolem, patria, Latiumq; quietem
 Affore gaudebas tranquillam numine dextro.
 Vix ea; cum cælum magnus, pontumq; , solumq;
 Ingenti Thracum coetu terrebat, & armis
 Othomanus Princeps; flauosq; horrore premebat
 Peonios; urbesq; viris spoliabat, & agros,
 Lugentes complens armato milite campos.
 Hinc bonus Austriades fatis superisq; secundis
 Instabat valida contra comitante caterua;
 Fulmineaq; manu Thrases in bella vocabat.
 At magni subitò tantis exterritus armis
 Principis Austriade, dextramq; exosus acerbã,
 Fortunamq; timens, belli, pacisq; secundam
 Norica tecta tremens, magno stipante virorum
 Agmine, Pannonia; domos linquebat, & oras
 Efferus Othomanus; magnūq; instare tremiscēs
 Hispanum, rapido volitans velocior Euro*

Sythionios repetebat agros, urbemq; paternam.
 At non infelix Cason crudelia facæ
 Vitabat, stratos cernens tot funere Teucros.
 Tu quoque magnanimi victricia tela, Cherone,
 Austriade pro te, libertatemq; tuorum
 Lago letans sensisti principe victo.
 Nec procul ingenti congressus Marte Goletam,
 Horrendo Maurum sternebat mœnia ferro
 Bellator felix: procul hinc interritus urbem
 Tunisiâ quærens, armato milite campos
 Complebat, validas acies hortatus in armis
 Tunisos contra. ai Mauros ducebat iu hostem
 Arriadenus atrox; & agebant sanguine Martem.
 At bonus Austriades condensæ funere campos
 Sternebat Thracum; lethoq; premebat acerbo
 Tunisiâs acies; cunctæ quæ Rege fugato
 Turpia terga dabant pavidæ; murosq; subibant.
 At seivus trepidans Teucer virtute suprema
 Austriade magni, propriaq; exclusus ab arce
 Vt famulum, magna Teucrum comitâte caterua
 Hypponem noctu tacitus fugiebat ad urbem;
 Hinc subito Saldas vento repetebat amicas.
 At ciues magna belli formidine pressi
 Libera victori pandebant mœnia diuo;
 Ingentemq; acer gestabat ad æquora prædam
 Miles; & ad caros famuli rediere penates
 Hostili veçti devicta classe Goletæ.
 Ledebant iterum furibundi fœdera Galli;
 Sternebantq; Italum scelerato mœnia ferro.
 At bonus Austriades Narbonæ milite rura

*Ingenti, ferroq; equites in fata premebat.
 Nec procul Ionio quamplures equore naues
 Threicias duris mergebat Doria fatis;
 Cassiopeſq; undis multa cum ſtrage triremes
 Dardanidum flāmis pariter ſternebat, & undis
 Sanguineis; victorq; Sicanum teſta ſubibat.
 Interea cunctos fatis fundebat acerbis
 Biſtonios equites Summenſis ad ora Galeſi.
 At magnus fatis Italas renuentibus vrbes
 Othomanus vaſtare manu compreſſus atroci,
 Illyricis patriam mœſtus repetebat ab oris,
 Auſtriadæ magni veritus victricia tela.
 Belligeras iterum iungebant federe dextras
 Hiſpani, Galli; duces, iterumq; ſupremus
 Antiſtes, vaſtumq; regens iuſtiſſimus orbem
 Auſtriades, geſtiſq; ingens Rex Gallus amicis.
 Nicæa placido ſacrata decennia vultu
 Fœdera firmabāt: procul hinc Franciſcus in oris
 Narbonæ magno ingentem complexus amore
 Auſtriadē, addiſtæ cumulabat honoribus vrbis.
 At non Cbristicolum gaudebas ſedere ſancto,
 Arriadene tremens: magnam dum texere proris
 Actia cernebas romanam littora claſſem:
 Riſiſti Latium tamen vltus clade timorem.
 Sed non Gandauum letatum vindice pœna
 Deſiciens ſceptro geſtis immane paterno;
 Inuitum pateris domini dum fræna ſeueri.
 Tu quoque ſenſiſſes magni victricia tela
 Principis, Algerie; ni te cœlumq;, ſalumq;
 Imbribus effuſis, ventisq;, undisq; proteruis*

Fouissent bello : pluresq; in funera ferro
 Strauisses ; pius inuictō ni Carolus ense
 Ante duces omnes ardens seruasset ab atro
 Exitio lapsas acies, aut imbres profusas :
 Densa niuis ritu Maurum dum tela volabant ;
 Ipse manu, vultuq; aderat metuendus atroci,
 Getulos reprimens. fatis inuictus, & armis
 Solus erat sperata salus, tantisq; periclis
 Instantem telis clypeus proiectus in hostem.
 Nanq; videbatur romano pectore fatis
 Aduersis obstans, dictis, gestisq; iuuare
 Afflictas acies vndis, aut Marte caducas
 Instanti. tandem tanto sub cardine rerum
 Solus erat Cæsar defensor ubique suorum ;
 Dum lapsus trepidas miles conscenderet alnos.
 Et tandem, veluti victor, nodosq; iubarum
 Excutiens, viles paſtorum despicit iras
 Crinitus leo, Getulos spernebat, & arma
 Maurorum, nauem conscendēs victor Iberam .
 Inde Tremessenum proprio submittere regnum
 Deuictis Regi Mauris gaudebat amico.
 Interea læso furibundos fœdere Gallos
 Milite confraçto dudum damnosa terentes
 Ruscinum sublime tuis vidistis & ingens
 Illiberis pariter defensis otia campis ;
 Principis inuicti dextra, cæloq; secundo.
 Tu quoque gaudebas proles Romandia Gallis
 Expulsis, letbo strages simul vltæ tuorum .
 At Rex Gallorum stimulis agitatæ amaris
 Sæuus Atrebates telis vrgebat acerbis

Principe Vandomio; cui se discrimine nullo
 Bagani subito subigebant mœnia clari.
 Sed tu sublimes urgebas, Lange, Caturgos,
 Horrendaq; manu quatiens Salafia rura,
 Rosshemij validis certabas æmulus ausis.
 Nec minus hostili cernebant sanguine campos
 Gallorum Tongri fusos, Geldraeq; phalangis.
 At versis Duræ tectis, & Flactæ perempto
 Certatim genibus reuoluti principis almi
 Austriadæ se subdebant Eburones, & arma.
 Inde videbatur supplex, & humillimus ore
 Cæsaris inuicti iussis committere vitam,
 Fortunamq; omnem rerû Gulielmus, & vrbes.
 Sed pius ingenita parcens pietate rebelli
 Carolus, in neptis thalamum ducebat amicum.
 Interea cuncti Morinorum in sceptrâ rebelles
 Principis allecti mira pietate redibant.
 Attamen obstantes telis urgebat acerbis,
 Gallorumq; acies infestis arduus armis;
 Multaq; sanguineo capiebat mœnia ferro.
 Sparsissentq; solum commisso sanguine Gallum
 Feruentes acies ambæ; ni fœdera martem
 Latantis precibus populi sacrata tulissent.
 Interea celsis Mauors ex Alpibus atrox
 Ausonios fundi gaudebat sanguine campos
 Alterno, cernens albentes ossibus agros.
 At martis specimen diuinis Carolus ausis
 Insignis, cœliq; animum succensus amore
 Germanos fidei sanctæ reuocare studebat
 Collapsos; animo, dextraq; , opibusq; supremus

Malleus hæreseos dictis urgebat, & actis.
Vndique consurgens contra mars bella ciebat.
Hic inter primos nigri regnator auerni
Ambages longas, cœcæq; Smacaldica genti
Dira venena ferens, in amorem martis agebat
Crudelis, fundens animos caligine cœca.
Vndique surgebant ingenti bella tumultu;
Germanosq; ciebat atrox in prælia Mauors;
Magnanimum Istri ripis arcere parabant
Austriadem; multoq; gerebāt sanguine bellum
Alterno; latiq; ruebant mœnia campis;
Multaq; capta manu seruabant milite denso;
Intentæq; acies stragi certamine vasto
Alterius, duris glomerabant prælia fatis.
At bonus Austriades sacris instructus, et armis
A Belgis postquam Gallos eiecerat oris
Tendebat contra fatis adductus amicis,
Romanas ducens acies, & pectora fida
Christigenum heroum: sacro defensus Olympo
Pestiferos hostes, borrendo Marte premebat.
Hinc Saxo seui stimulis agitatedus auerni
Peruersas acies magnum ducebat in hostem,
Irridens dictis; Martemq; in bella vocabat.
Inde videbatur furijs accensus iniquis
Lantgravius validis bellum succendere telis
Arduus; ingentemq; hostem capiebat inani
Spe ductus; patriasq; vrbes implebat eadem.
Theutonico mauors toto sic orbe fremebat
Asper; sternebatq; neci tot millia saua
Corpora mista virum; variasq; effusus in oras
Effera

*Efferadiuersis miscerat praelia campis;
 Reddebatq; vices. tandem certamine vasto
 Prælia fulmineis surgebant aspera bombis.
 Mox sæuis equitum turmis, aut milite denso
 Certabant. validas acies alterna reuisens
 Ludebat fortuna nigris hinc abdita syluis.
 Hinc hi cedebant: illi mox ordine recto
 Ponè sequebantur; primusq; ingentibus ausis
 Magnanimus sacro pergebat pectore Caesar,
 Inuidiæq; manu medijs in millibus ardens,
 Palentes hostes fatis urgebat acerbis.
 Quas strages sæuis cernebas, Ryndace, fatis
 Theutonicas, denso dedignans milite pontem?
 Iamq; videbantur fatis lugere reuersis
 Saxones; & belli pariter sublata secundi
 Spes omnis; lapsisq; dolens exercitus armis
 Languebat, cæcis socium tot millibus antè:
 Cum dux Lantgravius poscit cum Saxone pacè
 Immeritam; iustaq; malis Mauortius heros
 Conditione negans, bellis instabat acerbis.
 At dirum cernens aduerso numine bellum
 Misceri, pavidusq; audita cede suorum,
 Reliquias patriam fugiens Fredericus ad ora
 Ducebat; sociusq; simul cedebat ab armis,
 Aduersam belli reuens exquirere sortem.
 Instabat pavidos contra certamine victor
 Caesar, at addiderat pavidis timor efferus alas.
 Tunc omnes magna circum formidine presse
 Se se subdebant vrbes, ac mœnia magno
 Pandentes latæ victori dona ferebant*

Vndique ; victorisq; p̄j mandata subibant.
Inde Palatinus lacrymis Fredericus amaris
Poscebat veniam supplex, humilisq; rogabat.
At pius Austriades vultu veneranda senili
Ora videns, priscumq; genus, parcebat, amicis
Demulcens dictis; multiq; ea fata secuti,
Orauere duces pacem; veniaq; potiti.
Nanq; domus proprium subiectis parcere sacra
Austriadum; iustoq; truces est sternere bello.
Pectora sic martis sauo flagrante tumultu
Parthenopea grauis dictis mulcebat amicis.
Interea priscos ingenti Marte petebat
Saxonas; ac magno Fredericus amore Boemos.
Nec procul Albertum cœdensa strage profusum
Ducebat secum cœptis latissimus altis.
At bonus Austriades glacialē protinus Albim
Traiciens, sauo furibundam Marte petebat
Saxona; descendiq; rubentes funere campos
Hostili spargens, bustis cumulabat acervos.
Sanguineum procul hinc crudeli vulnere multū
Traiectus saxo, fatiq; adductus acerbis
Austriada supplex hærebat humillimus almo;
Orabatq; miser vitam, sortemq; benignam
Captiui; fidens animo, socijsq; proteruis
Qui nuper cœlum bello spernebat, & orbem.
Inde videbatur magnas persolvere grates
Albertus; sceptroq; Galegia subdita prisco
Laudabat venerata p̄j victoris amorem;
Cum socijs: omnesq; patrem, diuumq; vocabant:
Talis erat patris in victos clementia diui.

*Nec procul insano nuper qui cuncta tumultu
 Ciuerat, hærebat supplex mœstissimus ore
 Lantgrauius; veniamq; sacrum poscebat Iberi:
 Sed iustum victo passus cum Saxone frænum,
 Degebat multos pressus miserabilis annos.
 Hinc omnis pacata sacro Germania sceptro,
 Pristina magnanimo reddebat munera diuo,
 Pace fruens; ritusq; sacros, moresq; piorum
 Paulatim procerum dictis renouabat amicis.
 Hinc venerabantur certatim leta Philippum
 Itala magnanimum supremo mœnia plausu,
 Inuictisq; atauum gestis, patrijsq; triumphis.
 Nec minus ingenti Germania tota tropheo
 Excipiebat ouans magni solatia diui
 Vnica; lætitiæq; omnis gens Belgica fastis
 Exultans, patrium magno ducebat amore
 In gremium; genitûq; pater cõplexus amatum,
 Oscula libabat caræ gratissima fronti.
 Inde videbatur turba plaudente triumphis,
 Venturis Morinum sceptris redimire Philippû
 Magnanimus genitor; ciuesq; assurgere plausu.
 Tu quoque lætitiâ tantis deuicta trophæis
 Addebas gens infœlix Aphrodisia fati
 Aduersis; pauidusq; cruento Marte Draguthes
 Aufugiens; sceptroq; iterum subiectus Amyda
 Augebat lætæ niniûm solatia vite.
 At tantum diro vexabant Marte triumphum
 Instabiles iterum prærupto fœdere Galli
 Spectabatq; etiam seuum circumdata Martem
 Parma gemês, rubrisq; neces Mirandula cãpis;
 Captaq;*

Captaq; descendam Salafia rura ruinam.
 Germaniq; truces iterum certamine duro
 Immisti Gallis contra terraq;, mariq;
 Ardua miscebant inuictum prælia diuum.
 Ausonijsq; iterum Senones fera bella quietis
 Suadebant, læso turbantes fœdere pacem.
 At bonus Henricus, felix Tulisurgiam proles,
 Crudeles hostes ferro vexabat acerbo;
 Spirabatq; dolens victis Mauritus armis;
 Primaq; pacifero reddebat tempora sceptro.
 Sed non optatam tantis Etruria pacem
 Addebat cœptis, infesto Marte resurgens.
 Tu quoque bella ciens fatis adductus iniquis
 Infelix heros, hostili littora classe
 Vexabas latium, patria crudelis amanti,
 Nominis oblitus magni, veterisq; Salerni;
 Numine sed iusto superum depulsus abibas.
 At bonus Austriades post tot discrimina rerum
 Victor ouans hostes Belgis pellebat ab oris;
 Captiuosq; duces frenans, quam plurima tecta
 Aequabat campis; Gallisq; honore premebat.
 Interea Mariam succensus amore Philippus
 Reginam thalamo ducens, tædisq; sacratis
 Dotali flauos capiebat iure Britannos.
 Addebat tantis magnam victoria gestis
 Letitiam fufis iterum certamine Gallis
 Tyrrheno; victæq; dabant solatia Senæ.
 Inde videbatur solio constructus eburno
 Inclytus Austriades caro latissima nato
 Cedere regna libens; vultuq;, animoq; sereno

Succi-

*Succiduum genibus sacra redimire corona,
 Multa monens senior sanctum spectantia Regē.
 Dilecto pariter romani culminis ingens
 Imperium fratri fatis cedebat amicis,
 Tediiferis rerum curis excutus, & orbe.
 Inde deum vitam accipiens, noctemq; diemq;
 Intendebat iter summo deuotus Olympo,
 Colloquijs, gestisq; fruens, & amore deorum.
 Nec te, Parthenope, Gallis bellantibus unquam
 Romanoq; simul cętu volitante per agros
 Fulmineo, nec te vexari Marte Ruthenum,
 Insubrium pubes, ab heremo sensit iberā.
 Mortales inter votis sic raptus ad astra
 Cœlestem sacro degebat pectore vitam.
 Sic tandem mentem summo translatus olympo
 Carolus inuictus fatis, & turbine rerum,
 Ad cœlum tendebat iter letissimus altum;
 Innixusq; Cruci dextra, lacrymisq; profusus
 Hærebat supplex oculis, & pectore toto,
 Multa rogās superos, & nomen Virginis almę,
 Dilectiq; sui venerabile numen Iesu.
 Terq; sacrum tandē veneratus nomen, & orans,
 Fronte quiescebat placida, vultuq; sereno
 Ille sacra virtute potens, cœloq; secundo
 Qui totum magnis domuit virtutibus orbem,
 Iustitia nulli veterum virtute secundus.
 Inde videbatur magna comitante caterua
 Cœlicolum felicē animam super æthera vectantē
 Heroes inter primos complexus amore
 Ingenti Christus sacra redimire corona.*

Tunc supplex caro pacem iustissimus orbi
 Romano superum votis orabat amicis
 Dilectum Regem; precibusq; optata litatis
 Vota dabat Christus. toto tunc aurea mundo
 Undique surgebat tanti pax munere diui
 Christiadas inter Reges, in pristina reddens
 Omnia; letitiaq; animos, & amore replebat
 Christigenum, priscis addens obliuia curis.
 Vix tanto magni genitoris honore triumphos
 Legerat erectos oculis Mauortius heros
 Austriades, patrijs accensus pectora gestis.
 Cum pueri varijs euincti tempora fertis
 Victori magna iuuenum plaudente caterua
 Occurrunt; viridiq; ostentant fronde coronã;
 At palmæ letis addunt concentibus omen.
 Quem votis olim cupidis (vox omnibus una
 Hæc surgit pueris) plausu quem leta petebas,
 Magnanimũ iuuenẽ, specimẽ Mauortis, et orbis
 Aspice, Partbenope, genitoris sanguine Cretum
 Illius; totum domuit qui nomine mundum.
 En cupidis aderat præsens qui mentibus olim,
 Totus adest oculis: nutu mirare decoro
 Lumina, sydereaq; micantem frontis honorem,
 Et dextram, patrioq; ferẽtem pectore martem;
 Qui Thracũ domitor, magniq; Oriëtis, et Aprũ,
 Pristina restituet maiori sceptrâ triumpho
 Roma tibi, nobisq; viam Salomonis ad urbem;
 Cum cadat hac Teucrũ deuicta superbia dextra.
 Talia cantabant pueri; cum vulgus, & omnes
 Aequa us iuuenis exultant principis almi

Lau-

Laudibus eximjs, procerumq; excelsa cæterua;
 Visendiq; ruunt studio per mœnia ciues;
 Fœmineusq; globus tectis miratur ab altis
 Hesperium cupidus Regem; nam digna videri
 Maiestas, faciesq; almo candore refulgens;
 Nec vaga sydereo satiantur lumina vultu.
 Inde rosas calathis spargunt à culmine plenis;
 Hinc urbem vario florum densissima nimbo
 Tempestas operit clara cum laude triumphi.
 Præcedit latè peditum manus omnis; & ingens
 Pòst equitum globus in medio pulcherrimus hæ
 Acri vectus equo præcellens altior illis (ros
 Eminent; atque oculis regalem spargit honorem;
 Vt solis specimen Phœba precessit, & astris.
 Pòst alijs longo succedunt ordine ciues;
 A clati tandem regali in sede quiescunt.
 Iamq; dies, alterq; dies progressus, & alter;
 Cùm Zephyri celsa surgentes carbasa puppe;
 Rostratas stimulant deduci littore naues.
 Tū bonus Austruades (primum sed limine sacro
 Virginis Vmbrigenæ gemmis ardente supremo
 Vexillo totam Latium, patriamq; recepto
 Principis in classem resonantibus undiq; magnis
 Plausibus Hesperium) ventis dare vela secundis
 Imperat; & placidū rostris proscindere pontū.
 Inclytaturba ducum, marti lectissima corda,
 Italia, multæq; sequuntur in arma phalanges.
 At senior Granuel vero complexus amore
 Hesperium inuonem, dictis ita fatur amicis,
 I decus Hesperium; felicibus utere fati;

O iuuenis ; solum diuum te fata requirunt
 Inuictum, genus armipotēs; qui perdit a scepra
 Christi genū, priscūq; sacris decus omne reponas.
 Te pater Austriades, et auūculus excitet Hector,
 Austriadumq; ingens sublimibus alta triūphis
 Gloria bellorum, deductaq; sanguine virtus.
 Sic ait, æther eum spirans à lumine numen
 Interpretis diuum rubris sacra tempora tenis
 Euinctus: sanctumq; mihi tunc numen in illo
 Ista loqui visum: tantum decus enitet ore
 Sacrato; tantumq; animo sublatus ad astra.
 Dij faxint; referat senior mendacia somni.
 Et iam Pausilypi colles, sacrumq; Mineræ
 Teleboum, Capreas, saxosaq; confitæ tectis
 Littora Picentum, viridisq; Rosaria Pesti
 Transferant classes; & te, Palinure, tenebant
 Merentem nimium socium terrore tuorum.
 Cùm Dea supremo veniens à funere rerum
 Matris Acidaliæ velis inuicta secundis,
 Hesperium fortuna ducem, classemq; potentem
 Prospectura, sacris Lyparæ prospexit ab undis
 Aeratas acies, & fortia pectora bello
 Magnanimam heroum, iuuenes, classēq; Latinā
 Aequatis placidum velis discurrere pontum
 Rege sub Austriade: stetit acri fixa dolore;
 Et me (nouit enim famulam de millibus unum
 Permissum Latijs longè Nassupia fidum
 Ante sibi cunctos) magno conuenit amore;
 Seq; sinu confessa deam succincta virili,
 Solatur, spondetq; viam, sinemq; secundum;

Sed

*Sed sanctum iussit manifesto temnere gestu
 Numen, at ex humili veneratum corde vereri.
 Quam lacrymis pariter succensopectore vidi
 Ingemuisse pijs. Eheu gens inuida nobis,
 Heu genus inuisum (sacro sic incipit ore)
 Casibus infauit tam stirpem, quid profuit, actam
 Exercere? lues lybicus non defuit oris,
 Aetolisq; meis, missoq; Aquilone ruina. (best
 Quid Melite? quid clara Rhodos? qd Calcidisur-
 Quid tot Sanguineo Solymanno subdita regna?
 Quid totum tantis misceri cladibus orbem?
 Infelix fortuna salum, coelumq; reuoluit;
 Inuisa nequistandem de gente superfit.
 Teq; domi ignotum claro sine sanguine cretum
 Occulit alterius; famulumq; immiscuit aulae
 Principis illustrem; tanto ne principe proles
 Digna meos contra Teucros haec bella cieres.
 Nec potuit fatis aduersis irrita diuum,
 Imperijsq; sacris. en seuis surgis ab oris
 Infandum caput, haud nostro superabile bello.
 At quamuis maneat felix victoria fatis
 Haec immota tuis: non haec mea numina certè
 Fessa iacent; tantis quin possint addere coeptis
 Exaturata moras odijs; & funere denso
 Has nostras (accincta truci cum maxima stabo
 Romulidas contra ferro; cunctasq; trucidam
 Hostiles acies) inimico sanguine strages
 Vlscisci. ponto, terrasq; infesta per omnes.
 Fulminea succincta manu, sequar ignibus atris
 Infustum caput; & sumã cum sanguine poenas*

*Incaesto dignas facto, nostroq; furore.
 Fortuna fors an diuæ spes omnis adempta
 Vindictæ? nec enim perierunt omnia mecum.
 Ista ne damna silens celsis inuecta triumphis
 Omnipotēs fortuna feretur? atum ne gemiscens
 Dedecus in lacrymas sublimibus inferet ausis
 Venturas? quid corda pauent mortalia nomen
 Infaustum; si nomen habet tam debile fati
 Aduersis? dabitur vindicta ruentibus annis.
 Fata viam stragis saua, verumq; nocendi
 Inueniet fortuna modum. det cætera cælum.
 Insistam cæptis; adero fortuna; nec istam
 Effugient ventura manū. dabis improbe pœnas,
 Fortunam bellis ausus turbare proteruis,
 Othomanosq; suos, fidosq; laceßere Marte
 Infausto Teucros. sum sors inuicta: nec ultra.
 Talia flammato mecum dea corde profundit
 In latios hostes, & Iberum consita Regem:
 Cùm medio cursu primis surgentibus astris
 Augurio (monstrante dea vicinus Ibero
 His oculis vidi, vocemq; bis auribus hausi)
 Classibus; occurrit letis chorus ecce secundo
 Nympharū; remeant pariter, pariterq; feruntur
 Concertu vario, redimitæ tempora conchis;
 Austriadaeq; duci solatia blanda vicissim
 Accumulant: quarum fandi doctissima Nice
 Apprensam dextra puppim Iouis alite fuluo
 Insignem, squalentem auro, gemmisq; rigentem
 Continet; ac læua placidis subremigat undis,
 Exultans; suauiq; attollit carmine cantus.*

Finis Lib. primi.

63

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Secundus.

ARGVMENTVM.

Nympharum, Venetiq; refert placidissima dicta
Argolicus, magniq; ingentia gesta Philippi
Austriadæ; Siculaq; suum de sede recessum;
Occurtens cui facta prius tot classica Thelmes
Cæset, & Austriadem Messana ex vrbe profectum.

INtereà placidis subsidunt fluctibus undæ
Intentæ dictis; dum sic canit aurea Nympe.
O fate gente deum sacra, gestisq; secundis
Inuictum genus armipotens, mauortia proles,
Numine qui sancto Romæ duce perditæ sceptræ
Christigenû, Graÿsq; tuis decus omne repones:
Haud diuum fausto nostris sine numine terris
Venisti: poscunt vnum te fata deorum;
Qui decus Ausonia referas, sceptrumq; latinû.
Arcadia te magna manent: ne ucede labori;
Ne ubelli terrere minis, pelagiq; fragore.
Exuperanda manent terris, & plurima ponto;
Quò tua per totum virtus celeberrima mûdum
Clarescat belli magnis inuecta triumphis.
O felix nimum; sæui quem gloria martis
Laudibus insignem miris æquabit Olympo.
Quid tua non sternet virtus? qui nomine tatum
Austriadum magno non vertent terga ruina?

Hosti-

Hostibus o cœli cunētis fatale flagellum,
 Euiētis magno felix veberere triumpho
 Leuenta victor scopulis. en meta furoris
 Regis adest Thracum. quātos o Echinades vnda
 Teucrorum gemitus, fractasq; videbitis alnos
 Sanguine perfusas pbrygio, qua funera ferro
 Austriada demissa truci, cœsasq; phalanges
 Hac dextra; cū mille cruenta ad littora truncos
 Vluetis, vitreum mutata cæde colorem?
 Laus tibi certa manet: requies hic certa laborū,
 Mæte sacra virtute deum. victoria nulli
 Talis adhuc fatis vnquam concessa benignis.
 Victaq; Threicum, Lybiaeq; superbia bello,
 Eoq; manus calcatis equore signis
 Ingentem mœsto comitabitur ore triumphum.
 Nec cœpto telis aderit fortuna superbis;
 Quin deuicta tuis dextris cadet obruta fatis.
 Multaq; prætereā mentis cumulata videbis
 Gaudia; cum vento ignotis accesseris oris.
 I felix tamen; augurio maris equora dextro
 Curre; victoremq; vocant neptunnia regna;
 Diuorumq; fauent portentis numina claris.
 Inuidiæ victor fines, cœcæq; relinques
 Fortune, nulli maiorum laude secundus.
 His dictis ima flauum caput abdidit vnda,
 Impellens dextra puppim; quam cætera turba
 Prosequitur, cœli Phœbore deunte per axem.
 His grauitè succensa super Nassupia dictis
 Fulminat; & Latijs bellum exitiale minatur,
 Acta sic rore graui: nobisq; in prælia certum

Spondet

Spandet opem vento, placidâq; in secula vitam.
 Hinc velis inuicta furens volat ocyor Euro
 Butbrosam, visura ducem, stimulisq; malignis
 Bistonios dira proceres accendere bello.
 Interea sequor inceptam felicitibus ausis.
 Mithus iter, seruens mollissima tempora cepto.
 Iamq; rubescant roseis inuicta quadrigis
 Luminis prima daa; Phoebû que nûtiâ monstrat.
 Cum proci obsecras colles, atrisq; caminis.
 Prospicimus longe salientem ad sidera fumum.
 Optat e spirant uera: fert vela secundus
 Ventus; & angusti rarescunt claustra Pelari.
 Est in conspectu rerum notissima fama.
 Insula, diues opum, grauibusq; insignis aristis,
 Inuictisq; armis, Sioniam dicere priores.
 Hic urbem quondam Graij coluere coloni
 Messenem, quam Messaniam dicere minores.
 Hanc apetit; inuictosq; insignis littora portus
 Applausu subijt placido stant gurgite nus.
 Accumulantq; decem portus in limine primo
 Laudibus eteras domitorem gentis Eoum.
 Tum longa Vinctus senior in veste dacara
 Astitit, & Regi manuum post oscula futur.
 Hispanæ, nostraq; inquit, diuocinelyte classis,
 Gloria Maibrum, & Latij spes altera nostri,
 Hæc tua me virtus magnam diffusa per orbem,
 Adriaciq; patres, unaq; miserima Cyprus
 Coniungere tibi, iussisq; egere volentem.
 Gens eadem, que tot feratibus oppida bellis
 Norica vastavit, diris prædæ ruinis,

Magnanimiq; ingens turbant classe Philitipi
 Imperium toties, & nunc teris Appula rura,
 Nus, Salamina premēs, Cinyreiaq; littora ferro,
 Infesto sequitur suppressos undique Marte.
 Si pellem et enim regno; nihil affore credant;
 Quin omne Ausonia, quin magnū robar Iberū,
 Et Gallos, & quae tacet extra sidera, terram,
 Imperium fratris, subigant in sceptrum Sabies.
 Te Veneti Patres; Cypriq; obsessa iugentus,
 Virgineumq; decus, puerumq; obscena ruina,
 Ausoniaq; urbas, & Christi fida propago,
 Oramus, prohibe sacris altaribus ignem
 Infandum; & tanto presens succurre labori
 Christi adum: solus tu spes fidissima Martis.
 Te penes imperium, nomenq;, & fama Quiritū.
 Talia Vennerius: cuncti simul ore fremebant
 Hac eadem Latij, succensi lumine claro
 Principis, ut contra breuiter se excipit hnos
 Austroades, equidē, Veneti Dux optime Patrie,
 Iam pridem sic Hispanis audissimus oris
 Othomanos furere; & Latinos excindere campos.
 Sed patrie tantis crudeli bella vetabant
 Infestos contra Mauros succurrere rebus.
 At nunc ethereo dudum munimine fracti
 Venimus auxilio Cyprijs, regnisq; Latinis:
 Christi genumq;, sacra pro libertate meorum
 Spondemus vitam fratrum, sacrificq; tuendis.
 Austriadaq; mei, pater o depelle cinorem,
 Quam petis, eterno iungatur federe dextra;
 Quam diuina fides, & amor iunxere priores.

Sic factus, Veneto dextram succensus amore
 Iungit; & hoc animum praesenti pignoro firmat.
 Extemplo latus ferit aurea sidera clamor
 Christigenum, Dasis attollens praesonia magna
 Tum iubet instructos bellis ad littora cogi.
 Undique, rostrataeque ascendere protinus alnos
 Tum rascit remis, velisque vocantibus aurae
 Quassat ambora classens, binisque procellis.
 Addest opes, additque duces, simul instruit armis.
 Surgentes ne forte moeretur carbassus aurae.
 Interea late diuina delubra patebant
 Suppliciter, tantoque sacris pia numina votis
 Poscebant bello, praesertim martius heros,
 Inuitans puro sanctum sub pectore numen.
 Ante fores templi magni spectanda Philippi
 Coepa videbantur miris instructa triumphis.
 Ut premium lato redimitus tempora sceptris
 Regnorum, Gallos horrendo Marte premebat,
 Delataeque acies, proceresque amplexus amore
 Captiuos, dictis curas mulecebat amicis.
 Nec minus inuictus longè bellator Iberus
 Undique, romanos armato milite muros
 Cingebat; gelidum Tybur, veteresque stegella,
 Indomitumque simul portabat Anagnina Martem.
 Multaque tū Prusinum spectantia moenia captis.
 Inde videbantur totis descendere ripis
 Composito rursus furibundi foedere Galli;
 Ac gelidostandem congressi Marte Sabellos
 Infecto, paruis miscebant praelia damnis.
 Inuictus siquidem ferro Hernandus atroci

Obstabat, simul exagitans certamine Romanis.
 Hinc in toto iunior succensus corda dolore,
 Martius Aufriades ingenti Marte premebat.
 Instabiles Belgas, prostruens funere Gallas.
 Perseus stragem bello dux victus acerbo,
 Ductoresq; alij iuvenum, fusiq; manipuli,
 Captaq; tot saevis surgentibus oppida ballis.
 At Senones pulchra in Latia tot praelia, si iustum
 Experti, patriam versus sine Marte redibant:
 Magnanimusq; sacro Ferrandus foedere victor,
 Parthenopes puriter pulchra tendebat ad orbem.
 Sed non fulmineus Termes, nec Strozzius heros.
 A diro saeni cessabant Martis amore:
 Vastabantq; agros, disruptaq; moenia ferro.
 Tuq; dolens muris spectabas densa tuorum.
 Furem sanguines gens Veromandia campis.
 Sed non longa leues fundens lamenta per auram,
 Turdebas tristi sociorum pectora casu:
 Nam subito propriam sortem lugere malignam
 Undique belligerum telis oppressa cruentis.
 Vaccenam, casis tot millibus ante tuorum,
 Instabas, patiens victoris frena benigni.
 Hinc procul extremam discordia dira ruinam.
 Addebat Gallis, ducibusq; infensa Quiritum.
 Marcorum rigidis victos pellebat ab oris.
 Palentesq; hostes circum dare terga Truentum.
 Parthenopes Equitum turmis, castrisq; superbi
 Militiae, totoq; videbas limite pelli;
 Ultriciq; sequi Ferrandum fulmine victos.
 Nec minus expertus sortem Termesius atram

Victus

LIBER SECVNDVS. 69

*Victus apud Morinos Bivivuri cuspside stratus
 Magnanimi, dextram supplex tendebat inermi
 Victori magno, duro tot Marte peremptis
 Gallorum, captis ducebus, fustisq; manipulis
 Etruscis etiam pendebat Strazzius aruis
 Effusus tanto dignas pro crimine pœnas
 Inde videbatur fatis, superisq; secundis
 Victor quans ferro Gallos percurreret ampas
 Inclytus Austriades; urbesq; euertere muris;
 Gallorumq; animos acriter contundere bello;
 Militiamq; omnem, Regemq; laceffere Marte
 Sanguineo tutis renacentem prœlia castris.
 At tantis superum pietas discrimina rebus,
 Christigenumq; nases votis tollebat amicis,
 Coniugium sacro tranquillam fœdere pacem
 Componens; priscaiq; reducens omnia sceptris
 Fœdere Romanus tanto latissimus orbis
 Exultans, grates summo reddebat Olympo;
 Felicemq; diem donis, letisq; choreis
 Instaurabat amore pio, pacisq; triumphis
 At nō Christiadam tranquilla pace, Draguthe,
 Gaudebas; magna Fortuna dum classe Deorum,
 Vixamq; premens, sperabas Marte trophæum
 Pallidus aufugiens hosti munimina tanti
 Linquebas belli socram trepidantibus armis
 Cunctorum; duroq; instantem Marte superbum
 Mendoza tergo, Lyguremq; horrore tremiscēs.
 Tu quoque victoris fatis Pinnonis acerbis
 Arx dæctram Regis validam perpeffa potentis,
 Getulos tæca fugientes nocte, dolebas,*

Aspiciens; versosq; fuga, seu funere stratos:
 Qui tibi subsidio veniebant agmine denso,
 Sis inuicta sit u quamuis, & rupe superba.
 Inde videbatur Melite consumpta proteruo
 Fulmine Threicio, iam iam lapsura cadenti.
 Assimilis, Phrygium manibus populada cruentis:
 Cum Toletanus valida succurrere classe
 Obsessis Princeps, Thrace sq; obtundere ferro,
 Et flammis optans, ficulis soluebat ab oris.
 Vix prima litus Melites telluris adibat.
 Classis lbera, deum fati inuicta secundis;
 Cum procul à portu ventis dare vela vocatis
 Palescens pavidoproperabat Thracia vultu;
 Sythonia sq; , necem metuens, fugiebat ad urbes.
 Nec procul hinc viuis certantia vultibus ara
 Spectabat Maurum letuspalescere morte
 Batigenum telis ipso duce caesa superbis:
 Dum socijs nixi Numidis, Tingiq; propinqua
 Spernebant proprio Regi parere rebelles:
 Inuictosq; duces bello laudabat lberos,
 Militiamq; acrem tantam strauisse cateruam
 Maurorum, pavidamq; fuga vertisse ruentem
 Reliquijs: cuiusq; manum certamine tanto,
 Gestaq; , questumq; sibi narrabat honorem.
 At qua nube caua gestis spectanda futuris
 Cœpta videbantur, sacro ceu carmine vatum
 Inspicienda forent, umbris reuoluta manebant;
 Spectariq; velut poterant oracula diuum.
 Ionio siquidem magnoper Echinadas vndas
 Horrendum classes martem miscere superba.
 Thra-

LIBER SECVNDVS. 71

Thracia, Batigenumq; Ducis, permista Quiritibus
 Naubus, Adriaciq; patres, turbeq; soluta
 Fulmineis telis, flammis, multa; cruenta
 Cade videbantur, bustisq; inuoluere pontum.
 Victricemq; fero Latiam contundero bello
 Trejcius tandem: iactumq; per equora bustum
 Magnanimi pandebat Halys pictura; sed ipsa
 Principis Austriada magni mucrone crudum,
 Effusosq; duces alios, caesosq; phalanges
 Othomanum, captasq; rates, Sariosq; profusus,
 Ocyalumq; auris fugientem bella secundis,
 Victoremq; altis tandem remeare triumphis
 Austriadem, magni spolijs Orientis onustum.
 Nec procul infestum rabida tum plebe gerebant
 Patricij, matrem Lygures, clademq; parabant
 Descendam; varijsq; agitati pectora fatis
 In sua conuersi lacerabant viscera ferro.
 At pius Austriades sortem miseratus acerbam
 Urbis dilecta, dictis, gestisq; bonignis,
 Concilians inter se se, mulcebat amore
 Ingenti, reddens tranquillam in pristina pacem
 Belligerum; positisq; odijs, armisq; repulsis
 Otia compositi iucunda pace terebant.
 Interea Gallos fœdabant impia campos
 Dogmata Christi fugum stygijs educta caminis;
 Christigenasq; pios infesto Marte petebant,
 Serpendo tacito per inertia sorda veneno.
 At bonus eximio Christi succensus amore
 Carolus, atque illi succedens alter, & alter
 Henricus pariter dextris infensa superbis

Hostibus infectis, & averno bella ciebant;
 Obnixiq; hastis stabant, & Marte corasce
 Terribiles; nec cedebat victoria cuiquam.
 Cùm pius Austriades succensus amore salutis
 Gallorum, fortes acies, validosq; rogatus
 Subsidijs Equites ternis in praelia mittens,
 Horrendo diros hostes ter Marte fugabat;
 Hostili Senonum perfundens sanguine campos.
 Hinc simul instabiles horrentia bella rebelles
 Miscabant, Belgæ, reuertes sceptrâ piorum
 Austriadum, ritusq; sacros, mareq; Quiritum.
 At bonus ingenti succensus amore Philippus
 Romæ fidei, regniq;, almaeq; salutis,
 Ter denos hostem contundens Marte per annos
 Continuo, placidis dictis subdebat, & armis
 Magnanimus victor; pacataq; pectora pristis
 Ritibus æthereis vero mulcebat amore,
 Concilians; arasq; sacras, & templa struebat.
 At non imperijs tanti parebat amicis
 Regis adhuc pubes animis infrana superbis.
 Atuacutiadum: contra quin bella fouebat
 Impia, Batigenas prohibens à Menibus acies:
 Arx tamen infensis cõtundens compita bombis,
 Peruersos hostes horrenda cade premebat.
 Hinc atimenta suo tollens cum flumine Tigris
 Magnus Alexander, lenta consumere morte,
 Obscenaq; fame quærebat perdere ciues.
 Sed tanti magna pressi formidine belli,
 Suppliciter pacem flexi, veniamq; rogabant
 Obsessi; placidusq; dabat Farnesius heras.

Inde

Inde videbatur magna comitante caterua
 Magnanimum heroum magna iustissimus heros
 Urbis Vlixæ vacuum contendere sceptrum,
 Pacatosq; animos placidis exquirere dictis.
 At notbus obstabat validis Antonius armis,
 In iustis regni redimitus tempora festis.
 Sed bonus Austriades terris inuictu, & alto,
 Vndique miscebat duris certamina telis;
 Horredoq; Notbum pugnantē Marte premebat.
 Nec procul in vastum ventis in vela vocatis
 Oceanum tendebat iter mœstissimus ore
 Magnanimi victus validis Antonius armis
 Austriada: lati tandem cui mœnia ciues
 Pandebāt; sceptrumq; dabant Orientis, & Indi
 Imperij; festumq; diem, laudesq; canebant
 Accensi magno tanti victoris amore.
 At non horrendo concussus pectora Marte,
 Bella Notbus, Martēq; truce linquebat, et arma;
 Sed mentem furij, stimulisq; agitated iniquis
 Subsidio Gallis, iunctisq; in bella Britannis,
 Nauibus innumeris vexabat littora vasti
 Oceani; sceptrumq; armis urgebat acerbis
 Austriada magni, prostrernens mœnia ferro.
 At bonus Austriades contra feruentior ibat
 Classibus inuectus magnis; hostemq; premebat
 Arduus, aduersas immergens æquore naues;
 Aut captas rapidis consumens ignibus alnos;
 Ac plures acri ducebat milite victas.
 Inde videbatur rursus dare lintea ventis,
 Reliquias vastis ducens Antonius undis;

Spirabatq; minas; & adhuc certare parabat
 Victorem contra fati adductus iniquis,
 Vectus ad Oceanū; scopulis ubi frangitur unda.
 Hinc ingens densis victor de nauibus ibat
 Fulmineo contra ferro, validisq; cateruis.
 Aspera tum diris miscabant praetereaedis;
 Immisitq; trusi fundebant corpora letho.
 Terga fuga tandem vertebat turpia victus;
 Instabatq; iterum vento noua quaerere regna.
 Infelix spurius, flauosq; subire Britannos.
 Cetera per campos infelix turba ruebat;
 Teستاq; vix paucireduces vicina subihant.
 Hinc procul ingenti succensus amore salutis
 Indorum, fati q; deum deductus amicis
 Magnanimus victor vastum soluebat in equis
 Batigenam valido constructam milite classem:
 Littora quae magno labens circumdata ponto,
 Semiuirum turmas inuictō marte domabat
 Innumeras; ritusq; sacros, moresq; docebat
 Christianum; nomenq; suo de nomine dicens
 Regna Philippinas oras quae sita vocabat.
 Multaq; praeterea subdebat mœnia sceptro
 Indorum, latis addens ingentia regna.
 Tu quoque Lutetiae pubes latissima tanti
 Gaudebas opibus Regis; dum tristibus armis
 Insistens muris resonabat martius hostis.
 Agmina Batigenum miro subeuntialimen
 Ordine praesijs spectabas inclytatutis,
 Hostili circum ferro vallata superbo;
 Agmine sed medio cunctis quod celsior ibat

Magnanimus deuectus equo Farnesius albo,
 Afflictis spersona tuis fidissima rebus.
 At Galli sancto seiuncti lumine Romæ
 Hostibus aduenisse pijs hispana dolentes
 Agmine subsidio; iuuenilia corda parabant
 Dissidijs; diroq; Edetanos Marte ciebant
 In Regem; sæuisq; animis, armisq; superbis
 Auxilio celeres campos, vrbesq; subibant,
 Mœnia peruerso miscentes cuncta tumultu.
 Inde videbantur celeri dare turpia gressu
 Terga fugæ puidi; patria; reuisere terras,
 Vaccaæ magna pressi formidine gentis
 Instantis tergo telis, lethumq; ferentis.
 Saldibæ mox ante fores tot busta iacebant
 Periurum truncata caput; gentisq; rebellis
 Cetera multæ tatis letho maioribus atro
 Turba quiescebat tantæ formidine cedis,
 Fulmineaq; manu Vargæ concussu superbi.
 Hinc præcul Albertus murisq; sistuq; superbi
 Urgebat bello grandi mauortius Vltim:
 Nec Latices, fosseq; gradum, nec lata vetabant
 Mœnia conscensum, molesq; educta minarum.
 Attamen infestam præcul hinc scædentibus arcæ
 Obstabant Morini ferro, dextrisq; superbis,
 Ex alta validos in præceps arce ruentes
 Vardulios; rursusq; at acres, iterumq; subibant
 Hispani; sauiq; anceps victoria belli.
 Surgebat, misto pignantum infecta cruore:
 Cum telis aliqui, dextrisq;, animisq; superbi
 Auxilium signo superata è turro vocabant
 Erecto;

Erecto; socij; accensi Marte subibant
 Subsidio; victisq; intrabant hostibus arcem.
 At non tu longum vallo circumdata Martem
 Pulchra morabar bello contundere ciues
 Samaxobrina, dolens, ferro superata cruento
 Vardulium; sed victa manus, & sceptrum potenti
 Victori supplicem Hispano sponte ferebas:
 Teq; sequobantur tanto vicina triumpho.
 Mœnia; victorisq; p̄ij mandata subibant
 Fontani Comitis; Regemq; in sceptrum vocabant
 Austriadem, lætis velantia frondibus urbem.
 Sed non tu, Gessoriacum, mandata Philippi
 Magnanimi valido Gallorum Marte superbunt
 Sancta sequebaris primò; dum fortibus ausis
 Austrius Albertus contundens effera corda,
 Undique sterneret diris tua mœnia bombis.
 Ictus hoc tristi concussus pectora casu,
 Ostia pandebat victori cuncta repente
 Magnanimo; gremioq; rates refouebat Iberas.
 Nec procul hinc bello succensi pectora pauci
 Ambanum stricto rapidi mucrone subibant
 Batigena; victisq; intrabant ciuibus urbem
 Ardentes, multosq; dabant in funera ciues.
 Inde videbantur rapido procul agmina gressu
 Concita subsidio facijs instare superbis;
 Deuictæq; urbis constructis limina turmis
 Intrabant tandem; Martemq; à cede vocabant.
 At pius Austriades superis sacra vota benignis
 Inde soluturus patrijs ingentia campis
 Marmore tum pario solidis, & iaspide fuluo

Trecentum magnis deducens templa columnis,
 Insertisq; auro gemmis fulgentia flauo,
 Aurataq; trabes, aurata monilia circum,
 Cunctaq; murorum componens aurea fertis
 Per gyrum varijs intexens ordine gemmas
 Eximia, cuiusq; struebat imagine diuis:
 Inuictosq; suo sacrabat limina diuo
 Talia; qui Crates supra Laurantibus agris
 Crudelem Regis rabiem superauit, & ignem;
 Sydereumq; pius conscendit victor olympum.
 Nec procul instabat deuoto pectore sacris
 Intentus ceptis, Romanum orare parentem
 Suppliciter, sacro Francisci ex ordine diuis
 Aethereis, clarum gestis, vitaq; beatum
 In numerum referat Didacum, sortemq; deorū.
 Inde vidabatur rutilantibus inclyta gemmis
 Constantina domus signis fulgere coruscis,
 Aulae q; sacris, diuisq; micare triumphis.
 Maximus hinc Genitor solio cōstructus eburno
 Celsior insistens, sacro procul agmine fratrum
 Purpureo pariter ceptis instare sacratis,
 Hispanum numero sanctum referebat, & almo
 Concilio Superum, solito veneratus honore.
 Vt tandem magno consumptus membra dolore,
 Aethereo tendebat iter deuotus olympo:
 Nanque videbatur palma complexus utraque
 Dilecti supplex signum venerabile Christi;
 Qbtutuq; tuens humili, lacrymisq; vereri.
 O qui dilectum (lacrymans dicebat) in orbem
 Aeterna pietate manes, & munere diues,
 Pondere,

Pondere, mensura, numeroq; immenso Creator
 Omnia cōstituens; sed quas sine pondere sanctas,
 Mensuraq; tuas, numeroq; Redemptor amat:
 Diuite pro nobis ex illo factus egenus;
 Vt nos aeterni ditares munere Patris.
 Accipe me famulum pietate miser tu eadem;
 Aeterna qua me rapuisti à limine mortis.
 En venio: dexter Genitor tu suscipe cælo;
 Infandumq; tuæ meritis scelus abluæ nostrum
 Viuifica pinus, sanctoq; absterge cruore;
 Hac etenim nostra restant spes vna salutis.
 Talibus exorans dictis, spectabat olympum;
 Tramite ceu recto foret ascensurus ad astra.
 Tempora tum fertis oleæ redimita virentis
 Vltima magnanimo dignas gens Italiana grates:
 Exultans omnis placida propace Philippo
 Vndique seruata vultu soluebat amico;
 Clemētēq; animum pietate insignis, & armis
 Austriadae magni miris æquabat olympo
 Laudibus, æternum fama super æthera notum
 Attollens: eademq; sibi spondebat amore
 Dilecti geniti patriæ pietatis alumni.
 Nec procul aeternis totus latissimus orbis
 Christigenum sanctæ gestis ingentibus vni
 Inuictō Fidei Tutori ferta sacrabat
 Aurea; supremumq; memor seruabat in annos
 Venturos nomen magni, famamq; Philippi,
 Dona parans genito patriæ pietatis alumno.
 Talia dum legeret magnis erecta triumphis
 Martius Austriades; euincti tempora tanis

Austrinam magna pueri suprema canebant.
 Cæpta domus; celsisq; simul per læta trophæis
 Mœnia Trinaerij celebrant præconia ciues.
 Intere à Ladivem rebus sic Marte paratis;
 Fructiferas inter Cymbas permistus ab urbe
 Exieram; celorig; latiniã salsa bireme.
 Sulcabant lætas ventis à puppe secundis:
 Cum magnas medijs Tholmes occurrit in undis
 Remige præcipiti; veteremq; agnouit amicum
 Exemplo; carisq; diu complexibus hæsit,
 Prælia Bistonie narrans felicia classis.
 Vicinis, inquit, ne quis de finibus ullam
 Ferrer opem Latij; Malæa per carula vrbis
 Nunc, olim, bellumq; ingens immitteret annis;
 Magnanimi cõuenit Halym fortuna Methone;
 Seq; deam confessa duci, sic orsa profatur.
 Inclyte Thraicium ductor, quem fata deorum
 Conclamât, Italiam sceleratam euertere gentem,
 Quid renuis; quid ue bis tantum teris otia terris?
 Quam sortem manifesta, vides, portenta deorum
 Ostentant; belloq; modum quem fata secudent.
 Quid frustra magnis lustras bis classibus equor,
 Butbroto cedens, Gracumq; inglorius vrbes?
 Rumpe moras omnes: fatis stat debita tellus
 Ausonia concessa tuis: hanc arripe velis
 Principid: siquidẽ suadent hanc numina diuum
 Cunctorum, flammisq; oras abolere superbis.
 Sic passim Latios omnes, Gallosq; comantes
 Contundes bello; sæuosq; aggressus Iberos
 Imperio subdes Thracum, nouiterq; repertos

Fluentes Indos, ac molli crine Britannos:
 Threiciūq; sater Princeps erit unicus orbis
 Imperij, supremus apex, & gloria mundi.
 Nec tu bellorum motus barresce futurat;
 Coniurent quavis Latij, populiq; feroces
 Hispani; iunctisq; aduelent classibus, æquor
 Ausonium; magniq; inhiant Orientis ad urbem;
 Portentesq; simul iactent responsa deorum
 In Teucros Latio vertendos fulmine dīro:
 Tempore nam paucos tales discordia soluet
 Undique collectos: nec amor, sed dirus habenda
 Ardor agit; nec eos sceptrum regit, unica virtus,
 In finem tendens unum: sic quisque supremi
 Impatiens consortis erit; frōnumq; repellet.
 At ubi transmissa steterint trās, æquora naues,
 Vota deum solues positis ingentia templis
 Principid; sanctoq; tuo libabis Alunta,
 Infelix; bellisq; secundis utere fatis;
 Et quo te vocat Omnipotens fortuna triumphos
 Hac immota tuis nam stat victoria gestis.
 Sic ait: & dictis iunxit sua præmia laudi;
 Inceptisq; nocere moras, tunc Pandone Cretus
 Orsa refert contra, nec me mauortis ad arma,
 Diua potens, nec degenerem præstantibus ausis
 Arguet vlla dies: tantum dī recepta secudent
 Te dute: nec digna cessabunt munere grates.
 Hæc ubi dicta dedit: ventis dare vela secundis
 Imperat; ac signi iussu, moxitisq; deorum
 Ingenti petijt vicinam classe Zacynthon.
 Tum dulces desolat agros, & fulmine vastat.

At ciues magnis excelsam viribus ancem
 Obseruant; vitamq; erecta in sede tuentur.
 Nec struere aratas acies, nec credere campo
 Audent se viseri: quãquam dolor efferus urget,
 Agglomerare manum, duroq; occurrere ferro.
 Attamen obijciunt portas; ac iussa facessunt:
 Sic etenim cedens cunctis præceperat olim
 Vennorius; si qua ingrueret sors impia belli;
 Ut magno intos conseruent aggera tueros.
 Infauftis alijs flammis vexare Sarmeos
 Aggressi, diuersa ruunt à culmine tecta
 Immanes; rapiunt alijs vernantia prata;
 Pars spoliant agros; ferro pars limina vertunt.
 Sic dira vastant miserandam strage Malenam,
 Deslendamemores Cræteni in littore cedis.
 At trepidi ciues spectantes ultima vitæ,
 Erumpunt portis (patria, rerumq; subegit
 Dulcis amor) vitamq; in aperta pericula mittunt.
 Sola salus erat his virtus, nullamq; salutem
 Threicijs nunquam miseris sperare subactos.
 Hæc animum victis, & vires sæpè ministrant;
 Et desperatam reuocant in Marte salutem.
 Tum versis lugere iubent pia nuuina fati.
 Immites, hominum saturatos sanguine sola.
 A summa dueros etiam Franciscus agrestes
 Martius arce vocans, cornu canit arma superbo.
 Gellius ante suos ductor ruit efferus omnes,
 Falce furens valida (telum sic fortè gerebat)
 Indomitiq; alijs subito de montibus adsunt
 Syluicola; bellumq; cient, martemq; cruentum
 Aggressi

Aggressi sudibus; pugnamq; imitantur agrestem
 Missilibus: tum saxa volant, & ferreus imber,
 Et mista dira ad cœlum formidine voces.
 Nil animo, belloq; putant, ni Marte cruento
 Ultiores patriæ, rigidisq; excindere contis
 Threicias acies; & obumbrant æthera telis
 More nivis: sedantq; effusos sanguine campos
 Nostrorum. seuos una moriturus in hostes
 Quisque ruit; recto non Marte laceffere Teucros.
 Obsistunt contra sarij; rigidasq; læcertis
 Intorquent hastas; librantq; volatile ferrum;
 Accenditq; pudor vires, & Thracia corda.
 Tollitur in cœlum clamor, gemitusq; cadentum
 Undique: terribilisq; pavor certamine surgit;
 Desperata salus est hoc sortita periculum.
 Nec minus excelsa succendit ab arce Zacynthi
 Mæroellus; socios tandem decernere ferro.
 Undique collecti portis testudine densa
 Invadunt ciues bellum ferale superbi
 Pro patria; proprioq; illi pro sanguine certant:
 Agmina contemnūt morituri millia Thracum,
 Telaque; nec cœco curant contendere Marte:
 At Thracæ propriæ magno pro laudis honore
 Despectam mittunt in aperta pericula vitam:
 Sic multo fœdant permixto sanguine terram.
 At pater Ismarius præbens à puppibus altis
 Thracibus auxilium, premit vdis littora proris;
 Ingentemq; ciet pugnam. tum fortis Acalles
 Sternitur ante Phryges dextra clarissimus oēs;
 Qui primus ferro seuos inuaserat acris

Hyria.

Hyriadas: hunc multa virum præstia circum
 Corpora Strymonium telis agrestibus atris
 Casa iacent, fortisq; Peles, & fortis Isuffus.
 Inda Petrus, Marcusq; ferox, acerq; Metellus
 Ductores iuvenum primi, mistaq; caterua
 Funduntur campo: Teucrum dum fortia letbo
 Pectora dant magno nodose robore clava.
 Hoc casu ciues percussi corda proteruo,
 Succensiq; agris, & ubi spes nulla salutis;
 Ignesunt; vitamq; iubent pro laude pacisci.
 Quales percussi calamis, aut stipite duro
 Indomiti vallo tauri, cœsiq; furore
 Crudesunt; lacerantq; iratis cornibus hostem.
 Sic ciues cœco commiscunt prælia martem.
 Insurgunt iterum; fernoq; asperrima bella
 Agglomerant. dira Hyriadum fortuna furoris
 Aspirat; nec enim passunt obistere Thraces.
 Concurrunt acies omnes, sariumq; phalanges
 Terribiles; tantumq; iubent frenare furorem.
 At pater Ismarius presentibus impia factis
 Fata deum cernens, & lucka minora periclo,
 Succensos iubet ad classem certamine Teucros
 Acciri subito, duraq; obistere pugna
 Paulatim: rauco cecinerunt cornua cantu.
 Concurrunt subito Phrygij conscendere naus:
 Pars equor manibus verrit, pedibusq; refellit.
 Pectore prostrato; conto pars salsa fatigant:
 Littore diffugiunt telis sic agmina versis
 Thracia. quas strages, seuo quas Marte ruinas
 Dardanide passi? scedis rubet equor arenis

Sanguine Dardanio. nostrum (lacrymabile visum)
 Inuiso tot tela natant, & busta profundo.
 Instant ardentes telis, & cuspide dura
 Hyriada; flammamq; ferunt; nimboq; carinas
 Saxorum quatiant; tibrantq; a litore tadas.
 Desuper e protis liquofacta fulmine glandes
 Funduntur, colereq; sudet, & spicula nerulis
 Densa nimis ritu: spei nunt audacia corda
 Hyriadum; nec Marte timent concurrere cœdo;
 Nec diram ratibus nantes inferre ruinam
 Flammiferam; celsaq; infigere vulnere puppe
 Threicys; pariterq; atro procumbere ponto
 Fulmine confossi, miseramq; effundere vitam.
 Iamq; ferè mediam telorum exhauferat ætus
 Threiciam classem: mansisset & altera flammis
 Diruta; ni pelago rosas properasset Ibero.
 Phœbus equos, fusca dirimens certamina nocte.
 Vix tamen horrenda cessant à cæde superbi
 Hyriada; tenebrisq; intorquent spicula densis;
 Iratas talis rabies agit effera mentes.
 At Thrates magna belli formidine pressi
 Aversos ceptis dictos, & sidera credunt;
 Nec superum sensisse sacris oracula signis.
 Orant discessum; primisq; cadentibus astris
 Consurgunt; ventisq; citi dant vela vocatis.
 Nec minus horrendam perpeffi Marte ruinam
 Othomani proceres iaculis, flammisq; Samæum;
 Lethiferisq; exhausta foret pars altera flammis
 Sythonia classis, cæsiq; ad littora Teucris;
 Ablato ni nox eadem fouisset Olympo.

LIBER SECVNDVS. 85

Thracæ adhuc trina miseræ sic clade profusi
 Indecores fugiunt: fœdè iam martis eadem
 Littore Cydonia super tot strage peremptis:
 Dumpater Ismarius Venetas excindere naues,
 Cydoniosq; viros, & agros succendere flammis,
 Arduus Euboicis illuc properasset ab oris.
 Tum contra flammis, saxis, sudibusq; præustis,
 Et contis, iaculisq; truces, & fulmine diro
 Cydonij prima prohibent considerare terra
 Threicios; celeresq; effundunt spicula cornu
 Cydonio; pulchramq; petût per vulnera mortem.
 Fulminat interea summa Delphinus ab arce
 Aere cauo; nauesq; quatit; totamq; per ondas
 Sparsisset Thracum deffendo funere classem,
 Gortynæ, Rythimæq; ultus, sociumq; ruinas:
 Ni monitis diuum inffisset cedere pugna
 Pandonius. palmæ sic spe delusus inani
 In Maleæ cessit proprias inglorius vrbes;
 Hyriadumq; truci persensit fulmine stragem.
 At ubi Pandoniæ melior sententiæ menti
 Constitit; & diuum quæ sint oracula, nouit;
 Instructa subitò petýt Phæacia clusse
 Littora, Chaoniaq; oras; ac milite campos
 Obsidet armato; segetesq; excindit, & agros;
 Doceamq; bonam, populosaq; mœnia Sicci,
 Et vetus Ascriuium, satis populatur iisdem,
 Vlconiumq; simul; multasq; furentibus vrbes
 Militibus premit Epyri; multasq; per ondas
 Illyricas; multamq; rapit certamine prædam,
 Oppida succendens, præclaraq; mœnia flammis

Christiadam: cœptis Italum felicibus antè
 Presserat Hostoniu; celebrataq; rara tremarab
 Daunia, virginæ præda iam prolis onustus.
 Sic victor reineabat ouans Orientis ad oras
 Pandonius, dulces forsam passurus amate
 Coniugis amplexus: q̄ n̄c manet urbe Methone.
 Fortè sub aurora Butbroti è mœnibus altis
 Adriacas plenis naues procedere velis
 Prospicimus: subito rostris stridentibus equor
 Findimus: obtundunt sudantia pectora nautæ
 Festini tonsis: volat omnis remige magno
 Aëtaratis; letoq; vnda clamore resultant.
 Aufugiunt visu Veneti: timor addidit alas
 Præpetibus pennis: phæacia littora fatis
 Intraffent primis inimica è classe soluti:
 Vltrix ni Thracam cladis, Phrygiæq; ruina
 Ausonios contra ferali accincta flagello
 Instaret, iustis spirans Nassupia cœptis.
 Præscia venturi struxit statione latentes
 Cassiopes dea nostra dolos: nam puppibus antè
 Miserat Ocyalum populatum funditus oras.
 Sic insperatis propria statione periclis
 Obijciunt se se miseri; dum patria credunt
 Agmina speratum Corcyra soluere portu
 Auxilium latura suis. sic Marte Caduci
 Spicula deponunt bumeris, & scuta reclinant.
 Irruimus ferro; Venetosq; immittimus umbris:
 Afferuant alij prædam; tum funibus arctant
 Barbaricum; Petrumq; duces; coguntq; fateri;
 Quid Salamina super, quidnam de classibus ipsi

*Hispani, Latijq; duces; Venetaq; superba
Afflictis quæ sit rebus fiducia genti.*

Ingentem subitò moliri littore classem

Trinacrio, responsa ferunt; simul ostia centum

Adriacas sabijisse rates angusta Pelori.

Quò simul aduenit multis cum millibus heros

Austriades, referens diuinum in Marte parentē.

Hoc duce magnanimo collecta classe superbi

Christigena longas venient Orientis ad oras,

Marte ciere Phryges, hostemq; laceffere bello.

Hac vice sermonum Butbroti ascendimus urbē,

Letitia cumulo perfusi pectora magno.

His tamen adiunxit cœptis fortuna secundis

Letitiam primo maiorem leta triumpho.

Solueret Adriaco portu iam flamine leni

Longa ratis, carum misera latura Cethinæ

Auxilium, coram velis inuecta secundis

Accessit: Latij soli fortuna recessit,

Aoliam furibunda petens, & carcere frænat

Imbriferos cum Rege Nothos, fratresq; furētes;

Adriacæ ne fortè rati succurreret ullus.

Aspicimus nauem coram sine flamine stantem;

Mox aliam propè; quæ fatis languescit iisdem.

Letitia subitò magna ferit æthera clamor

Nauticus; obductisq; agitât freta salsa lacertis.

Sic circumfusi telis, & fulmine vasto

Irruimus; superos prædæ, diuamq; vocamus

In partem; ferroq; latus, tabulasq; proteruo

Scindimus; & multos fœdis effundimus undis.

Obstunt contra telis, & Marte caduci

Audaces, tædæq; ollis, & sulfure diro;
 Vnanimèsq; omnes celsis à puppibus arcent
 Audentes Teucros; & acerbo funere mergunt
 Quamplures; vitamq; iubent pro laude pacisci.
 Acriùs instamus proris; & remige crebro
 Hæremus lateri; pulsiq; recedimus inde:
 Aenea nec cessant vasto tormenta fragore
 Vndiq; transtra, foros, miserosq; vorantia remos
 Sulfureis flammis, cõmistaq; corpora Teucrum;
 Plorâtumq; ingens surgit simul vndiq; clamor.
 Nitimur Ausonia rursus succedere puppi;
 Et martem pariter disiectis cominus armis
 Tentamus, multo mercantes sanguine puppem
 Aduersam: celsa Latij nam puppe superbi
 Aduentare vetant contis, duroq; metallo.
 Saxa, facesq; alij librant; tum grandia montis
 Fragmina deturbât; & obumbrât æthera torre,
 Acriùs instamus contra; tum bella cruenti
 Tentamus propiora manu, martemq; superbum.
 Nec iam sufficimus: longè nos distinet hostis
 Fulmineus. magnæ velut altis montibus arces
 Stant pelago. naues turrita puppe superbae.
 Hinc iterum remos, proras, puppesq; cruenta
 Inuoluunt vnda laceras, & multa virorum
 Corpora; seminecesq; trabunt (miserabile visu).
 Eluclântë animam; spirantq; in fluctibus atris.
 Tollitur hinc clamor; crescunt suspiria ponto
 Spirantû iuuenû. mors vndiq;, & vndiq; terror.
 Insurgunt; nec cessamus certamine diro:
 Turpe putamus enim, tanto desistere cæpto

Threicios binis victos a nauibus acres.
 Inuisamq; animam cæco diffundere Marte
 Instamus rabidi, vitamq; sacrare decori
 Aeterno: fœdo melior mors clara recessu.
 Anceps pugna diu; dubius stetit undiq; Mauors.
 Bis pulsî telis stetimus; his milite nostros
 Implere foros Latij; dum puppe fugabant
 Ausonia Teucros; misti subiere; nec inde
 Ingenti sine cæde, truciq; labore repulsi.
 Spirabant oculis dirum lucentibus ignem;
 Horrendumq; ostentabant à lumine Martem
 Terribili; rabidoq; vomebant ore furorem;
 Atrociq; Phrygum sternebant agmina visu.
 Olli Pandonius prospectans sanguine bellum
 Misceri; versamq; retrò certamine forsân
 Fortunam tanto: centum iubet ire carinas
 Ocyus auxilio; Latiasq; immergere naues
 Ni cedant subito; victæq; ea tela reponant.
 At longo lapsi bello, tantoq; fragore
 Armorum Veneti, dano sub Marte cadentes,
 Procubere super descendæ fragis acervos
 Threicium; spirantq; effusi à vultibus ignem.
 Nec, naues intrare, datum; dum spiritus vnus
 Defessos auris vexit vitalibus artus;
 Militibus tanti Venetis in Marte furores.
 Concussiq; iacent Phrygij, Sariaeq; phalanges,
 Exporta Venetos hac tristi clade feroces.
 His lati spolij Thracas, tantisq; triumphis
 Fortuna duce Buthroto cessere Methonem.
 Antè tamen magnus Latij me destinat oris

Pando.

*Pandonius, Siculo speculatum littore classem
 Ausoniam; tum fortè tui si fama superstes.
 Nunc ades incolumis: dij cætera cœpta secundet.
 Sic dixit; celeriq; salum secat ocyor Euro
 Præpetibus remis; & ego spirantibus austris
 Sydere fœlici Graias appulsus ad oras,
 Omnia Pandonio retuli munimina classis
 Hesperiae, mentemq; ducum, Regemq; potentem
 Austriadem, latiasq; manus, & robur Iberum.
 Iamq; dies abiere nouem; cursumq; parabam
 Huc dijs auspiciibus; primo cum limine portus
 Occurrit Thelmes; secumq; redire coegit;
 Pandoniumq; ducem regali affatur in aula.
 Vidimus Ausoniam Siculo, Dux inclyte, classem
 Littore, Christiada sq; duces, & fortia corda
 Hesperium, iuuenemq; ducẽ, quo pulcbrior alter,
 Lumine sydereo, sumptis seu fortior armis
 Nullus in orbe fuit: iactent antiqua Pelasgi
 Bellorum quamuis magna mendacia fama
 Magnanimum heroum, supremaq; prælia diuũ.
 Aerata sq; acies, & denso milite littus
 Obsessum; solumq; leues aspeximus auras
 Expectare rates; primi cum limine solis
 Limina sacra petunt; sacrumq; altaribus ignem
 Accendunt; funduntq; preces; & thurea dona
 Imponunt aris; sacrataq; carmina dicunt.
 Tum pius Antistes, candenti in veste refulgens,
 Aeterno libat sacrata piacula Regi
 Farre pio; Christi q; verendum numen adorat;
 Auxiliumq; vocat diuum, numenq; secundum*

Inceptis. tu spes, inquit, fidissima nostri,
 Alme Parens, dexter ceptis ingentibus adsis,
 Suppliciter petimus; sanctumq; in praelia num̄
 Inuictus diros firmes bellator in hostes
 Communes: sacro geniti generata cruore
 Nos tua progenies priscam genitoris amorem
 Oramus; proprioq; fidem cum sanguine sanctam
 Da, Pater, & Geniti sanctum defendere nomen.
 En martem leti poscunt te principe cuncti;
 Contemnuntq; tue vitam pro laudis amore
 Vnanimes. votis, Genitor, tu iustus ab alto
 Auxiliū præbe; viresque, animumq; ministra.
 In te spes omnis: geniti nos sancta laborum
 Præmia dilecti, sanctæ simul vbera matris
 Virginis offerimus, tantum paritura triūphum.
 Abnuis his nihilum. clarus sic dixit; & omnes,
 Spargens rore leui, sacra circumtulit vnda.
 Talibus excedunt adytis; arisq; relictis
 Conscendunt naues suscensipectora bello;
 Inspirantq; ouilis signem, martemq; cruentum
 Terribiles; quales contra Titanes olympum.
 Sed similes tanto perpeffi crimine pœnas,
 Inuictos bello discent non temnere Thraces.
 Est aliud siquidem non visis eminus armis
 A longè secum lingua certare loquaci;
 Inuictōq; aliud decernere cominus hoste;
 Aduersasq; manus dictis sentire relictis.
 Interea Rex Austriades in littore primo
 Succiduis genibus spectans orientia supplex,
 Attollensq; oculos, iunctasq; ad sidera palmas,
 Talibus

Talibus oravit dictis, Rex optime diuum,
 Christe potens rerum, proles aquaeva parenti,
 Qui nutu caeli parent, & pontus, & orbis,
 Cuius ab horrendo pietas nos traxit auerno,
 Adsis o pietate tua; qua rebus egenis
 Auxilium sperare iubes, vitamq; beatam.
 Suppliciter petimus, sanctis tua numina firmas.
 Inceptis; tantis etenim spes vnica rebus
 Dextra potēs, pietasq; patris, nō dextera nostra.
 En duce te pontū ingredimur; classemq; potentē
 Insequimur Teucrum; bellūq; exposcimus ingēs
 Vnanimēs, tantū cœlesti numine freti.
 Da genitor miseratus opem. tu dirige cursum.
 Semper honor, maneantq; tuæ per sæcula laudes.
 Immensa. tuq; o cœli Regina suprema,
 Virgo potens, cuius sacro fidissima nutu
 Omnia subsidunt, Romanam respice classem;
 Supplicibusq; tuis placitam da dextera palmā.
 Cuncta potes; genitusq; tuis nihil abnuuit ausis.
 Te duce progredimur: nostro certamine princeps
 Dextra veni, spes o nostris fidissima cœptis;
 Et tantum sancto præsens rege numine bellum.
 Matre fauēte dea, Teucrum contēnimus arma,
 Aduersumq; orbem bello, stygiasq; phalanges.
 Et tantis olim gestis Victoria diua.
 Supplicibus votis, positisq; vocabere templis.
 Solennesq; ex more dies, & sacra quotannis
 Incluta Christi genæ læti, seriq; nepotes
 Persoluent, dignasq; pio pro munere grates.
 Sic ast; auratamq; ascendit protinus alnum.

Cetera

Cetera prosequitur telis instructa superbis
 Turba ducū, iuuenūq; manus, validaq; cateruæ.
 Olli latantum magnas ferit et bera clamor;
 Implorantq; deos, & amati nomen Iesu
 Supplicibus dictis. ventis tum vela secundis
 Dant nauta; Graiūq; citi freta cgrula currunt.
 Prosequitur votis orbis manus omnis euntem.
 Supplicibus classē, sortemq; precantur amicæ,
 Iamq; salum ventis tranquilla classe subibant.
 Herculeum, viridi spectantes littore locros
 Neritios, belloq; insignia flumina sacra;
 Cum medio serpens primis surgentibus astris
 Excubias simulans, paulatim rura Cocynthi
 Desero; deceptoq; per altum labor ab hoste.
 Adsunt praesentes coeptis dij sydere nostris
 Felici; Zephyrisq; ferunt per salsa secundis
 Incolumem; medijsq; diu solantur in undis.
 Bis centum septemq; super numerauimus alnos
 Instructas bello iuuenum florentibus armis
 Rege sub Austriade; martemq; ciere parati
 Accedent animis; letoq; effundere Teucros
 Horrendo, proprijs audentes sternere ripis
 Tantus amor belli; tanta est violentia menti
 Threiciū nunc ergo feris (di. x. inclyte) satis
 Supplicibus votis obsta, precibusq; litatis)
 Intentam mutare sciunt nam numina cladem)
 Afflictisq; , Pater, Teucrorum consule rebus.
 Ter centum valido iam nunc has milite naues
 Instrue; terribilesq; acies certamine tanto
 Adde super Sarium; geminataq; spicula misce.
 Iamq;

Iamq; potes : forsan uersis, seuissima fatis
 Romula progenies nostris lugebit in oris.
 Talibus accensus dictis mauortius heros
 Pandonius; subito uicinas cessit in aras
 Aetolas, cunctas auerturus milite naues.
 Addat opes, addatq; duces; simul instruat armis
 Inuisetis; quibus Ausonias certamine uasto
 Ingruat inderates; & funere mergat acerbo.
 At nos sperato patrij munimine diui
 Incolumes patriæ uentis retulere secundis.
 Hi belli motus; tantiq; hæc causa tumultus
 Christigenū Teucros cōtra, Rex optime Thraciæ
 Sed magnis superanda manet Rhamnusia uotis;
 Magnorumq; deum precibus placanda profusis
 Numina suppliciter : possunt qui flectere casus,
 Et uarios belli euentus; cum crimina desunt,
 O Princeps, famulumq; pijs dare gaudia uotis;
 Suppliciter quæcunq; petunt; gaudentq; ferēda,
 Triste nihil iustis unquam; nulliq; nocendi
 Dilectis superum famulis concessa potestas;
 Ni quantum claro profint concessa triumpho.
 Continuis ergo tanto manet aurea bello
 Instabilis refouenda sacris Nassupia nostris,
 Dijq; , Deaq; omnes, supremaq; gloria Vatum
 Prasertim nostro dudum ueneretur honore.

Finis Lib. secundi.

95

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Tertius.

ARGVMENTVM.

Threicium queritur Princeps; quem Lucifer audit
Orantem; diraſq; furens ardeſcit in iras
In genus Auſtriadum; ſocioſq; accendit in hoſtem
Nocti vagos ventis. claſſem tum diſijcit vndis
Tempeſtas, precibus ſeruant quam numina ſanctis.

Talibus horreſcūt concuſſi pectora Thracēs,
Agglomerare manū bello; fatiſq; malignis
Obſtupuere duces omnes, ſimul inclytus heros
Othomanus, diſtis mentem turbatus; & altum
Inuictæ voluens Melites ſub pectore vulnus,
Ingemuit ſecum; preſſitq; in corde dolorem,
Letitiam vultu ſimulans; ac letior ore
Maieſtate grauitandem vix talia fatur,
Subridens. & quid victis audentius inſtat?
Me ne licet tanto victum deſiſtere cepto?
Europaq; , Aſiaq; ingēs Dominator, & Aprū,
Fulmineus dextra, ſceptris inuictus, & armis,
Immeſoq; auro, diuumq; inſignis amore,
Cedet hyperboreas forſan deuictus adoras,
Pygmaeo ſectante ſuperbis agmine telis?
Victa'ne Chriſtigenū cecidit mea dextera bello
Forſitan, aut vnquam ferro depreſſa ſuperbo?
Non poſſum forſan Latio diuertere Regem

Am-

Amplius Hesperium; Lauinaq; subdere rura
 Imperio? mea sunt, dextra quæ sita parentum
 Semideum: nostra num lapsa potentia dextra?
 Diuorum? ne vetor fatis? me numina contra?
 Prob cæli, terraq; pudor; puer vnus Eoos
 Hesperius fugat inuictos, rigidosq; Niphates.
 Barbaricis ne Oriens rursus vastabitur armis;
 Et victor victos lugebit Thracius orbis?
 Non Lybiae medio distictas æquore classes
 Terruit aspectu subito, victorq; superbus
 Huc redijt famulus, diffuse gentis onustus
 Exuuijs, turbaq; ratum? non Actia bella
 Gens inimica Deo memorat? tot fusa per annos.
 Rursus in arma furit? rursus dabit improba pe-
 Tuq; tua scelus hoc tantum cū morte piabis (nas
 Infelix puer, Arcadijs diffusus in undis;
 Conceptasq; tuo iugulo placabimus iras.
 At tu, qui cæli mundum miraris ab arce,
 Aerumnas spectas nostras, & tristia fata,
 Threiciū Macomette pater? vel spernis alūnos?
 Nos tua progenies; arcem quibus orbis in oris
 Annuis; aut tutum tandē quod tendere gressum?
 Hesperia iunctis dextris vtriusque potentis
 Pellimur ex Asia; longasq; fugamur in oras.
 Insequitur fortuna tuos tot casibus actos
 Hac eadem Melites tantorum deinde laborum
 Quem finē dabis? aut belli quæ fata sequentur?
 Si mea mansuris meruerunt inclyta nasci
 Augurijs hæc sceptris tuis, & crescere fatis;
 Threiciofq; tuos si non exosus ad vnum;

Si pietatis bonos, & amor, cæliq;, tuamq;
 Progeniâ, Macomette parës, in sceptrâ reseruât;
 En venio supplex; prohibe ferale flagellum
 Fatorum, martemq; trucem. satia uimus iram
 Fortuna; casusq; fuit Ibrax uictima fatis.
 Haud hæc tunc nobis (si non deluserit augur)
 Pollicitus; septena tibi cum templa sacrarem:
 Sed regeret grauidam imperijs, belloq; superbam
 Hesperiam sacro de nostro cretus utraque
 Sanguine, Ibreicijs submitte fascibus orbem.
 Quid struisi hæc uersat superis sententia retrò?
 At ego pro mundi regno nihil anxius oro;
 Nil super imperio moueor, Latijq; corona;
 Ad Solem uictor quamuis utrunque uolarem;
 Dum promissa steteret patris, sperauimus ista.
 Relligio tantum maneat, ueteresq; Sabæ,
 Templaq; Ibreicium, redimitaq; limina fertis,
 Oramus, ritusq; sacri, laudesq; perennes.
 Europam duce sumptis consurgere telis,
 Inuictâq; Asiâ facimus, Garamâtas, & Apbros,
 Ibreiciumq; orbem totum; sanctumq; trophæis
 Ornandi pietate tholum. tu dirige bellum
 Hoc, Genitor; iustamq; tuis da gurgite palmam.
 Tu spes incepti, durisq; inuictus in armis
 Militie princeps nostræ: tua gloria martis
 Tanta sit horrendi, spolijs decorata Latinis.
 Talibus orantem dictis, & plura parantem
 Dicere suppliciter, St eropum referente caterua,
 Audiit infelix diri Regnator auerni;
 Diuinamq; atro uolens sub pectore fatum

Principis Austriadae, cadem, Thracūq; ruinam;
 Si Graijs unquam sospes peruenerit oris;
 Aestuatur infrendens; curisq; ingentibus amens
 Stridet; & horrendo nigrum dat vertice fumū.
 Vincar ab Austriade? (rabido sic incipit ore)
 Lucifer inuictus misero vincetur ab hoste
 Mortali? superum iuuat inclementia vilem
 Abiecta tellure satum? contraria primis
 Forfitan hæc olim librabit fulmina dextra.
 Non tamen imprudēs, ut quondā sedibus altis)
 Sed quis posse malum nasci, quis tale putaret
 In cælo dānum? geret hoc mea dextera bellum
 Consilij, stygijsq; dolis. mea numina forsā
 Fessa iacent? forsā manus hæc inuicta rigebit
 Victa situ? cælum, terramq; inuoluere nutu
 Non potes? an victus positus inglorius armis
 Ludibrium superis, cantataq; fabula mundo,
 Lucifer ante duces cæli pulcherrime forma;
 Qui superum Regem, superosq; laceffere bello
 Ausus; & ætherium pugna tremefecit olympum
 Horrenda, sic à misero superabitur hoste?
 Degeneres animos forsā, pauidumq; potentem
 Arguet vlla dies? vires sciat impius hostis
 Inuictas, læsiq; horrendam numinis iram
 Tartarei: quamuis magno Regnator olympi
 Iuuerit auxilio: socium sunt agmina mecum;
 Sunt & opes, æther, tellus, & ventus, & vnda,
 Collectaq; furens vario discordia cœtu.
 Luciferi forsā fœcundo è pectore magni
 Inuicti cecidere doli? num funditus artes

*Euerſe? prolem non his damnauit auerno
 Primus homo? forſan perierunt omnia mecum?
 Vix ea: cum ſuperis agmen deſcendit ab oris
 Lucifugum, varijs implens rumoribus Orcum;
 Auſtriadem Graijs inuiſum accedere campis
 Claſſibus aduectũ, & diuũ duce numine dextro.
 Ac ſi quod ſecum ſperat, ſuprema ſequantur
 Numina; quodq; duci ſpondent cœleſtia fata;
 Ionio Tbracum ſubuertet gurgite claſſem:
 Inde ſtygis ferro magna lærymabile regnum
 Excindet, prohibens ſacros altaribus ignes;
 Templaq; Sythonium, rituſq; euertet auitos:
 Nullaq; lucifugis vnquàm cadet hoſtia ferro.
 Quid victis (clamant horrendis vocibus omnes)
 Inſelix bello ducibus vindicta ſuperbo
 Proderit; aut totum flammis ſubuertere mundũ
 Excis ſtygium templis? quid corpora flagris
 Chriſtiadum vexare feris, aut cedere ferro;
 Si palinam cœli pro relligione peremptis
 Augemus? tantis affert vindicta lucellum
 Vnica Chriſtigenum damnis reſperſa cruore
 Inuiſo? ſpretis animas amittimus aris.
 Chriſtiadum pœnis quæ tantas expiet iras
 Victima, tartareũq; æquet tot damna, reſurget?
 Ille deuoto ſupremum pectore numen,
 Aſperſeq; alia ſacrato flumine gentes
 Permiſta votis, precibuſq; verentur amicis.
 Sic ſonitu, vanoq; ingens cum nomine fama
 Heroum Ditis, Regiſq; admixta peribit:
 Tartarei; duces, inuiſtaq; numina Ditis,*

Virtutesq; sacra ridenti fabula mundo,
 Cœlestiumq; aderunt dira ludibria genti.
 Talia cernemus forsân? nos ima debiscant
 Tartara: nos potius cineri conuertite flammæ.
 Vincitane magnorû manibus post terga reuincitis
 Turba ducum stygiæ noctis ducetur ad oras
 Phœbeas; hostisq; inuiso addicta triumpho.
 Ore catenato currum decorabit herilem?
 Ebeu quid cara nobis est mortis adempta
 Conditio? saltem tenebræ miserescite nostri.
 Sic dudum misera tenui sine corpore vita
 Turbantur; questuq; simul vox omnibus una
 Consurgit; quidnam tantis de rebus agendum;
 Claraq; Rectoris poscunt responsa supremi.
 Optime Cœlicolum, quos inclementia Regis
 Aetheriei, magnæ iunctos virtutis amore
 Expulit à patria; cæsisq; bis occulit antris
 Te duce magnanimo (diro sic ore loquuntur
 Tartaræ pestes) damnum vindicta proteruum
 Aequauit tamen: & nostris altaribus ignes,
 Collucentq; faces, meritaq; in secula laudes,
 Et celebratus honor; superis regnamus in oris.
 Laudibus his nostris, nostraq; huic inuida famæ
 Numina Cœlicolum rursus depellere nostro
 Orbe parant superum; cunctosq; includere ferro
 Inuictos Erebi Reges, stygiasq; phalanges.
 Iamq; vides, quonam res inclinata recumbit,
 Chære Pater; Dux si Graijs accesserit oris
 Inuisus; quantæ nostrorum funere clades;
 Et nostro passim sudabit sanguine tellus;

Effu-

Effusoq; infecta rubebunt salsa cruore .
 Excisafq; aras, sacrosq; videbimus ignes
 Extinctos; superisq; ingens ludibria nomen
 Heroum ftygis, ac sublimis gloria Ditis
 Fabula dicetur vano diffusa susurro .
 Sicci ne traquillum nos contra tendere cursum,
 Sic fortunatum patiemur viuere dirum
 Austriadem, ftygium perdentē nomina Regum?
 Quæ noua pestis adest Erebo? quid inania prosūt
 Numina? quò rabies nobis innata recessit ;
 Nostraq; subuertit priscos clementia mores?
 Quid facibus, vaniq; colubris cingimur atris ;
 Inuictiq; nimis nequicquam dicimur arte
 Fallendi? tenui deiectos crimine primus
 Sedibus inuisus prohibet cœlestibus hostis ;
 At ferus Austriades terris nos omnibus arcet ;
 Indorumq; aufert antiqua piacula nobis
 Cernis; ut hoc terris rursus duce nascitur ætas
 Aurea, supremis geniti seruata triumphis?
 En recidiua redit proles Saturnia mundo,
 Infestæq; acies nobis, clementia simplex,
 Prisca fides, pietas, fratrum concordia, virtus
 Omnis, iustitiæq; modus; lætæq; reportant
 Hostibus optatum nostra de plebe triumphum,
 Expulsis odijs, vitijsq; à stirpe fugatis.
 Et nos indecores cœco marcescimus Orco ;
 Diraq; spectamus nostris certamina damnis
 Omnibus eiecti terris: duramq; potentis
 Venturi dextram Ducis experiemur, & arma,
 Ora catenati, supera telluris egentes.

Cladibus bis magnis, stygiū pater optime Regū,
 Consule; venturisque; studens occurre periclis.
 Hæc quamuis infesta tuam contagia mentem
 Amplius exturbent: famuli tamē ista monemus
 Suppliciter, Regis succensi pectus amore.
 Hæc ne monstra tuæ patientur pessima gentes
 Quæ iactant somno Latij responsa deorum
 Cœlicolum. quamuis hæc sit victoria gestis
 Parua tuis, Genitor; magno sed debita Regi.
 Talia noctiuagi diro simul ore fremebant
 Vnanimes; orantq; Latinam perdere classem
 Fluctibus in medijs, vel diris vrere flammis.
 Acrior bis dictis Ditis sub pectore flamma
 Exarsit; quanquàm cæco diu carpitur igni.
 Nec nouus iste furor; primūue incēdia surgunt
 Hæc odijs: veteres iræ, prisicq; dolores
 Nequaquam seuo exciderant à pectore Ditis
 In genus electum cœli felicibus oris.
 Prob genus inuisum, nostris gens impia votis
 Ibis, ait, sine me felix fatalibus vndis;
 Et ferus Austriades Plutonis diruet aras?
 Tunc socijs vultu ignito conuersus acerbis;
 Tartarei proceres, cœlo gens orta sereno,
 Quos olim mecum (diro sic astuat ore
 Infelix monstrum) flagranti fulmine adegit
 Huc superi deiectos inclementia Regis;
 Dum regno, sceptrisq; suis cauet anxius altis;
 Et metuit, refugitq; parem; nū summa potestas
 Impatiens consortis adest: quæ prælia sede
 Gessimus ætheria; summa certauimus aula

Quo

Quo mentis strepitu, rursus meminisse, necesse.
 Ille suo potitur regno super astra beato
 Cum famulis; pœnasq; inimica à gente recepit.
 Hostis erat. loca senta situ, sine Sole cauernas
 Regna dedit nobis, & lamentabile sceptrum.
 Ne tamen heroum victricia tela meorum
 Hac rursus contra, plebemq; in bella cierem,
 Cœlicolisq; iterum crudelem indicere martem,
 Et possem stygijs inuadere nubibus astra;
 Id metuens, moles, & montes, in super, ignem
 Imposuit; clausitq; immensis rupibus antrum.
 Atq; alios gelido tenebris borrentibus orbe
 Aeris in media (scitis) regione ligauit.
 Ignis ubique tamen, stat pœna furoris ubique,
 Primorum vindex scelerû; scelera impia nãque
 Inclyta nostra vocat primo certamine gesta.
 Ne tamen inuictos magni videatur auerni
 Extimuisse duces, aut hæc certamina nostra;
 Sæpè truces glomerare manus, belloq; superbas
 Aligeras acies duro concurrere ferro
 Inter se passus, votisq; insistere martem:
 Dum genus inuisum telluris origine Cretum
 Defendunt illi; nos contra perdere flammis
 Nitimur aternis: quorum sæuissima surgit
 Pœna stygis primi nobis solatia casus.
 Aequa diu, melior nobis quin pugna per orbem
 Extitit. infectæ socios telluris eadem
 Progenie Cretos, fœdos sed origine prima
 Permisit nobis; glomerent qui praelia nostra.
 Proh dolor; augentur contraria milite dona

Tartareo: nam sæpè sacros hoc Marte triumphos
 Acquirunt acies cœli super æthera vectæ.
 Sæpè tamen telis transfixa pectora nostris
 Aeternis duri flammis traduntur auerni;
 Cœlesti ue diu mentem tardantur amore.
 Nec satis hoc visum (nostra quæsumus arte
 Imperium, sceptrisq; inuictis orbis in oris
 Regnamus) varijs stygios exercuit ausis.
 Sed qd, magnanimi proceres, hæc nota recordor?
 En rursus tandem bellum molitur iniquum;
 Quò victos nostro rursus depellat ab orbe;
 Inuisumq; caput peruersis destinat ausis.
 Tunc omnes fremitu vasto, varioq; tumultu
 Intus opaca sonat crudelis regia Ditis.
 Ire volant subito succinctæ crimine diro
 Innumera pestes; fœtu quascunque sinistro
 Nox genuit, nutrixq; aluit discordia belli,
 Et cœco præceps comitata audacia vultu;
 Attollitq; furens ignara superbia pacis,
 Ambitioq; regit; cœloq; inuoluere pontum
 Inuisamq; genus medijs in fluctibus atris
 Perdere; disiectumq; agitare per equora bustæ,
 Et classem scopulis Romanam insigere sauis;
 Frænaq; fluminibus, rabidoq; immittere ponto.
 Orant discessum: diros mora percutit omnis;
 Inceptisq; nocere moras, & verba, fatentur.
 At monstrum infelix (nondum cõpleuerat iram
 Horrendam) dictis, vultuq; silentia ponit,
 Vultu; nam diras arctant fera vincula palmas.
 Fit strepitus; subterq; atra crepuere catena
 Ignita;

Ignitæ; dextra squalent immania tetro
 Sceptra situ; dirumq; caput ferrugine nigra
 Asperat ignitis nubes mœstissima fertis.
 Sulfurei piceas oculi caligine flammæ
 Emittunt longè; torua simul ipse verendus
 Maiestate riget, succinctus terga colubris;
 Deformemq; auget trucis inclementia formæ.
 Rursus eo dicente silet domus ardua flammis;
 Pestiferaq; acies intentis auribus adstant.
 Inclyta progenies, cœli cui debita regna,
 Tartareis tamen his mecum deuota caminis
 Criminis in pœnam primi (sic excipit ore
 Horrendum mōstrum) nos hac concludere terra
 Haud satis est visum superis; circumdare ferro,
 Aeternisq; parant iterum nos mergere flammis;
 Siue catenato sublimes ante triumphos
 Ducere nos collo, cunctæ ludibria genti,
 Præcipuè sacro coluit quæ thuris honore,
 Seu decepta truci pecudes libauit auerno:
 Inuisumq; caput ceptis feralibus urgent;
 Qui sacras aras, & sanctum perdat honorem
 Heroum stygis, ac flammis venerabile nomen
 Tartareum: siquidem superos ea sola remordet
 Cura duces, hominem stygijs saluare fugatis.
 Sic genus infustum terris seruauit, & alto
 Nos contra; statuitq; feris arcere periclis
 Rex superum; vetustq; atris infigere fuxis.
 Quas non in facies, quæ non mutatus in ora
 Accessi frustra? quæ non quaesita per orbem
 Austriadum bello, fictaq; pericula pace?

Quas

Quas non insydias, quæ non certamine fata
 Molitus? facibus, ventis, pontoq; secutus
 Eiectum genus; & circum maria aspera vexi
 Inuisum caput; atque fame tum syrtibus atris
 Affluxi; potius virtutem casibus ausi
 Heu vanus fatis; sobolem quò perdere possem.
 Non tamen obtinui. superis sic numina fatis
 Voluimur inferni; iussisq; obtundimur almae
 Virginis. heu refero nostræ quid vulnera cladis?
 Quin etiam genus inuisum tot millibus annis
 Infestis sequor excidijs, & Marte cruento.
 Tempore quo primùm felicia numine fata
 Cœlesti duce nos contra, sortemq; secundam
 Austriadum sensi; facibus succinctus, & armis
 Tartareis, animisq;, odijq; infensus, & orbe
 Insequor Alcide magnum; genus vnde superbū
 Austriadum; siquidem tunc sensi immitia fata:
 Iratumq; deæ simulans Iunonis iniquæ
 Numen, per flammis, per mille pericula vexi
 Inuisum caput; atque feris, monstrisq; cruentis
 Obieci; totoq; exosum prosequor orbe,
 Infestans, pacemq;, moramq; laboribus vllam
 Concessi nunquam, duroue absistere bello.
 Aeratas inter turmas, & fortia misi
 Agmina; fœdaret diffuso sanguine terram
 Forsitan hostilem; fœdo seu turpius ore
 Morderet prostratus humum. sed diuida virtus
 Auspicibus superis venturae prolis amore
 Conatus, nostrosq; dolos superauit, & artem.
 Nec mihi magnanimo, mortalē perdere dextra,
Fas

Fas erat hac magna; cœli nec fata sinebant
 Sanguinis ob sobolem, Ditiſq; asperrima bella.
 Non tamen à primis ſtatui deſiſtere cœptis
 Deuietus (timeant pauida certamina Dame)
 Sed magna ſocium contra ſtipante caterua
 Inſequor inſectus profugum, cœliq; ruina;
 Cum Mynij rediere duces à Phafidis oris.
 Iam domito tandem toto clariffimus orbe,
 Meq; ſerè victo (fateor) fatiſq; ſecundis
 Soſpitiſus patriam ſocijs remeabat ad urbem
 Victor ouans, nulliq; deorum laude ſecundus.
 Cœperat & votis diuus, precibuſq; vocari
 Rebus in afflictiſ; nomenq; æquabat olympo
 Herculeum populus victa Iunone Pelasgus,
 Imperijſq; meis. quamuis cunabula rerum
 Victa ſitu ſuperis, veterumq; volumina vatum
 Deſciant: tamen hac memores depinximus aula
 Tartarea; ſeroq; etiam ſeruabimus æuo:
 Ne forſan noſtras obliuio perſida mentes
 Imbuat; atque improuiſo ſerus ingruat hoſtis
 Tartareas acies. quantas mihi numine ſtrages
 Fortè daret ſuperum læto, quæ vulnera ferro
 Hic nouus Alcides? diuinis tertius armis
 Heu noſtris ſurgit ſtygijs fatale flagellum.
 Iam ſertis genus Auſtriadum pietate ſuprema
 Inuictum. diris eſſent ludibria Reges
 Hoſtibus inuicti ſuperas ad luminis oras
 Euecti: & noſtro riderent numina damno.
 Vix tamen exierant exuſtae littus arana,
 Aethuſaq; Latus, victo telluris alumno,
Hercu-

Herculeæ lato naues victore subibant ;
 Cum sperata dies vindictæ illuxit amica
 In genus inuisum: me met tunc hortor in iras
 Tartareas; diris saltem si perdere bellis
 Non potui, miserum glomerarem fluctibus atris
 Cum socijs: magno superum sed numine læso
 Astitit Aelijs densissimus imber ab antris
 Me duce; disiecitq; rates surgentibus undis
 Undique; præsentemq; horrèdo turbine mortem
 Omnibus intentans atram, finemq; malorum ,
 Crudeli miseram merfissim funere classem;
 Nè mea supplicibus votis, precibusq; litatis
 Numina placassent. nunquàm placata fuissent.
 Non ego crudeli perpeffus origine bellum
 Hoc tantũ, gemerè lacrymans noctèq; , diemq; .
 Sed sperare malum potui pietate futurum
 Hac forsàn, socij, tatumq; in tartara damnum ?
 Prob scelus indignum. mota est clementia nostra
 In miseros; seruatq; pio sua vulnera ponto ;
 Quæ Ditis miserans lacrymas, vitare studebat
 Ipse mihi pontus. miseris sed parcere, nostrum,
 Subiectis. paruas tamen hæc pro crimine pœnas
 Gens seruata luit; numen ne spernat auerni :
 Insanoq; rates vectus miserata profundo
 Tabraca , supplicibus superat mea numina votis
 Extemplo ; vitamq; orat, veniamq; Caducis.
 Iamq; decem sine Sole dies, sine lumine noctes
 Errauere salo fati crudelibus acti :
 Hispani pietas tandem cum detulit oris
 Nostra, pios miserans deuoto pectore Graios .

Vota ferunt aris; cumulantq; altaria donis
 Servati; pacemq; orant, finemq; laborum.
 Gratulor bis demens votis, oblitus acerba
 Ventura cladis nostrae, sociumq; ruina
 Austriadū pietate ducum; nam sanguine cretū
 Hoc genus Herculeo, matris sub origine clara
 Hecforeae gentis mistum, Regisq; Gothunni.
 Cladibus at magnis oras populatus Iberas,
 Ad patrias spolijs vrbes remeabat onustus
 Cum socijs, fama victor super aethera notus.
 Tunc Latijs (tempus dudum lacrymabile nobis)
 Montibus inuisis genuit latrone perempto
 Progeniem diro nos contra in Marte superbam
 Sanguine venturo mirae pietatis alumno.
 Pro genus infastū; quātum fulgebis in armis
 Me contra; duce me si dant ea stamina Parcae.
 Interea claro mecum sub pectore voluens
 Fatorum curas, diraeq; piacula gentis
 Ventura, seu aq; ingens ab origine bellum
 Austriadum, solitis succensus pectora flammis,
 Sape genus vario vexans munimine martis,
 In certa durum mortis certamen adest;
 Heroum quamvis virtus inuicta maneret;
 Et palmam celsis peperit fulcita triumphis,
 Me tamen inuito (fateor) sed fortibus ausis
 Aemulus obstabam tantum non mortis amore:
 Nil etenim talis mea tunc res acta premebat
 Pectora: suppliciter cuncti libamina nostris
 Ttura dabant aris, caesiq; piacula tauri;
 Anuisi generis quamvis urgeret in iras.

*Me pietas, virtusq; meis contraria votis.
 Placabant subito precibus, sacrisq; litatis
 Iratum numen, magna virtute verendum.
 Interea tenebris rerum me nullus habebat
 Suspitione timor; sacro num cedere magni
 Ditis ab imperio vellent, hostemq; vereri
 Cœlestem; nam Ditis erant tunc omnia plena.
 Ast ubi suprema numen descendit ab arce
 Mortaliq; diu tectum nos fraude petiuit;
 Quod nos infestis bellum ferale sarissis
 Egerimus, nostris dextris, animisq; superbis
 Undique certatum. tandem superamur ab hoste
 Numinis imperio; mundi; amisimus orbem.
 Principiò. tunc exul, inops, miserandus & hosti
 Ad Latias frustra volitabam nescius urbes.
 Vnanimes tandem validis ulciscimur armis
 Culminis imperium: gentes iam numen adorant
 Tartareum, varia deceptæ ab imagine rerum.
 At soboles confusa mihi libamina sacro
 Thure ferens, subito magnum confugit ad hostem
 Victorem, solum percepto nomine Christi:
 Magnanimi nam visa diu ceu fabula Ditis
 Numina; nec fides adolebat thurea dextris
 Dona meis aris, Ditem venerata potentem.
 Nec validis armis unquam, non arte, nec ullis
 Exuperare dolis potui, vel amore rebellem.
 Tantus amor superum; talis sub pectore sacro
 Relligio, Christi; sui purissimus ardor.
 Ex illo qui nos casus, quæ damna secuta,
 Magnanimi proceres, nostris: quæ deinde sequetur,*

Cernitis, hac pietate Ducū, meministis et hostē,
 Qui magna nuper virtute insignis auita
 Abstulit à nobis regnum, longeq; latentes
 Indorum populos, & utroque sub axe repositos:
 Ne mundi pars vlla suis intacta triumphis
 Extaret forsitan: fama; equavit olympo
 Imperium; rexitq; altis virtutibus orbem.
 Assequitur diuum crudelem numine dextro
 Inclyta progenies, superi duo lumina mundi;
 At miris genitus gestis superabit utrunque;
 Et nobis aderit luctus, & caussa ruina
 Lucifugum, miseriq; atrox vastator auerni
 Supplicibus votis, & amico pectore diuis.
 Imperium victor supremi ad claustra profundi
 Proferet æthereum frætus cœlestibus armis;
 Insigniq; sacrum excedet pietate parentem;
 Atheria quanquàm nondum concessus ab arce:
 Tanta viri pietas, talis reuerentia diuum
 Excitat; & mentem sublimibus euebit auris:
 Cuius ob auspiciū faustum dominabitur orbi.
 Quid memorem, qualis resplēdet gloria martis;
 Roma; Christigeris quod floret legibus vna;
 Quod Morini Romæ sacris, quod reddita seruit
 Gallia; quod Latium bello non conterit hostis;
 Peruersumq; domi contundit Iberia Maurum?
 Sic pietatis amor crescit; sic aurea virtus
 Austriadum sacra consurgit origine gentis.
 Hoc duce Christigenis surget pax aurea cunctis;
 Primaq; nascentur felicia secula mundo,
 Et vite sperata quies. sicut moribus orbem.

Eximys (unum totus componitur orbis
 Regis ad exemplum) sanctis sic legibus ipse
 Sedulus, ingentiq; reget metuendus amore;
 Iustitiaq; modus secum, semperq; manebit
 Vna comes magni custos clementia mundi.
 Mollia secure peragent tunc otia gentes;
 Dulcia tunc viridi stillabunt ilice mella;
 Et lata segetes surgent; & latius vna
 Intacta curuo pendebunt vimine flaua.
 Hoc duce tartareis extremo ex orbe fugatis
 Artibus, atque dolis, victo quin tartara mundo
 In præceptis excisa ruent (lacrymabile visu)
 Tantus amor veri; talis clementia Regis
 Magnanimi; talisq; sacro in pectore virtus,
 Iustitiaq; ardor; seuosq; interritus hostes
 Ceu superat dextra; meritis sic vincit amicos
 Eximys; quin instabilem virtute domabit
 Fortunam; stygijq; imponet vincula victis:
 Ni mea conatus prohibens hæc dextera tantos,
 Comprimet ingenti iuuenem munimine Regem
 Austriadem; toto victor quin arduus orbe
 Deuictis (nec enim mundus sibi sufficit vnus)
 Tartareos in fræna petet seuissima Reges.
 Quis mihi tunc sensus; totum si perfida mundum
 Imperio regeret soboles? si munere dignas
 Has nostras, vestrasq; arctarēt vincula palmas;
 Siue pedes teret tardarent veete catena?
 Quid si cæsa manus flagris post terga reuincti
 Ore catenato, ceu turba addicta triumpho,
 Et puerum risu plaudentibus vndique turmis

Infaufti currum victoris ponè fequendo
 Ducemur, longè vili ludibria plebi?
 Et dicent, hic adest inuictus Lucifer ille;
 Què Stygium quondã Regum comitante caterua
 Arduus aethereum pugna tremefecit olympum,
 Lucifer opprobrio terris num viueret isto?
 Quæ mens lucifugis? nobis quæ regna manerent
 Amplius? aut quæ thuricremis honor additus aris?
 Quæ laudes? quæ dona mihi? quæ victima Diis?
 Infandum facinus, talem sed fata nefandam
 Auertant peftem; seu demant fulmina vitæ.
 In nihilum miseris; strages nam fufficit vna.
 Claffibus aduectum quid iam si mittimus armis
 Patrum caput inuifum? quid Marte superbo
 Venturum, fcitis, noftre lacrymabite certum
 Principium cladis (figmidem vafiator auerni
 Alter adest) eheu, quantæ feralibus armis
 Threccium strages furgant; noftre q; ruina
 Cernitis inceptum: fcat enim victoria fati.
 Hæc immota fuis, cinctus tamen ignibus atris
 In fequar inuifum genus; ac certamina dura
 Inmifcens, certis æquabo damna periculis.
 Sic mea victores non temnent numina forfan
 Optima mens, ergo, varios expendere cafus,
 O focij; certoq; occurrere Marte periculis.
 Hic quamuis noftreis fit nunc imperditus armis
 Dirus Ioannes fupremo Virginis almæ
 Nomine, virtutisq; pio munimine sacra;
 Tanta tamen mi foere iuuat folatia fletu,
 Fata viam forfan primam uatata refellunt;

Et nostro (quis scit) spirabunt dextra dolori.
 Ergò qua nostra surgit sententia menti,
 Expediam paucis. Messana ex urbe profecti
 Ausonium Zephyris sulcant spirantibus aequor,
 Auxilijs fratri superum; multaq; cateruae
 Addunt se socias passim per littora Graiae
 Ausonia; classemq; onerant; veteresq; Pelasgos
 Exposcūt: monitisq; deum, tum numina dextro
 Troicam bello quarent contundere classem,
 Et passim, nostris excisis funditus aris,
 In Latios gentem sacros convertere ritus;
 Quin omnem sanctis paulatim legibus orbem
 Addicent: ea cura duci nam prima reuersat.
 Nunc opus est animis, socij, nunc arte magistra
 In genus inuisum, dextramq; accingere flāmis.
 Vnanimes atris immensum fluctibus aequor
 Volante; spumantesq; aetris attollite moles
 In gyrum; vastosq; inferte ad littora fluctus.
 Neu tanto, socij, victi desistite cepto;
 Littora littoribus, Zephyrisq; furentibus Euri,
 Et scopuli scopulis, & seua fluctibus unda,
 Quin aduersa ruant; seq; inter cerula pugnent.
 Fluctibus in medijs inimicam inuoluite classera
 Fulminei dextra; sinemq; imponite curis.
 Euersis forsàn gaudebunt tartara fatis.
 Fata ut iam iustis (quis scit) mollissima votis
 Inuenient; hostem diro quòd funere perdam.
 Vel saltim depulsus agat felicibus aruis
 Exul, inops, Graijs ue furens in glorijs oris.
 Virginis Otthomane magno succensus amore.

Nam

Nam cunctis fama Graij, generisq; supremi
 Auxilijs (gerit eximio quod principe dignum)
 Suspirant Regem taciti; Graijq; coronam
 Imperij spondent. forsitan non abnuat omen.
 Mellifluis etenim dictis, & pectore claro,
 Regalemq; oculis late diffundit honorem
 Sydereis, vultuq; nitet pulcherrimus almo,
 Solis aui veluti specimen: nam multus in ore
 Phœbus adest; Phœbiq; genas, & lumina Phœbi
 Esse putes; seuumq; gerit sed pectore martem,
 Consilio prudens, & maiestate decorus,
 Subiectoq; nimis metuendus amatur ab hoste.
 Nec tantum Herculeæ veniūs de gente superbū
 Spe tollit genus Austriadum; nec Dedala tellus
 V llo se tantum quondam iactavit alumno.
 Hic tamen Othomana forsitan succensus amore
 Coniugis (ante nurus omnes pulcherrima forma
 Hec etenim Graiū, qualis Venus aurea quodā,
 Effulget; roseo tantum decus exitet ore)
 Oderit Ausonios; martemq; exosus, & arma,
 Tiburea dona sacras suppleat adolebit ad aras:
 Omnia vincit amor, præsertim virginis alma.
 Auxilio nec enim tanto, vestroq; furor
 Desperata meo surgit victoria menti.
 Nec melior manet hic forsitan certamine tali
 Alcide magno; nec adest mutata propago;
 Arte mea, vestrisq; dolis quin cedat amori.
 Quis magnum clava exutum, spolijq; Cleones
 Alcidem stravit, nisi seua Cupidinis arma?
 Nonne puer tenera collisos contudit angues

Ille manu, pressosq; timenti ostendit a lenti,
 Subridens? centumq; caput, geminisq; renatis
 Ramosum colubris gestatē stravit Echidnam
 Lernaeam? iacuitq; feris horrenda Cleones
 Bellua monstrifera Nemea collisa lacertis.
 Inuicti iacet Alcida Theumesius acri
 Ore Leo; sic Manalius praesantibus armis
 Arcadiae vastator aper; nec resistit, atro
 Quin Crymantham non fedet sanguis terrā.
 Acripedemq; auro gestantem cornua fuluo
 Manalis iaculis effudit culmine iactis.
 Ceruleisq; peremst aues styphalidas undis;
 Dictaunq; trucem surgentem in cornua Taurū
 Aetaea laesum pariter Maratbon profudit.
 Quid memorem varijs mutatē corpora formis
 Te simul Herculeis deuictum, Atholoe, lacertis?
 Cesaq; cum domino Thracum praesepia diro
 Impia, tartareaq; necem Busyridis arte
 Instructi referam, Lybici seu funera Regis
 Ablata tellure sati? celsisq; columnis
 Extremam posuit Tartessia rura laborum
 Tantorum metans; vigiliq; dracone perempto,
 Aurea dona tulit caelestia dona nouerca.
 Nec forma triplici contendens pastor Iberus
 Obstidit; aut Galli, Fossis quā cornua findens
 Massylas Rhodanus Marianis exiit in ondas;
 Nec diri fumans Latij spelunca latronis
 Alcidae magno; nec tu Mauortia Virgo
 Termodoontae bellans in littore seuam
 Fugisti dextram claro deuota triumpho.

Quid

Quid duram contra clauam potuere bimembres.
 Nubigena, raptâ ue dolis uxore peremptus?
 Quin etiam monstri victor fortissimus ori
 Herentem scopulis Troiano sanguine cretam
 Abstulit; aquauitq; solo Neptunia fœdo
 Pergama; prostrauitq; Laonia rura latronis
 Funere. quid maiora virum, maiora deorum
 Viribus effecit: quis enim mihi talia diuum,
 Aut hominum visus gestis egisse superbis?
 Supposita mundus longè ceruice pependit
 Firmior Herculeâ; quàm eum fortissimas Atlas
 Deferret latis humeris. sed viribus altis
 Ne quid in expertû linquat; venerâda prophano
 Vbera transfixit triplici Iunonia telo;
 Dilectumq; sibi stygijs bis Thesea ripis
 Abstulit inuitis; superiq; ad luminis auras
 Tethaliden pauido victor reuocauit ab Orco.
 Scit diri latrans inuictam Cerberus iram
 Amphyrioniadè superas inuitus ad oras
 Raptus, & ore vomens terris aconita trifauci.
 Hæc mea crudelis testantur vulnera tandem,
 Dilecti socij, vires, animumq; ferocem
 Pectoris heroulei, signatum funere Regis
 Thelarum; casti dum tentat iura cubilis.
 Hunc tamen inuictum diuinis undique gestis
 Vicit amor; fregitq; inuictam fulmine clauam
 Horrendo; magnoq; Ioles ardore retentum,
 Excutum spolijs Nemeæ, celsisq; triumphis,
 Et mundi domitore sacris prius undique factis,
 Imbelles inter famulas, famulumq; trementem;

*Spirantem nardo totum, spicisq; Cyliffis,
 Longa manu rigida iussit deducere fila;
 Sydoniamq; bumeris clamydem circūdare latis;
 Gestaq; fœmineo commisit mollia gesta
 Fœmina; cui totus cessit perterritus orbis.
 Sic istum spero maiori peste tenendum;
 Et mea sacratiss cumulare altaria donis
 Suppliciter: nec enim magno manet Hercule ma
 Nec rosea niueo Laurena pulchrior ore. (ior,
 Lydia; fœmineo gestu nec gratior vlla.
 Omnia vincit amor, mœstissima tartara præter;
 Cunctaq; vincenti pariter speremus amanti.
 Authbor ego sermonis ero, si gurgite cursum
 Hunc miserata dabunt insani fata profundi.
 Vos ergo validas armati fulmine dextras,
 Precipitate moras; fessis succurrite rebus
 Tartareis; animumq; atris his soluite curis,
 O socij; tantoq; nefas intendite dignum
 Conuentu: vestram decet hanc victoria dextrã.
 Expediant alij martem; procerumq; sequantur
 Inclyta noctiuagum feralibus agmina flammis;
 Effera quin stygijs excedant tartara ripis.
 Sic ego supremus mundi Regnator opaci
 Bella geram frustra dira cum gente tot annos?
 Talibus accensi dictis, odijsq; malignis
 Authbores scelerum; Ditis mandata faceffunt.
 Erumpunt antris Furie; teterrima monstra
 Horrendo quæcunque gemunt inclusa barathro
 In turmas; aciesq; furunt. dat buccina signum
 Horrendum belli. tremis omnis murmure tellus.*

*Lucifugum concussa diu Vulcania vasto:
 Eructatq; atro flammaram turbine mistas
 Tartareas acies superas ad luminis oras.
 Interea medium Austriades spirantibus Austris
 Nocte sub obscura Scylacæum nauigat equor,
 Paulatim socias addens in prælia gentes.
 Et iam matutina dies reuoluta rubebat,
 Aereos primo diffundens lumine montes:
 Cùm læta naues aura spirante secunda
 Littora tranquillo subiere Lacinia cursu.
 Finitimi subito populi, gentesq; propinqua
 Electos mittunt iuuenes, sociosq; laborum.
 Iamq; propinquabant lapidosis Aesaris undis;
 Mycilyq; domos lætas, & amœna Crotonis
 Littora spectabant: denso cùm turbine surgunt
 Alpini Boreæ, tollentes limina portus
 Principiò nimbis; strepitu simul omnia vasto
 Inuoluunt: nebulisq; atris, cœlumq; , diemq;
 Eripiunt oculis; mortemq; furentibus undis
 Omnibus intentant, voluentes æquora fundo.
 Turbatum mox in pluuias ruit undique cœlum:
 Turbidus hinc sequitur cõmixta grādine nimbus.
 Mox toto cuncti discordes æthere venti
 Insonuere truces; agitantq; insania furentes
 Aequora: tum cœli, pontiq; emota profundi
 Compago nutat seuis à cardine ventis.
 Concurrunt Euri Zephyris munimine vasto
 Aduersi; certantq; immensis molibus undæ.
 Aspera pugna nimis ponto; cœlumq; profusos
 Soluitur in nimbos; augentq; fragore timorem.*

Nubiūga furia: migrat Neptunus in arua
 Fluctibus; & rabiā tollit super aethera spumā
 Extemplo cuncta clamore vrad sydera tollant
 Horrendum, diro letantes omine ponti
 Inuisa facies; seseq; hortantur in iras;
 Ausoniaeq; rates rabido submergere ponto.
 En sperata dies (Diris vox omnibus una)
 Vindicta; socij, curis ingentibus atro
 Imponet nostris latiorum funere finem.
 Horrendas iterum voces super aethera iactant
 Authores scelerum; Diraq; ululatibus atris
 Aethere resonant; caecisq; furoribus omnes
 Incumbunt pelago. classem furialibus Euris
 Inuadunt alij circum; pontoq; fatigant.
 Infundunt alij pluuias; agitantq; furentes
 Congestos imbres, tempestateq; sonantes;
 Nimboseq; rotant discordes aethere ventos.
 Pars moto miscet fundo freta falsa tridente;
 Pars imis glomerant undis simul equor arenis:
 Pars bymem, noctemq; ferūt; & lampada caelo
 Conquassant, celumq; atro pars omne tumultu;
 Terrificis alij complent ululatibus auras;
 Disjciunt alij naues, & gurgite raptant.
 Irato; ventisq; agitant, & turbine diro.
 Sed non sorte datur, ponto submergere classem
 Virginis aethereae sancto munimine tutam.
 Olli seua ferit stridens Aquilone procella
 Principis Auttriada peruerso vela carinae
 Turbine; cōgeminatq; horrēdis imbribus Auster.
 Flexaq; veliferi strepuerunt pondera mali.

Tum

Tum circum nauis manifesto ducta periclo,
 Non modicos hausit spumanti è vortice fluctus.
 Exclamant omnes, stupefacti pectora casu
 Horrendo; precibusq; pijs venerabile summi
 Inuitant Patris flexi sub pectore numen;
 Auxilioq; vocant; crimenq; immane fatentur.
 Tum pietate grauitendens ad sidera palmas,
 Exorat superos pacem, cœlumq; serenum
 Austrades. o sala deum, rerumq; potestas,
 Qui pontum, terrasq; , inquit, cœlūq; profundū
 Aeternis regis imperijs, & numine complex,
 Supplicibus veniam spondens, pœnasq; superbis,
 Infontisq; memor, geniti tua nomine sola
 Spes nobis pietas, meritis non freta prophanis.
 Aspice res tenues, Genitor; miserere precantum,
 Oramus; prohibe sacras à nauibus undas.
 Attamen unanimes mandata sequemur ouâtes.
 At tu, cui sanctis fide custodia gentis
 Tuta manet meritis, Genitrix intacta parentis,
 Virgo potens, semper nostros miserata labores,
 Adsis; horrendoq; iuua nos turbine pressas.
 Ad te confugimus: tantis arcere periclis
 Virgo potes, genitusq; tuis dabit omnia vasis.
 Talibus arauit dictis; cursumq; regendum
 Numine supremo diuum tum Virginis alma
 Imperat, irato certus non cedere ponto:
 Intus enim mentem succenderat aurea virgo.
 Ingeminant Euri nebulis redeuntibus imbrem
 Interea; magnisq; fremit concursibus æquor;
 Et terrenis circum crebris micat ignibus æther.

Inse-

Insequitur clamor, stridorq;, fragorq; rudentū;
Velorumq; alæ, prora, tam transstra, sudesq;
Apparent ponto: rumoribus inde superbis
Insultant pestes; & inania murmura miscent;
Deterrentq; animos, & mortis imagine ludunt.
Tamq; imis volūtur aquis; mox æthera scādūt;
Mox aperit terram fluctus, mox unda debiscens
Vexat, agēs circum; mox sūmo à gurgite pēdent.
Disiicit inderates, ventisq; immittit habendas
Turbo furens pelago: pressisq; doloribus undas
Disiectæ sulcant diuerso turbine naues.
Sepè tamen ventis feruentibus unda carinas
Obruit; immissoq; foros, & gurgite cuncta
Trāstra lauat, miseros immergēs æquore nautas.
Tunc sæuo Boreas arreptam turbine nauem
Austriaden ripis tandem deducit Achæis.
Sed pius Austriades casu turbatus acerbo,
Fata gemit socium, sortem miseratus iniquam,
Interea: lacrymisq; gemens sic orat obortis.
Insignes pietate dij, Genitoris alumni
Aeterni, solus complet qui numine cœlum
Immensio, quorum semper mortalibus ægris
Profuit auxilio pietas, sanctiq; labores,
Rebus adeste pÿs, & diro turbine pressis:
Noctiuagūq; dolos precibus superate proteruos.
Fulmina sydereo demissa meremur olympo
Nos equidem, pœnasq; graues immitis auerni;
Sed non patris amor; quo nos à faucibus orci
Diffuso pietas immensa cruore redemit.
Hanc oramus; & hanc sancto Genitoris amori

Offe-

Offerimus; nostra nam spes hac una salutis.
 At tu Virgo potens, cœli Regina deorum,
 Disiectos vento socios, & fluctibus atris
 Aspice (si visum) miserans incommoda nostra.
 Te duce triste nihil: pontum nil matre secunda,
 Aduersumq; nothū, sortem ue horremus aerbā.
 Talibus orauit dictis; subitoq; dolonem
 Dat Boreæ; fixitq; extremam in Virgine sacra
 Spem cursus; animumq; aduersis excitat undis,
 Latitia fundens ignota pectora motu.
 Cū bonus aspiciens curua sublimis ab unda
 Vennerius, diro fluitantem turbine Regem,
 Prosequitur lacrymis; numēq; implorat amicū.
 Numine quo leto, Virgo sanctissima, diuum
 Insignem pietate ducem tot adire labores
 Impia sors agitat? superum quis talia Regi
 Annuit, o cœli, rerumq; æterna potestas?
 Supplicibus votis omnes, lacrymisq; profusis
 Adsumus; & veniam Regi, pacemq; precamur.
 Da, Genitor, sancto geniti miseratus amore:
 Cuius ob auspiciū sanctum, nomenq; verendū
 Has cuncti duce te leti conscendimus alnos,
 Effuso coram p̄sisturi sanguine vitam.
 Aspice tu, Genitor; solioq; misertus ab alto,
 Auxiliū præsens sanctum da rebus egenis.
 Hac orat, lacrymans; seuis tum lintea ventis
 Pandit; ubi Boreæ videt intractabile cœlum,
 Multiuium quocunq; vocat fortuna per æquor.
 Hinc Veneti Patres, vnaq; Columnius heros,
 Hispaniq; duces, arrepti turbine sauo,

Disiectaeq; rates alia iactantur in undis;
 Et solum lacrymae miseris, & vota supersunt.
 Hinc vacuas precibus surgunt lameta per auras.
 Tu dea, tu nostros semper miserata dolores,
 Deuotumq; genus, Virgo sanctissima, nostram,
 Fluctibus eripiens (si iusto exposcimus ore)
 Da miseris tandem placidum contingere portum.
 Ad te confugimus; nostrumq; oramus asylum;
 Ne seuis sine te miseri pereamus in undis.
 Te quoque festa manent sacris redimita coronis,
 Solennesq; dies, meritaeq; in secula laudes.
 Interea ciues, unaq; Antistes, & omnis
 Relligio, precibus sanctis, lacrymisq; profusis
 Tempia petunt: longo succedunt ordine matres,
 Virgineaeq; manus, tunc sae pia pectora palmis,
 Effusaeq; comas; cumulantq; altaria donis;
 Perq; aras pacem lacrymis, veniamq; precatur.
 Tum bonus Antistes caelo gratissimus alto
 Sacra pijs vultus perfundens ora verendi
 Fletibus, exorat sanctis pia numina dictis.
 Omnipotens Genitor, rerumq; aeterna potestas,
 Qui caelum, terramq; simul, dictoq; profundum,
 Aligerumq; acies iuuenum, ventosq; creasti;
 Aeternoq; fouens solus regis omnia nutu;
 Aspice dilectas animas, Genitiq; cruorem
 Effusam nobis, sanctamq; orantia pacem
 Vulnera, dilectoq; gremio sanguine patrem.
 In te spes omnis: sancto potes omnia nutu,
 Et ventos mulcere truces, & reddere seuos.
 Iactatam diris gentem, quam diligis, undis,

Submersamq; ferò peruerso turbine classem
 Aspicias, in sydiâsq; Erebi pallentis, & artem.
 Hæc tua progenies sancto decorata cruore
 Dilecti Geniti, iussis fidissima sanctis
 Arma ciet; seuumq; petit latissima martem
 Pro sancto longè chari Genitoris amore.
 Da, Genitor, cursum (si nan indigna precamur)
 Immensaq; iuua Geniti pietate redemptos.
 Et vos, o superi, tuq; o sanctissima Virgo,
 His dignas misete preces, mundi; triumphos,
 Oramus: vestris Genitor dabit omnia votis,
 Hanc Romæus opem festis non immemor altis
 Orbis in æternum lato celebrabit olympo.
 Vix ea; cum Lybiæ rutilans è parte serena
 Assurgit placidis paulatim flatibus Auster;
 Collectasq; fugat nubes. (nam pessimus hostis
 Numinis accessu sancti, iussisq; supernis
 Virginis intacta pallenti cesserat orco)
 Restituitq; diem. lenitur turbine pontus
 Gurgitis in morem placidi: nam seua quierant
 Flamina: subsidunt tranquilla nauibus undæ:
 Respirant nautæ: dignas & munere grates
 Persoluunt superis. subeunt hinc ostia portus
 Mycilij, Regis concussi pectora casu.
 Turbatis tamen hic ducibus non vlla salutis
 Cura subest; nec enim patitur solatia casus.
 Ire parant omnes; charumq; exquirere Regem
 Collapsam ponto, seu vitæ extrema gementem,
 Magnus Alexander, Ruere; insignis, & ingès
 Venerius senior, vnaq; Columnius heros,

Magnanimiq; duces alij; quoscetera turba
 Prosequitur votis; sortemq; precantur amicam
 Austriadae cuncti: talisstat gratia Regis.
 Cum sacer Antistes, caeli rutilante repente
 Lumine per gyrum, tollens pia lumina caelo,
 Et summi precibus veneratus numina Patris,
 Raptus in aethereos animo se sustulit orbes;
 Immotusq; manens, claroq; ardore coruscus,
 Suspendit novitate duces; statuitq; tuentes:
 Tranquilloq; ori vox haec est reddita tandem.
 Maturate duces cursum; neu quaerite Regem,
 O proceres, inquit: iubet haec Regnator olympi.
 Nec sine mente Patris, totum qui namine complet,
 Tempestas Regem turbatis abstulit undis.
 Incolumem pietas eadem sanctissima reddet:
 Corcyrae q; sinu vicino in littore vestrum
 Expectate ducem; reduce inq; videbitis omnes;
 Victoresq; simul fuso remeabitis boſte.
 His dictis magno Ducis inflammavit amore;
 Laetitiaq; animos perfudit culmine mœstos.
 Excedunt portu; laeti q; ea carula sulcant;
 Nec lapsas curant vires, pontiq; labores:
 Tantus amor Regis; stimulisq; ingentibus urget,
 Accelerare viam remis, ventisq; secundis.

Finis Lib. tertij.



F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Quartus.

ARGVMENTVM.

Auftriades vento Graias accedit ad oras;
Hiuc Graijs, Teucrisq; datam stipatur ad urbem.
Excipit hospitio vultu Sultana benigno
Lata Ducem: qui fata refert: Cantorq; Monastes
Aufriadum narrat cum gestis nomina Regnm.

IAmq; mensus iter medijs in fluctibus beros.
Auftriades, postquã ternas sine lumine noctes,
Et totidem sine Sole dies sub luce maligna
Elapsus ponto, ventis agitatus, & undis,
Noctis uagumq; minis: tandem cum lapsa ruebat
Humida nox pelago, primisq; cadentibus astris
Aurea lux cœli, tranquilla nuntiâ pacis
Astitit in tenebris; summiq; arsere ceruchi,
Et pacem vultu lapsis signauit amico.
Vnanimes lato cunctis tunc ore salutant
Virginis æthereæ strati venerabile nomen;
Votaq; supremis duplicant ingentia votis.
Et iam sublimes perfundit lumine montes
Tbitoni coniux roseis inuecta quadrigis:
Cum procul obscuros colles, & littora passim:
Prospiciūt; neq; ad huc, q̄ sint, ea littora, noscūt.
Arcadij tandem rarescunt limina portus.
Humida vela legunt: lento tum remige nauta
Anci-

Ancipiti Graium tendunt ad littora mente;
Num faciles aditus, fraternaq; pectora tellus
Præstiterit socijs per tot discrimina vectis,
Ingentem miserans disiecta classe dolorem:
Tbreicj; truces primæ num lmina terræ
Marte lacestisti concedant hostibus acri.
Tunc Dux Ausriades trepidantē fronte serena
Alloquitur V aschen (nutu mens intus agebat
Illustrata sacro) conceptum nomine Graium
Solve metum: Graium portus intramus amicos.
Nec sine mente deum tempestas attulit oris
Arcadijs nostram socia sine classe tristem.
Nō hic Bactra vides forsan, nec inhospita syrtis
Arua sudis, sed Christigenū placidissima fratru.
Nec differre gradum, latiasq; reuifere terras,
Sorte datur: reduci perierunt omnia vita.
Turbine crudeli, forsan Deus æthere summo
Sic iubet; & pietas eadem dabit optima pacem
Tende viam velis; & amicum concipe litus;
Lumen tibi serum succendet vesper olympo.
Forсан et hic aliquid peragēt pia numina sæcti.
His dictis properant, terræ contingere metant.
Optatæ spirant aura: fert Asteronantem
Hesperiam per salsa ratem tranquilla secūdis.
Est locus Inachia, pristæ dixere Methonem,
Diues opum, cælo, campi; saluber amœnis.
Hunc circum leni blandiri murmure sylua
Lauricomæ; placidoq; leues crepitare susurro
Aurarum motus; viridi tam vimine pictæ
Certatim suavi volucres malcero videntur

Aethera

*Aethera concentu; nitidaq; exurgere lymphæ.
 Vrbs tamen inuicti sublimi in culmine montis
 Eminent, atroci longè tutissima marte,
 Effossoq; hostis clarissima lumine Regis.
 Nec procul ad lenem portus latissimus Austrum
 Tranquillâ placidis classem completitur undis.
 Hunc circum gelidis emanant flumina lymphis,
 Nympharumq; lacus. à dextris horridus undis
 Lucus adest, olim sacris tutissimus umbris.
 Huc tandem taciti primis labentibus astris
 Oceano, tenebris defensi noctis opacæ,
 Accedunt; celantq; caua statione carinam.
 Inde per umbriferas succedit montibus ornos
 Martius Austriades: fusi; virentibus herbis
 Optatam collapsa rigant per membra quietem
 Excubijs socij primum iam ritè paratis;
 Et multa fessi capiunt in nocte soporem.
 At pius Austriades curis ingentibus ager
 Dissiectæ classis, socium simul omine lauo,
 Tristia multa suo secum cum corde volutat.
 Tum precibus, votisq; pijs sacra numina pacem
 Exorat supplex; & opem tum rebus egenis
 Virginis intactæ meritis implorat ab alto.
 O quæ subsidijs nunquàm frustrata vocantes,
 Alma Parens, adsis; miseris spes unica rebus
 Aetheream fer opem; vitamq; fatemur in undis
 Muneris esse tui. tali sermone precatus,
 Se, sociosq; sacri iussis commendat olympi.
 Inde soporiferæ claudit collapsa quieti
 Lumina; cum suprema petunt Tartessia curru
 Littora*

Littora declivis labentia sidera caelo .
 Vix primus leuiter lapsos oppresserat artus
 Illapsus sopor; & curas dissoluerat atras:
 Cum Regina deum stellata in veste refulgens
 Virgineo stipata choro, cætuq; beato,
 Assitit in somnis sacro placidissima vultu;
 Et dictis his visa graues auertere curas.
 Non his, nate, meo terris sine nomine sancto
 Venisti; nam grata tibi quamplurima cernes:
 Neu dubita: cunctis hæc te mea dextra periclis
 Proteget incolumem. uebereris gurgite tandem
 Victor ab Arcadio. vicina ad mœnia perge
 Interea: Titan ponto cum lumen Eoo
 Extulerit; sociosq; propinquam mitte Methonẽ
 Principid. dabit hospitium Sultana benignum:
 Quam doceas, iubeo; fidei cunabula sancta:
 Ardet enim Romæ sacros exquirere ritus.
 Sic iubet ætherei genitus Regnator Olympi.
 Id tibi caussa viæ Teucrum, Graiumq; salutis
 Quorundam; quãuis maneant in turbine multi:
 Numine sed nostro tutissimus inde recedes.
 Nec magnis abero cæptis (absiste vereri)
 Nate, tuis. sacro supplex tu munus Olympo
 Redde pius, mentemq; sacrã. sic dixit; & altum
 Stellifero comitata choro conscendit in orbem.
 His dictis sancto perculsus numine mentem
 Austriades, paruo festinus cespite surgens,
 Supplicibus sequitur dictis venerabile nomen
 Virginis æthereæ deuoto cernuus ore.
 O nostros miserans semper solata labores,

Alma parens, quæ nos per tot discrimina vectos,
 Casibus exhaustus, & iam telluris egenos
 Auspicij præsens sanctis comitata tueris:
 Non opis est nostra, dignas exoluere grates,
 Virgo potens; sed dij magna virtutis alumni
 Cælestum laudum præconia digna tuarum
 Continud referant; & nos quæcunque valemus:
 Accipe tuq; libens, quem nunc spondemus honorẽ
 Suppliciter; sanctaq; fouens nos protege dextra:
 Imperijsq; tuis omnes paremus ouantes.
 Sic ait: & socios monitis instruxit olympi.
 Tum lucis exire iubet, syluaq; verenda;
 Sultanaq; domum, placidamq; exquirere pacem
 Augurio fratros sancto; nauemq; reuisit.
 Olli per densos tendunt ad regia dumos
 Limina; parua viã variãs qua semita monstrat.
 Iamq; rubescebat claro lux aurea mundo,
 Ingentes referens curas, hominumq; labores:
 Cum portas urbis subeunt; ac regia poscunt
 Testa Duces, vnaq; ingens Requesenius heros.
 Obstupet aspectu primo Messenia pubes;
 Hesperiumq; decus dudum miratur, & ora.
 Ast animo, dextraq; audax, vultuq; Seriffus
 Insurgens, quæ causa via, quò tenditis, inquit,
 O Proceres? quinam casus, vel causa subegit,
 Ignotas tentare vias? an ventus, & vnda?
 Vnde domus? pacem ne duces infertis, an arma?
 Sistite paulisper, quicumque venitis ad urbem:
 Aspera moliri cogit nam talia maiors
 Infrendens, validoq; tueri moenia bello.

Sic dixit. contra dictis sic orsus Iberus.

*Pacem non martem ferimus; nec pectore nostro
Insydia tales, Graia Dux optime gentis.*

*Rege sub Austriade (praestantibus inclyta gestis
Fama Ducis si fortè tuas non effugit aures)*

Iactamur pelago fatis crudelibus acti:

Sic nos tempestas vestris bis detulit oris.

Vlla mouet si te magnarum gloria rerum,

Austriadeq; Ducis virtus celeberrima mundo;

Neu lapsos prohibe Graijs succedere tectis.

Reginam petimus. si iusto exposcimus ore;

Ducite nos tectis; vel saltem dicite lectos

Hesperiae venisse duces, & quarere pacem.

Olli Threicium Ductor succensus amore

Austriadeq; magni, vestris succedite lati

Graigenū tectis, Proceres, bipatētibus, inquit.

Quam petitis, sacro iungetur fœdere dextra:

Nam nobis pietas colitur, nec inhospita sylvæ

Littora, nec sæui limen cernetis Atræi.

Talia Cormiades: eadem simul ore fremebant

Threicij proceres, stupefacti pectora vultu

Hesperio, Graijq; simul; vultuq; sereno

Excipiunt; spondentq; urbem; tectisq; paternis

Inuitant; sortemq; Ducum miserantur acerbã.

Talibus accensi dictis, & amore supremo

Hispani proceres (ea vox audita laborum

Prima tulit finem) tendunt ad regia lati

Limina, Threicium magna comitante cæterua.

Interea rumor Sultanae affertur ad aures,

Aduenisse Duces Latinos, & poscere pacem.

*Austriada magno ventosa per aquora vecto
 Littus in Arcadium: primaq; insistere terra.
 Imperat acciri subito, memor ominis alti;
 Nocte sub obscura retulit quod nuper Olympo
 Aliger aethereus, secum sub pectore voluens,
 Qui iuuenes, & quod factum fortuna sequetur:
 Diuinis etenim monitis instruxerat olim
 Interpres diuum in somnis; ne nescia fati
 Finibus Austriadem demens arceret Achæis.
 Auratis alta trabibus, parÿsq; columnis,
 Regaliq; edes surgunt ad sydera luxu,
 Inclyta magnanimi dextra monumēta parētis.
 Ipsa super folio Regina insedit eburno,
 Intra tecta vocans proceres placidissima vultu;
 Et simul ingressis roseo sic incipit ore.
 Dicite Romulide (nec enim genus vnde latinū,
 Austriadumq; ingens, fama super aethera notū,
 Virtutesq; sacras nescimus, & inclyta gesta)
 Longinquæ quæ causa via? quò gurgite cursus?
 Quò properatis iter? ventis ne furentibus acti,
 An nostris errore via succeditis oris?
 Neu quaeso vestrum (casu quocunque venitis)
 Hospitium, vestramq; urbem spernatis amici.
 Vestra domus; vestes, & opes huic insuper addã.
 Dixerat. it contra dictis Requesenius heros.
 Optima Troiugenum, pietas quã maxima mūdo
 Reddidit illustrem, proles o digna parente
 Magnanimo, nostriq; ingens o gloria sæcli,
 Non errore via, seuus sed fluctibus actos
 Dira subegit byems, Grayÿsq; his appulit oris.*

*Forsan & ipsa deum ventis nos fata Metbonæ
Imperijs egere suis; nec numine laeso.*

Adsumus; aut portus inuisi intramus amicos.

Restitit aduersis imber densissimus auris;

Alpiniq; fero Boreæ discrimine classem

Disficere salo; fatiſq; egere malignis.

Magnanimus cursu, belliq; ingentibus ausis

Rex est Austriades nobis; quo iustior alter,

Seu pietate prior, rosco seu pulchrior ore

Non fuit, aut unquam sumptis ingētior armis.

Is tua nos vltro supplex ad limina mittit

Euinctos dextram ramis frondentis oliuæ.

Turbine crudeli ventosa per aquara vecti

Oramus pacem, tutamq; in littore sedem:

Aspera dum vento fatiſq; profunda quiescant,

Et fors irasci peruersa turbine vectis;

Moliriq; ratem liceat, cursumq; parare.

Hæc tua te pietas magnum diffusa per orbem,

Ingentiq; illustre feret per secula nomen

Venturum fama; superiq; hæc facta recensent.

Talibus orauit dictis Aloysius ingens;

Cum primo aspectu cumulo Sultana laborum

Obstupuit; miroq; incensum pectus amore,

Compellare Ducem; casusq; leuare malignos

Adiunctis opibus, curasq; auertere dictis.

Multraq; præterea secum sub pectore voluens

Fata deum, monitusq; sacros in nocte silenti;

Hunc fors an fatis longinqua a sede profectum

Pertendi generum, miramq; in secula prolem

Consugio tali, nulli virtute secundam.

His

His fixos voluens oculos immobilis hæret,
 Divcuris anceps, tandem sic orsa profatur.
 Solue meum; dabitur votis Hispanæ, quod optas,
 Inclyte; nec genus humanum, nec mitia corda
 Sordemus: nec enim gestamus pectora Thraces
 Hospitijs obtusa pijs, dextraq; merenti.
 Seu cultis, pariter mecum considere regnis
 Argolicis, terris, uel iterum remeare Latinis;
 Dimittam tutos; armisq;, opibusq; iuuabo.
 Sic Diuus docuit Genitor prestare benignis
 Hospitibus: nostraq; domus bos gloria felice
 Seruauit mores; seruaq; hæbitur æuo.
 Ipse modo Rex Austriades (dij cepta secudent)
 Adueniat; vultuq;, damosq; agnoscat amicas.
 Tempestas seui quamuis nunc offero mortis
 Nos inter fueret; durisq; impulsus uterque
 Europa fatiq;, Asia concurreret orbis.
 Ergo quam petitis, sacro mihi fœdere dextra
 Iuncta, domum, votisq; urbem concedit amicis.
 Hoc equidem seros præstat meminisse nepotes;
 Hospitibusq; locum felicem ostendere Gratos;
 Quo Rex Austriades vultu susceptus amico
 Subtonq; dictis, opibusq; adiutus Arista,
 Fortuna redijt telis ereptus acerbis
 Aduersa, nostris vitam considerare tectis
 His libeat mecum, longumq; bis degere vitam
 Sedibus, hospitij dignans hoc nomine tectum;
 Et coram placidas audire, & reddere voces.
 Me fortunatam diuorum munere tanto
 Dixissim, & Gratum felicem nomine prolem.

Sic dicens, iubet electos ex ordine toto
 Mille duces, totidemq; Patres ad littora mitti,
 Aeratosq; equites; magnum qui mœnibus altis
 Austriadem claro Regem comitentur honore.
 Addit equos socijs instratos murice claro;
 Alipedemq; Duci gemmis ardentibus aerem,
 Instratumq; auro miteit, phalarisq; superbum
 Eois, fuluum mandentem dentibus aurum.
 Addit dona super venturi pignus amoris,
 Threicias vestes, Scythicisq; monilia gemmis.
 Multa monēs equites, Thracū, Graiūq; phalāges
 Imperat, intersint placidi; placidisq; ferantur
 In Latios animis; ac Regem pectore toto
 Excipiant; sociosq; verbant ad mœnia lati.
 Ipsa domum festis letam componit, & urbem
 Frondibus interea; populumq; accendit amore
 Principis Austriadæ; dictis, magnisq; receptent
 Plausibus; ac letis occurrant mœnia gestis
 Cuncta Duci, veraq; effundant pacis amores;
 Sublimesq; statur turba plaudente triumphos
 Austriadum, fieriq; domus regalis honores
 Egregios; meritaq; indicit carmine laudes.
 Iaq; immista cohors Thracum, donisq; superbis
 Hesperij, dictisq; alacres, & pace recepta,
 Littoreis aderant ripis, magnumq; supremo
 Excipiunt plausu Regem, letiq; salutant.
 At bonus Austriadem magno complexus amore
 Hæsit inexpletū lacrymans grædæ uis Alander;
 Exultansq; animo, dictis ita fatur amicis.
 Gratulor incolumem tantæ te turbine cladis

Arcadijs vectum terris, nostraq; Methone,
 Inclyta Christigenum, nostriq; o gloria sacri;
 Digna q; persoluo superis præconia laudis;
 Qui te nolentem nimbo duxere secundo;
 Quod semel inuicti genitoris imagine cara
 In genito saltim fruerer; mors atra seniles
 Antè meos anima nexu quam solueret artus,
 Et memores animos seruatum in pignus amoris.
 Namq; tuus Genitor pietate insignis, & armis,
 Cui nunquam similem prospexit Dedala tellus,
 Nec toto Phæbus gyrans miratus Olympo,
 Peonijs belli iactatum turbine campis
 Ignotum, captis missum, suprema gementem
 Vt vidit (iussis Graios crudelibus urgens
 Peonias Thracum Ductor ducebat in oras
 Inustos) sola pietate excepit amico
 Hospitio, donisq; fouens, & amore paterno;
 Christigenum sacro solū quia sanguine cretus;
 Addit opes; lætumq; meis à Marte remisit
 Post lacrymas, & ter circumdata brachia collo,
 Multa monens Fidei sanctæ; ne pessima Teucris
 Crimina, ne ritus, leges, nec verba, nec atros
 Ipsorum sequerer mores; aut ulla meorum
 Posteritas, Christi linquens venerabile nomen,
 Aeternumq; Deum; ne sic damnarer auerno.
 Mirabar diuum Austriadem; mirabar & oris
 Dulcia verba sacri, magnumq; parētis amorem
 Aeterni. mihi mens iuuenili ardebat amore
 In patrem; Patri, soboliq; annexere nexu
 Aeterno me (dextra darent si tempora vires)

Obsequij; vitaq; omnes expendere casus.
 Nunc ades, o diui proles certissima patris
 Inuicti; diuumq; libens agè numine dextro
 Hospitijs succede tuis; curasq; seniles
 Dilecti solare patris. pòst lumina claudant
 Lata senis placida (si visum) numina nocte.
 Teq; simul Regina pio pulcherrima vultu,
 Threiciq; Dures omnes, & Graia iuuentus,
 Argoliciq; senes, urbi succedere lætæ,
 Inuitant; spondentq; domos, & mœnia cuncti:
 Hæc non digna tuis quamuis ingentibus ausis
 Limina; supremis animis tamen accipe munus,
 Magnanimeq; tuæ magnos spondentis honores.
 Sultana: quid enim diuum clarissima proles
 Nò meret Austriadum? magnū vulgata per orbem
 Quid non exuperat virtus, & gloria gentis?
 Hæc ait; & dextra Regem ducebat ad urbem
 Successu lætum: cuncti simul ore frangebant
 Hæc eadem Graij patres, & Thracia pubes;
 Exultantq; animis lati, plausuq; supremo
 Permissi Latijs: bilari quos fronte receptos
 Alloquitur paucis. equidem nil tale verebar,
 Optime Graiugenum, de te, nihil in super alma
 Regina virtute sacra, Teusrisq; benignis.
 At tantis meritis rebus persolvere grates,
 Non opus est nostræ, Genitor: sed debita reddat
 Præmia; res hominum solus qui censet ab alto.
 Quidquid id est, opto; nec tectâ oblata resusa;
 Aeternoq; sacra coniungere fœdere pacem.
 Teq; patrem lætus iam nunc amplector, & vno
 Ardebo

Ardebo cari rursus genitoris amore.
 Talibus Argolici dictis conuersa tenebant
 Ora simul, placido mirati pectore vocem,
 Aspectumq; graue, palmaeq;, oculosq; loquentis
 Sydereos, niueaq;, ardentem frontis honorem
 Regalem, gressumq; grauem, belliq; magistrum.
 Talibus inter se dictis, ad regia gressum
 Limina tendebant; socij simul agmine misto
 Heroum; turbaq; patrum sectantur, & inde
 Permissi Saryj, procerum, iuuenumq; cateruæ:
 In medio Dux Austriades pulcherrimus acris
 Vectus equo, gradiēsq;, duces supereminet omnes.
 Non secus ac fuluo parius circumdatus auro
 Essulget lapis, aut species micat alma pyropi.
 Haud aliter cœtu præcellens altior omni
 Sydereis oculis regalem fundit honorem,
 Os, bumerosq;, deo similis, qui præsidet oris
 Orthygia, Dux Austriades, mauortia proles;
 Præscorumq;, refert sacro genus ore parentum,
 Ostentans patrium claro sub pectore martem.
 Iamq; propinquabant urbi; murosq; tenebant;
 Cum tanti Dacis aduentu per mœnia læti,
 Visendiq; ruunt studio simul undique ciues,
 Fœmineusq; globus, pueri, castaq; puellæ;
 Hesperiam cupido spectantes pectore gentem,
 Præcipuè Regē Austriadem mirantur, et ardent;
 Maxima nec capiant lætam sua gaudia mētem.
 Sublimesq; alta statuunt cum laude triumphos
 Magnanimo generi Austriadū, magnoq; parētī.
 Plausibus bis lætis, laudisq;, insignis honore,
 Læti-

*Letitiaq; via magna, ludisq; fremebant
 Undique, conuentuq; virum (praconia namque
 Austriadum praëclara canebant undique turba,
 Virtutesq; sacras, dextraq; ingentia facta)
 Vnanimisq; auido suspirant pectore Regem,
 Felicesq; vocant se se; si numine dextro
 Austriades regeret placida ditione Pelasgos.
 Exorantq; deos, ingrataq; munera miscent,
 Suppliciter vanis onerantes aethera votis:
 Tantus amor Regis. tamen hæc suspiria secum
 Corde premüt, nec enim depromere lögius audët.
 Nec minus ardenti versant sub pectore Tbraces
 Hæc eadem; lætoq; simul sic ore loquuntur.
 Iustitia ne priüs magna, virtute, vel alto
 Sanguine, vel dictis Regem miremur, an armis?
 Felices, qui te talem genuere, parentes;
 O fortunati, qui te ditione verentur
 Eximia. sic imperij quem prisca decerent
 Culmina Romulidum? sacro metuendus amaris
 Aspectu; pacisq; bonæ fidissime custos
 Non odium terrore moues; nec sanguine gaudes
 Effuso; nec fræna tamen seruanda resoluit
 Gratia; nec custos perdit clementia mundi
 Imperium: quàm læta tuis te sæcla tulerunt,
 Fortunata nimis, cæloq; inuecta secundo.
 Quod maius feritate nefas Busyridis unquam,
 Quàm tua sanguineo contundere corpora ferro,
 Delicias almae Veneris, castiq; pudoris?
 Felices nimium, fortunataeq; laborum
 Hesperia gentes, tanta dulcedine sacri*

*Austriadum vultus perfusa pectora diuum.
 Talia iactabant Ibraces; nec Graia iuuentus,
 Nec miles cessat pluuias dispergere florum,
 Purpureoq; Ducem Virgo perfundere nimbo.
 Interea Regina domum latissima miris
 Strauerat aulaeis, gemmisq; ornarat Eois.
 Ipsa verecundo diffundens lilia vultu,
 Regales luxu vestes induta remoto,
 Aurea more comas matrum collegit honesto.
 Demissamq; humeris clamydem Gangetide gēma
 Filula subnectit. subdit decus alma venustas.
 Iamq; gradus primos gressu conscenderat heros
 Hesperius, magna procerum comitante caterua
 Threicium, lateq; orbis; cum limine primo
 Regalis Sultana domus venit obuia matrum
 Ingenti stipata choro, procerumq; Senatu.
 Qualis Nympharū medio micat agmine magna
 Latonæ soboles; Cynthi cum rura reuisit;
 Maternaq; auget conspectu gaudia menti.
 Haud aliter vultu clarum Sultana decoro
 Celsior Argolicis nuribus spargebat honorem,
 Latitia replens ingenti pectora Teucrum.
 Aspectu primo fulgentis imagine formæ
 Obstupuere simul; radijsq; micantibus ambo
 Syderei vultus, spectabant oris honorem.
 Vt dextris autem propius contingere dextras,
 Affariq; datum coram. sic martius heros
 Incipit; o nostri celeberrima gloria sæcli,
 Othomanumq; decus, cui me fortuna referre,
 Littoribusq; egit Graijs succedere nimbo:*

Non equidē timui, Tbracū quōd sanguine creta,
 Magnanimiq; fores hostis germana Selymi,
 Infensiq; oāys, sauisq; incurritur armis:
 Sed tua me virtus magnum diffusa per orbem,
 Iussa q; sancta deum vento duxere Methonem.
 Nec me crudeli tristior discrimine ponti
 Iactatum, potius felici numine veētum
 Huc, reor, ut magna præsens cognoscere possem
 Regina clara notas super æthera fama
 Virtutes, iungens æterno fœdera nexu.
 Quas ergo laudes, dignas quas dicere grates,
 Alma tuis poterō meritis Regina supremis?
 Infensos hostes læta nos excipis urbe
 Fluctibus eiectos, primæ telluris egenos,
 Casibus exhaustos, ferro quos perdere posses.
 Quin animis, opibusq; iuvas, & fronte serena
 Sponte domo socias. reddat, qui talia spectat,
 Omnipotens Genitor dignissima præmia gestis
 Eximys, Sultana, tuis. nos omnibus oris
 Muneris esse tui vitam, reditumq; fatemur.
 His dictis oculis Regina plurimus ignem
 Subiecit rubor: inde ros effulsit imago.
 Insolitam speciem vultus, frontisq; serena,
 Mellifluisq; oris niueos miratur honores;
 Exultatq; tuens diffulgens sydere lumen,
 Phœbeasq; genas, mistumq; rubore nitorem
 Candenti. tandem vultu deiecta decoro,
 Exceptit paucis. non hæc sunt digna supremis
 Acta tuis equidem meritis (dux inclyte gentis
 Christiadam) digno totus cui seruiat orbis

Iſta quid ; o proles longè pulcherrima diui
 Inuicti? priſco ductum quis ſanguine diuum
 Auſtriadum gentis, Regeſq; ignorat Iberos,
 Virtuteſq; ſacras, inuictaq; pectora bello?
 Peonio ſiquidem redeuntem à marte parentem
 Sultanum memini ſauo certamine victum
 A Diuo Genitore tuo, penituſq; fugatum:
 Immenſo quãquã Genitor foret agmine ſeptus.
 Ipſe Duces victus Latios, & gentis Iberæ
 Laudabat, quamuis hoſtis, læſuſq; pudore;
 Auſtriadem diuum præſertim æquabat olympo
 Laudibus æternis, martiſ ceu fulmen atrocis,
 Romulidumq; decus, veræ pietatiſ aſylum.
 Eximium, nulli veterum virtute ſecundum.
 Bellorum, paciſq; bonæ virtutibus iſtiſ
 Succediſ (nec vana fideſ) tu certa propago.
 Gratulor incolamem, doleo ſed caſibus actum
 Immeritiſ, tantoſq; ſalo ſubiſſe labores}.
 Sed quid fata deum portendant omine tanto;
 Forſan & in meliſ vertent te ſoſpiti nobiſ.
 Nec Salentino (ſpero) tua littore claffiſ
 Auſpicibus ſuperiſ fato lædetur acerbo.
 Sic ubi dexter aded; curas ſolare prioreſ;
 Et tectiſ ſuccede tuiſ. meret omnia virtuſ.
 Taliſ inter ſe dictiſ, & amore ſupremo
 Iungunt hoſpitiſ dextras, & fœdere ſacro.
 Olliſ Ibreiciſ proceres, & Graia iuuentuſ
 Ingenteſ læti iactant ad ſydera voces
 Vnanimiſ; ſanctæq; effundunt paciſ amoreſ.
 Ingeminant plauſum Graiſ, Thraceſq; ſequuntur
 Letitiæ

*Latitiae magna . latis nec pectora cuncti
 Vocibus expleri possunt, nec dicere laudes
 Magnanimo Austriada, caeloq; equare triumphos
 Laudibus eximjis : nec sat vidisse loquentem
 Aut audisse semel : magno mirantur amore ;
 Suspirantq; animis Regem concordibus omnes.
 Felices nimium felici sydere ducta
 Hesperiae gentes (surgit vox omnibus una)
 Vos felix tellus, vos saecula leta tulerunt ;
 Hoc solis specimen clarum, vocemq; loquentis
 Diuinam propius vobis haurire licebit ,
 Aethereumq; melos, diuini signa decoris :
 Nil etenim mortale sonat : seu numen in ipso ;
 Seu saltem nostris non his mortalibus ortus.
 Oris honor multus, placidiq; in pectore motus
 Luminis aetherei clarum testantur alumnum.
 Interea pelago Praeaeus properabat Ibero
 Declius primum succendens lumen Olympo ;
 Inde polo nox atra ruit ; tarda sq; sopore
 Poscebant epulas fugientis tempora noctis .
 Certatim properi mensas, & munera ponunt
 Threicij proceres ; mensisq; oblata ministrant ;
 Regia quos poscit regali mensa paratu .
 Tercentum pueri forma, vultuq; decori
 Expediunt epulas mensis ; quos pectore summo
 Tortilis obnubit per collum circulus auri ;
 Intextaeq; nitent gemmae diademate fuluo
 Boa ; vestisq; tegit spectabilis arte
 Egregia, gemmis, baccisq; insignis, & auro
 Intexto ; totidemq; senum veneranda caterua .*

*Assistit solum mensis, magnoq; decori.
 Hinc domus argento, gemisq; effulget, & ostro;
 Strataq; luxuriant auro; scythicisq; pyropis
 Fulcra nitent; auroq; rigent argentea misto.
 Ex auro lances solido, mistisq; smaragdis;
 Boaq; simul diffulgent undique gemmae.
 Inde toro Regina sedens, & magnus eodem
 Austriades, alio socij, mistiq; Pelasgi,
 Threiciq; Duces longo post ordine primi
 Incumbunt epulis. auri tum lancibus ornant
 Certatim famuli mensas; primaq; reportant.
 Pars dapibus reficit rursus; pars pocula curat;
 Pars replet pateras (fertur quodcumq; bibendū,
 Aut licet, aut optat) nūc hac, nūc voluitur illac
 Turba frequens: varias bilari tū fronte ministri
 Instaurant epulas; ac mensa grata secunda
 Dona ferunt; cumulātq; oneratis lacibus ostrū.
 Regia post tandem semotae fercula mensa;
 Ingeminant plausum dictis; & amore supremo
 Complexi, letas ducunt sermonibus horas
 Iucundis; variantq; vices; & carmina dicunt
 Contentu vario; vocesq; per ampla volutant
 Atria Threicij rursus; Graijq; sequuntur;
 Successumq; iterū renouāt; gaudentq; dolētq;
 Austriade varia succensi pectora sorte.
 Tum Regina Ducem dictis affatur amicis
 Hesperium; casusq; petit, pontiq; ruinam.
 Nūc agē fare, precor, magna decus addite Romae,
 Qui casus, quae sors, aut quae fortuna fatigat
 Inuictū genus Austriadū; quibus actus ab oris,*

Tot vento seuos impulsus adire labores)
 Si libet) & cursum tanta quò classe tenebas.
 Sic ait: at contra dictis Mauortius heros
 Excepit paucis, reprimens in corde dolorem.
 Quandoquidem casus sedit cognoscere nostros,
 Nostrarumq; ratum miserandam audire ruinã;
 Expediam paucis. Sicalæ telluris in altum
 Soluimus è portu; placidũq; intrauimus aquor,
 Optatis socium Cypro pia tela ferentes
 Subsidijs: & iam saxosas Aesaris undas
 Snlcabant læta luctantia cerula naues;
 Cùm supra caput infensus superastitit imber,
 Noctis agens pluuijs hyemem, diramq; procellã.
 Olli turbato discordes æthere venti
 Insonuere truces; ac seuo vortice vexant
 Disiectam pelago classem: mox turbida ponto
 Tempestas stridens insanis diuidit undis;
 Littoribusq; quatit; scopulisq; infensa superbis
 Raptat, agens circum. curuato gurgite rapti
 Tollimur in cælum: subducta protinus vnda
 Præcipites petimus terram; mox vnda debiscēs,
 Sorbet in abruptum: supra ruit agmen aquarũ;
 Obruimur pluuijs; pontoq; immergimur atro.
 Fulmina, sic imbres, noctem, cæliq;, marisq;
 Iram perpeffi, turbata per aquora vecti
 Spargimur; & ventis inimicas frãgimus undas.
 Ne tamen hos referam tristes ex ordine casus;
 Aspera ventorum concurrere prælia cernens,
 Vndarumq; minas; & quid mihi turbine dirò
 Ferret hyems; quocunq; vocat fortuna pæquor,

*Pandere præcepi tumidis velamina ventis.
 Tres tamen incerti soles discurremus altum
 Iactati, totidemq; borrenda per æquora noctes
 Fluctibus immerfi. testor pia numina diuum,
 Me nullo pro me tantum tunc corda timore
 Concussam; quamuis eadem fortuna fatiget;
 Quàm tot ne forsàn classis surgentibus undis
 Deficeret ponto, sæuisq; ingloria ventis.
 Sic ferimur ventis: primæ cum luce diei
 Arcadia gelidas ponto prospeximus oras;
 Et primas clauso ripas intramus Olympo.
 At tibi persoluant dignas pia numina grates,
 O decus Othomanum, supremæq; gloria Regum;
 Quæ nos relliquias Boreæ, cœliq;, marisq;
 Casibus exhaustos, & iam telluris egenos
 Excipis hospitij; animoq; tueris amico:
 Quod nos in patrijs olim seruabimus oris.
 Dixerat Austriades; factoque; hic sine quieuit
 Fata recensendi; graciliq; apparuit ore.
 Olli Threicij proceres ad sydera tollunt
 Latitiæ voces; plausumq; sequuntur Achivi;
 Et curas mulcere student, & demere dictis,
 Solarisq; animos Regis, thalamoq; futuro;
 Tum sacris optata canunt præconia tedis.
 Quàm bene fata pares thalamo iunxere beato;
 Et genus amborum nexu quàm nectitur vno
 Sydere felici, spectas Assichia cœlo:
 Et iungas petimus. magno sic cederet Hector
 Alcida; sobolesq; excelsior esset utroque;
 Quæ sancto totum sceptro submitteret orbem,*

Eximia virtute regens . sic regia virgo
 Coniuge magnanimo toto dotabere mundo;
 Felicesq; tuo cuncti viuemus honore,
 His actis leti turba plaudente triumphos
 Ingeminant omnes, letasq; per æthera voces;
 Felicemq; diem dictis testantur amicis,
 Et fortunatos tanti se nomine Regis .
 Iam tandem cœli stellatum celifer axem
 Torserat; & pontum stellas ducebat ad Indum;
 Suadebantq; graues labentia sydera somnos:
 Cùm Sultana Ducis digressu mœsta benigno,
 Ingemit; & curas animo partitur acerbis.
 Reginae tanto persoluens munere grates
 Martius Austriades, propriam secessit in aulã.
 Digressi tandem socij, proceresq; Pelasgi
 Incubuere toris; placidamq; in lapsa quietem
 Membrarigant omnes; sed nõ Mauortius heros,
 Tristia multa patans; curisq; ingentibus ager,
 Fata gemit socium; casusq; expendit acerbos
 Romulide Ducis, & Venetum, magniq; nepotis,
 Francisciq; pij, Lygurum, miseraq; Cethina
 Casura, Latijq; Ducum, patrieq; pbalangis,
 Heroumq; manus, iuuenum, tantaq; caterue
 Christi genũ, partesq; animũ vertebat in omnes.
 Procumbit tandẽ; & capiunt vix mēbra soporẽ.
 Iamq; ferè mediũ Phœbus conscenderat axem,
 Illustri totum diffundens lumine mundum:
 Cùm Sultana patrum magna stipante caterua,
 Et Dux Hispanus socijs comitantibus aulam
 Ingressi, festis instaurant pectora dictis;

Congressumq; petunt leti: tandemq; repostis
 Incumbunt mensis; celeresq; optata ministri
 Dona ferunt; implentq; oneratis lancibus ostric.
 Applausuq; duces instaurant gaudia magno
 Threicij, Graijq; Patres, & cætera turba.
 Cum longa sacer exultans in veste Monastes,
 Antiquum sonitu Phæbi testatus honorem,
 Concentu suaui prætentis pectine eburno
 Obloquitur fidibus; magnaq; recenset auorum
 Regina, pacis, belliq; ingentia facta;
 Amborumq; genus deductum ab origine Troia.
 Castaliusq; furor totos à pectore sensus
 Abstulit; ac solum spirant præcordia Phæbum.
 Ab Ioue principium generis venerabile summo
 Ambobus multo deductum sanguine Regum,
 Diuorumq; simul (Clario sic incipit are).
 Emicuit; magnisq; atauū, proprijsq; triumphis
 Vndique splendescit totum sublime per orbem;
 Laudibus æternum mittens in sæcula nomen.
 Magnanimus siquidē, magni Iouis inclyta ples,
 Dardanus Electra Tuscis Atblantide cretus
 Littoribus primus Phrygiæ enauit ad oras,
 Patre Deo monstrante viam, fatiq; secundis:
 Molis erat tanta Troianam condere gentem;
 Quæ gemino totum lustraret lumine mundum
 Semper; & inuictis premeret Mauortia dextris:
 Austriadum sobolis pietate insignis, & armis
 Gens foret una deum; qua non præstantior ulla:
 Othomanum præclara Ducum, Diuūq; potentia
 Inuicti generis gestis foret altera magnis:

Quādoquidē Pbrygij genuit Simeontis ad undā
 Tuscus Ericthonium Ghoriti de sede profectus;
 Dardaniāq; suo dixit de nomine gentem.
 Trous Ericthonij soboles celeberrima magni,
 Troianam proprio dicens de nomine terram,
 Illum progenuit; cuius succensus amore
 Aliger aethereus sacro descendit Olympo
 Iuppiter omnipotens; raptumq; euexit ad astra.
 Insignem genuit pariter virtute potenti
 Assaracum Patrem; magnū genus unde potentis
 Austriadum clara deducit origine nomen.
 Nā Capys Assaraco genitus celeberrimus armis
 Anchisem genuit magnū; quem, lumine pulchro
 Diua Venus flagrans, sacro dignata cubili,
 Aeneamq; enixa pium Simeontis ad undam,
 Ad patrias Pbrygia latias ex urbe reuexit;
 Inclyta dū caderent Graiorum Pergama ferro;
 Inuisamq; deum vastarent numina Troiam.
 At pius Aeneas crepitantibus undique flammis
 Colla pio cari depressus pondere Patris
 Matre dea monstrante viam delapsus Achivis,
 Eripuit genitum seuis, patremq; ruinis;
 Et tandem Latij victor consedit in oris,
 Post varios casus, post tot discrimina rerum.
 At puer Ascanius, pietas spectata Parentis
 Magnanimi, multa longam vi inunijt Albam.
 Iulius ante Duces excellens Syluius omnes
 Ascanio genitus magno super aethera nomen
 Insigni pietate sacrum deduxit auorum
 Eximij belli gestis, pacisq; decora:

*Inclÿta magnanimogenus à quo principe clarū
Gentis Iulæ ducit felicitis origo*

*Albanos inter fama celeberrima Patres
Virtutum, rebusq; pijs, & martis honore,
Albanos longa populos ditione gubernans.*

*At tandem gemina diuisus origine gentis
Dardanius populus, fatis adductus acerbis,*

*In sua crudeli conuersus viscera dextra,
Fraterno sæuas fundebat sanguine palmas;*

*Albanumq; solum misto, camposq; Quiritum
Funere sternebat, prædis populatus iniquis.*

*Sed tantum letho Romanus Horatius atro
Hostili martem victor, fratrumq; diremit.*

*Sic patrijs Romam versis gens inclÿta muris
Iulia Romulidas inter celeberrima Reges*

*Incoluit; longeq; feris excelluit armis,
Bellorum, pacisq; altis decorata triumphis.*

*Munera quæ patriæ, quos non quæsiuit honores
Insignis fama, sumptisq; ingentior armis*

*Iulia progenies gestis super æthera nota?
Ante duces omnes clarum præstantibus ausis*

*Gentis Iulæ specimen virtute refulsit,
Troianaq; ingens Romanus origine Caesar;*

*Inuictis totum imperijs qui terruit orbem;
Aequauitq; ausis Romana palatia cælo:*

*Cui nunquam similem vidit consultus Apollo,
Magnanimi tantum Genitoris pectore sacro*

*Excepto, fratrisq; tui pietate Philippi
Insignis, sæuoq; inuicti Marte nepotis,*

Teq; simul nulli veterum virtute secundo.

Quamplures alij, fulgentia lumina Romæ,
 Emicuerè duces, pacis, belliq; magistri
 Aeneada magni, claris gens Iulia gestis.
 Quos inter referens at auos Telantius acri
 Marte duces, micuit sūptis celeberrimus armis,
 Consilijsq; bonus, pietate insignis auita.
 At variū nomen, varijs sortita triumphis
 Hæc Anchisiadum soboles, & Iulia proles,
 Ter priscum magno posuit cognomen honore.
 A magno primum demissum nomen Iulo
 Iulia progenies; iterum quæ fertur Iuli
 Ana pio soboles Troiano sanguine dicta,
 Multorumq; ducum claris celeberrima gestis.
 Iulius has inter validis fortissimus armis
 Septimius, fertis redimitus Aquincius altis
 Claruit Augustus felix, genitusq; Serænus
 Lucius extractis proprio munimine Thermis
 Pulsit Ocriculeis ingens; ac leuius alter
 Multiplicè belli, pacisq; insignis honore
 Illuxit; gestisq; micans Aurelius almis:
 Et qui sanctorum despecta lege Quiritum
 Infelix coluit donis Idola sacratis
 Impius Augustus, fama non dignus auorum.
 At sanctæ magno fidei succensus amore
 Christigenum Romanus eques fidissimus almo
 Mutius Authori rerum, pietate superna
 Reliquias Ducis Hunnorum, cædisq; Gothūna
 Peonios veræ gremium genitricis in vnum
 Romana varijs fusos reuocabat ab oris;
 Pannoniaq; dedit patria considerare terra;

Ac letus tandem sacrum conscendit Olympum.
His magnisq; alijs dudum decorata triumphis
Iulia progenies, Mauortis Anicia claris
Dicitur inceptis, animisq; inuicta serenis.
Testatur Consul Romanus Anicius ingens
Gentis Iulææ dextram, nomenq; parentum
Inuictum, genitusq; insignis Anicius armis
Sextus, & Aeneidos præclarus Olybrius urbis
Consulis inuicti redimitus tempora fertis.
Nec minus Aphrorum magno Procösul honore,
Et quater Italia Prætor iustissimus alma,
Getula, Gallæq; simul, gentisq; Lyburnæ
Petronius Consul nomen super astra parentum
Laudibus euexit magnis, & prole superba.
Inuictiq; Duces alijs, Mauortia proles,
Lumina fulserunt magnæ clarissima Romæ,
Inceptis belli varijs, pacisq; decore.
Quos inter vera cælestis imagine vita
Heroes vinciti diuinis tempora tenis
Emicuerunt, sacro dignati nomine diuum
Quamplures; sed præsertim duo lumina gentis
Christigenum, sanctis ingēs Benedictus, et ingēs
Gregorius gestis, cælestis clauiger urbis.
Innumeriq; alijs sancta pietate, vel armis
Illustres, veluti fulgentia sydera cæli,
Imperium claris Romæ super astra triumphis
Aequarunt; magnoq; auxerunt culmine Romæ.
Hos inter Reges primus Iustinus, & alter
Iustinus sacris euincti tempora fertis
Imperij, velut Aeneadam certissima proles,
Bello-

Bellorum, pacisq; bonæ fulsere trophæis
 Eximijs, vitæq; piæ; magnoq; quaterni,
 Iustini, à prisco demissum nomen in anum,
 Imperij pariter dignati culmine sacri
 Miserunt ingens fama super æthera nomen.
 Hos inter sancta pietate insignis, & arte
 Palladis eximia, sumptisq; ingentior armis
 Flavius, Imperio Romæ decor additus almæ,
 Enicuit, tollens ingentem ad sydera famam;
 Quam nulli casus, longæua nec auferet atas;
 Nec poterit rapidum lenta consumere morte
 Tempus edax rerum descriptam cortice legum.
 At cui sorte datum, Musæ, superisq; sceundis
 Inuictos numerare duces, diuosq; potentes,
 Illustresq; viros armis, & Palladis arte,
 Consilijq; sacris, vitæq; micantis honore,
 Stirpis lulææ magnæ, vel fortia gestu;
 Romanū quibus imperiū, quibus vndiq; mundū
 Lustrarunt? potius magni vaga sydera cæli,
 Numina sancta darēt, numero cōcludere paruo.
 Iam tandem gestis, animoq; inuicta feroci
 Iulia progenies virtute Leonia forti
 Dicitur; & primum non linquit Anicia nomen
 Bellatrix adhuc dextræ, martisq; superbi.
 Nec minus illustres inuictō hoc nomine claris
 Effulsere duces gestis super æthera noti,
 Romanumq; ausis bellorum ingentibus orbem
 Laudibus æquarunt cælo, magnisq; triumphis.
 Flavius hos inter virtute Leonius alma,
 Diuitijsq; Petrus magnis, & pectore sacro

Illu-

*Illuxit patriæ verum decus additus urbi,
 Et fidus legum custos, famulusq; deorum
 Integer, ac gestis addictus Virginis almæ.
 Filius assequitur clarus virtute paterna
 Maximus egregia Stephanus; magnisq; trophæis
 Petrus auo dignus magno, nulliq; secundus
 Gentis Iulæ pietate Leonius aucta.
 Innumeriq; duces alij virtute decori
 Eximia micuere dno, belliq; triumphis,
 Montis Auentini comites, urbisq; Quiritum
 Rectores, sceptriq; decus, felixq; parentum
 Gloria Romulidum. gestis præstantibus almam,
 Felicemq; quater, fortunatamq; laborum
 Gentis Iulæ toties o Consule Romam.
 Hi priscos retulere tibi cum laude triumphos
 Aeterna; sacrumq; tuum per sæcula nomen
 Miserant, sancto subigentes mœnia ritu.
 Quos inter Petrus sumptis celeberrimus armis
 Arcis Auentinae submisit Inutria sceptro
 Mœnia, magnanimi primus de gente Leonis;
 Vindelicæq; simul primus Comes inclytus arcis
 Lætitia, plausuq; virum, gentisq; subacta
 Ingenti, sacris redimitur tempora fertis.
 Filius Albertus sequitur virtute decorus
 Insigni; fertisq; euinctus sacra Rodolphus
 Tempora lauriferis; pariterq; Leonius ingens
 Filius Albertus decoratur culmine magni
 Imperij; dictusq; simul cognomine gentis
 Austrius euiçta: domus à quo principe nomen
 Austria mansurum magnis sortita triumphis.*

Filius

*Filius Albertus redimitus tempora lauro,
 Et patris Austriada, & regnis successit auitis.
 Inde Leopoldus diuum dignatus honore
 Filius assequitur, spolijsq; Hernestus opimis
 Regnorum, iustusq; heres virtutis auitæ
 Successit; magniq; alto Fredericus honore
 Imperij rutilat gestis sublimibus ingens.
 Priscorum nulligenitus virtute secundus
 Maximilianus adest magnorum gloria diuum
 Theutoniæ. genitus dotalia regna Philippus
 Bætigenum recipit; quo non iucundior alter
 Sydereo vultu: regnis, & coniuge tanta,
 Imperioq; orbis maiestas digna supremo:
 Sed teneris (dolor infandus) maturior annis
 Tristibus æthereo fatis est vectus olympo.
 Cui Regum decus, ac magnæ noua gloria Romæ,
 Successit sceptris diuino pectore Cæsar,
 Carolus inuictus, splendor clarissimus orbis;
 Qui totum sacra mundum virtute repressit.
 Fraternali virtute regens vestigia ceptis
 Incluta Fernandus magno germanus honore
 Assequitur, placidaq; orbem ditione gubernat;
 Edoniasq; hyemes, gelidoq; horrore rigentem
 Danubium calcavit eques: sed magnus Iberis
 Filius, & Morinum diuini Cæsaris ingens
 Iuppiter Austriades sancta virtute Philippus
 Successit sceptris: quo non felicior alter
 Diuitijs, pietate sacra, virtute suprema,
 Deuotoq; animo, & vitæ cælestis amore;
 Sacra tuens Romæ dextra, vitaq; verendum*

*Defendit Christi nomen, moresq; piorum.
 Tu tamen inuicti verus virtutibus haeres
 Inclyte succedis Princeps Genitoris; & alto
 Imperio mundum dignus frenare superbum;
 Belligeriq; animo sequeris vestigia Patris;
 Eximijsq; urbem spolijs, patriamq; triumphis
 Accumulas magnis, felix bellator ubique;
 Et fama sacrum conscendis victor Olympum;
 Ac si, quod signis portendunt omina diuinum,
 Auspicijs etiam Nassupia diua secundet;
 Austriadum totum submittes fascibus orbem.
 At quem promittunt claris caelestia donis
 Fata deum mundo, famam superabit aurosum,
 Diuinamq; sacra pariter virtute parentem
 Austriadem, veterumq; decus, veterumq; triumphos
 Laudibus aeternis: radijs velut astra decoris
 Exuperat caeleste iubar: quin obruta leni
 Nocte premet, rutilas; nomenq; equabit Olympo
 Virtutum gestis, soboles inuicta Philippi
 Magnanimi, roseo diuinus & ore Philippus.
 Huic natura parens rerum, caelumq; benignum
 Virtutes cedent omnes, & fata secunda;
 Eximijs cuius libretur legibus orbis.
 Iamq; puer seuo contundens Marte rebelles;
 Restituet victor cunctos tibi, Roma, triumphos.
 O ter felicem, fortunatumq; laborum
 Dulcia seruantem tanto sub principe mundum
 Otia tranquilla pacata in secula vite,
 Tot fatis tandem, belloq; tot hostibus acri
 Deuictis stygijsq; dolis, & fraude fugata;*

Horrēdo quāuis strepitu feras undiq; Mauors
 Ingruat; & furijs tremefactum terreat orbem.
 Sic ergò Regum per tot discrimina rerum
 Multorum Troiana illustris origine diuum
 Iulia progenies descendit Anicia fēlix,
 Insignisq; simul virtute Leonia forti,
 In genus Austriadum; quo non præstātius ullū
 Eximij animis, sacra pietate, vel armis.
 Inuictis, unquam prospexit Dedala tellus;
 Nec cælo volitans, æquale videbit Apollo:
 Aeternis cum sit sceptrum fatale triumphis,
 Firmatum pietate sacra, donisq; deorum,
 Auxilioq; Patris; nutu qui cuncta gubernat.
 His dictis alacres Teucris, proceresq; Pelasgi
 Ingentes cæli tollunt ad sidera voces
 Applausu magno; fremituq; per æthera vastum
 Letitiæ iactant omnes; Regemq; salutant;
 Austriadumq; domus referūt præconia magnæ.
 At rursus referente silent inuicta Monaste
 Magnanimum bello Priameia pectora Regum;
 Othomanum, validaq; manus, & fortia gesta.
 Incipit; intentiq; omnes tunc auribus adstant.

Finis Lib. quarti.



F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Quintus.

ARGUMENTVM.

Othomanum sobolem Troiano sanguine Regum
Deductam, gentisq; refert primordia rerum,
Bellaq; , fortunamq; omnem, fatisq; secundis
Deuictas vrbes, submissaq; mœnia sceptro,
Impetiumq; ingens geminum, Regesq; Monastes.

AT genus Othomanū diuino sanguine cretū
Hectorē, sacrum deducit origine nomen
Priamidum, diuumq; altis illustre triumphis:
Nā pulchro Ganimedē satus pulcherrimus Ilus,
Iliō vrbs Teucrum cuius de nomine dicta,
Laomedontapium genuit; qui Pergama Troiam
Appellans, auxit; campisq; æquauit acerbus
Contemptor diuum; scelus hoc sed morte piauit.
Laomedonte satus, roseo pulcherrimus ore
Dignior imperio Priamus, sceptrisq; superbis,
Hectora progenuit magnum; quo principe sylvix
Othomanum soboles attollit ad æthera nomen.
At diris superum fatis Priamei proles
Dardanij bello campis effusa cruento
In sylvix iacuit: ferroq; immitis Achillis
Argolicumq; Ducum casus fortissimus Hector
Præcipitem turri genitum non vidit ab alta,
Progeniemq; atro sædantem sanguine campos.

Sed

Sed diros Priami casus, stragemq; nefandam
 Omnipotens fortuna pio miserata dolore,
 Troianas inter cædes, orbisq; ruinam
 Eversa, Zoylum flammis inuisa Pelasgis
 Abstulit infauftis (si quondam vera vetustas
 Ad seros fama misit monumenta nepotes
 Tantarum rerum; rigidis quam montibus omnes
 Ryphei seruant) tutumq; ad Caspia regna
 Duxit; & ingenti populis indixit honore
 Hectore magnanimo genitum, Priamiq; nepotē
 Egregij, sacri radiantem lumine vultus
 Hectorei, proprioq; gerentem pectore martem.
 Optauere ducem populi; Regemq; supremum
 Constituunt tandem; talis reuerentia vultus
 Hectorei; iuuitq; pio fortuna regressu.
 Imperiumq; ingens gestis equauit Olympo
 Eximij. tandem felix super æthera vectus,
 Assuevit precibus populi, votisq; vocari.
 Sic geniti sceptro meritis micuere paternis;
 Longaq; progenies Scythicas dominata per oras,
 Effulsit sublime iubar Priameia bello:
 Multaq; capta manu tenuit vicina potenti
 Mœnia; vel miris rapuit prædata ruinis.
 Sed vitæ tandem fragilis voluentibus annis,
 Pertæsum prolem martis, belliq; laborum
 Hectoream; studuitq; frui ditione quietæ.
 Otia sic patrijs tranquilla terebat in aruis,
 Intendens pecori mentem, campisq; serendis.
 Hos inter magnus seruabat ouilia centum
 Pastor Ogus, centūq; bouum iugæ pæda Nypbatū,

Eoos inter Reges ditissimus vnus.

*Caspia diu coluit gestis præstantibus arua
 Priamidum soboles, belli dissueta triumphis;
 Mille ferè cæli dum bis reuoluta per axem
 Aurea Titboni coniux compleuerit annos.
 Iamq; satis steterat paruis Mauortia proles
 Clausa locis; manesq; pios vindicta paternos
 Vlciisci iusta Graiorum cede vocabat;
 Vmbrarumq; locum, patriasq; reuisere sedes
 Portentis superiorum claris pia fata iubebant.
 Caspia deseruit satis sic rura secundis
 Aspera belligerum cætu comitante superbo.
 Vix tamen exierat felici concita gressu
 Limina, Dardania quærens sibi debita regna;
 Fulmineascùm bella manus asperrima poscūt;
 Ostrogothi; trucem Troiano pectore martem
 Inuadunt; seuumq; cient cum sanguine bellum
 Priamida magni. commisso funere tellus
 Sternitur ingenti. finis miserandus utrique
 Vltimus instaret genti; ni Cynthia pugne
 Horrendas miserata neces, mœstissima vultu
 Extremam metam nigris imponeret umbris.
 At Teucri, qui nunc mutato nomine Turca,
 Tendebant iter optatam Simeontis ad undam,
 Optabantq; patrum caris considerare campis;
 Auspiciis superis. facies cùm visa deorum
 Ante duces omnes manifesto numine ferri;
 Optatamq; viam pandens, accendere gestis
 Eximjs; palmamq; altis spondere triumphis.
 Tunc iter his monitis, satisq; in hella secundis*

Accelerant lœti; dextrisq; oppressa repente
 Arua Lycaonium superant; sedemq; supremam
 Iconij statuunt: Ponti vicina deinde
 Mania fulminei pradis populantur acerbis.
 Cunctaq; communi redigebant protinus usu
 Belligerum: nulliq; Duces, nulliq; potentes
 Hæc sibi tollebant proprijs communia factis.
 Nō erat armigeris Princeps; nec culmine q̄squā
 Regis adhuc fuerat redimitus tempora magni.
 Progenies tantum claris Priameia gestis
 Euentus belli varios ditione regebat
 Fraternalis, socijs prædam partita receptam.
 Sic tandem cunctos instructi Marte superbo
 Cappadoces, Astamq; oëm, Galatasq; , Phrygesq;
 Bythinasq; urbes, Cyplices, Caresq; peremptis
 Ciuibus. & Lycios, & cætera regna superbo
 Subijciens sceptro circum; campisq; Syrorum
 Instabant lætis animis, regnisq; Pelasgum:
 Cum sanctam lætus Solymorū maximus urbē
 Poscebat gaudens validis exercitus armis;
 Hostibus ut victi Romano redderet alto
 Imperio, ritusq; sacros renouaret Iesu.
 Tunc contra surgens bello Solymanus acerbo
 Inuictas (Princeps is erat certamine tanto
 Riphæum) lætas acies, & fortia bello
 Agmina Christigenum fati congressus acerbis,
 Aspera commiscet sociorum prælia dextris
 Hæctoreis: nec bellorum conscia virtus,
 Hæctoreusq; animus sauo sine Marte Latinas
 Per patrios patitur campos transire phatanges.

At

At virtute ducum magna, dextrisq; superbis
 Christicolum fusus (nam tunc clarissima bello
 Lumina Christigenum tantis lectissima captis
 Instabant ferro) fatiq; oppressus iniquis
 Terga fuga dedit infœlix exercitus omnis
 Caspius; ac pulchra vix se sub menibus urbis
 Reliquia reduces bello retulere cruento.
 Tuq; graues, Nicæa, Ducum miserata laboris
 Priamidum, lapsas placido solata phalanges
 Fouisti gremio, dictisq; opibusq; benignis,
 Nec tamen hoc diro concussi pectora casu
 Inuictis animis unquam cecidere Nyphates.
 Agglomerat iterum crudelem sanguine Martem
 Commisso, rursusq; infernunt furore campos.
 Alterno: victiq; iterum dant terga superbis
 Christigenis (q; enim cœcordes vincere magnos,
 Aut bello superare potest, aut pellere ferro
 Christigenas longo genus insuperabile Martes
 Nec nisi discordes fati superantur acerbis,
 Siue cruci in Sanctum maculati crimine Christi)
 Sic Asia diris amittunt mania bellis
 Plurima, tot caesis Teucrorum millibus antè,
 Perussoq; decem Solymano pectora telis.
 Vt tamen infractas aduerso Marte cateruas
 Bis saua victas pugna, fatiq; deorum
 Infaustis, viditq; hostem Solymanus quantem
 Victorem sacris Solymanorum accedere campis;
 Perfurit; ac mentem furis agitatus acerbis,
 Insequitur socium sumptis audentior armis;
 Infestatq; hostem rursus; rursusq; superba

Marte quatit Latios; stragēq; immittit atroē,
 Impatiens; longoq; inuoluit marte Latinos.
 Sed magni tandem victas mucrone Rinaldi,
 Caspia sanguineos propria cum morte profudit
 Agmina per campos Solyimum miserabilis heros.
 Sicacies infesta diu certamina saue
 Christigenum, Teucrumq; alterno sanguine fuso
 Gesserunt. nunc hi, nunc illi marte profusi
 Languabant, mœstis implentes vocibus astra.
 Iam tandem Graium redimitus tempora fertis
 Auriferis Caesar, fatiq; Aladinus acerbis
 Per Syria campos crudelia bella gerebant
 Inter se; sauoq; dabant sibi mutua ferro
 Funera, sternentes commisso corpore terram:
 Ante duces omnes dextra fortissimus acris
 Graius Andronicus sternebat fortia bello
 Agmina Lagæum, cunctis inuisus, & ipsi
 Terribilis Regi, formidatusq; cateruis
 Niligenis; ausus nec quisquam sistere contra;
 Aut bello instabat Mauris ex omnibus unus.
 Sed non Priamidum soboles inuicta superbum
 Argolicum perpessa diu subsistere campo
 Ludentem Mauros dicitis: nam Pazsius heros
 Hectoreæ contra succensus robore dextra,
 Sanguineo solum poscens certamine solus
 Vulnere lethali moribundum extendit arenas
 Graiorumq; atro labefacta per ossa timorem
 Horrendum letho, dictisq; immisit amaris.
 Talibus Hectoreum paulatim ad sydera nomen
 Caspius attollit fuluo ditissimus auro,

*Lageumq; Ducis supremi munere largo.
 Tum socium valido (paruã concursus ad urbem
 Vndique Rypheum magno fit gentis amore,
 Muneribusq; Ducis, dictisq; adductus amicis)
 Vicinas oras cœtu comitante Cylissas
 Progenie, rebusq; simul populatur, & auro,
 Fœdere disrupto; paruumq; adducit ad urbem,
 In commune ferens socijs hæc omnia caris.
 Has inter Dymbos persensit Marte furorem
 Rypheum, stragemq; Sares; genus vnde superbũ
 Deducit Sarium nunc formidabile nomen.
 Sic multas populans vrbes gens inclyta bello
 Caspia, Dardanys varias deducta per oras
 Principibus magnis, inuictis claruit armis.
 Iam tandem multis ingens labentibus annis
 Imperium Graium varijs laceratur iniquis
 Dissidijs, fuso pollutum sanguine gentis
 Christiadũ, iuuenũq; magis, validaq; phalangis
 Delitijs ruit in præceps à culmine summo.
 Tunc duce fortuna Rypheï Marte secundo
 Inter se coeunt proceres; Regemq; requirunt
 Inuictum; tantis præsit qui rebus agendis.
 Vnanimines magnum gestis ingentibus omnes
 Priamidem pietate grauem, belliq; magistrum,
 Confilysq; sacrum, clamant, Regemq; verentur
 Othomanum; magni genus à quo principe Reges
 Othomani, nomenq; sacrum duxere Gradiuo.
 At bonus Othomanus, quo non felicior alter
 Rypheos inter proceres, Priamiq; nepotes,
 Euxini sauo congressus littora bello,*

Bebricias urbes cepit, fortemq; Selaſten
 Cappadocem; multiſq; auxit præſtātibus ingēs
 Imperium geſtis; magnumq; ad ſydera nomen
 Euexit claro Rypbæ gentis honore.
 Inſignem tandem factis, magniſq; triumphis
 Obſeſſo celebrem moribundum Pruſia muro
 Vidit; & indoluit caſu turbata cruento
 Principis inuieti, quamuis ferus hoſtis adeſſet.
 Succedit patrijs verus virtutibus hæres
 Filius Orcannes; ſceptriſq; inſignis, & armis
 Bythinus contra patrias ulciſcitur umbras,
 Regaliq; onerans Genitoris membra ſepulchro,
 Demiſit lacrymas, caro pia munera patri;
 Victaq; ſupremum proprio comitata dolorem
 Pruſia, perſenſit victoris fræna ſuperbi.
 Inde ferens acies affini in prælia fortes
 Subſidijs, duro Teucrum tot millia bello
 Agmina Gallipolim ratibus traiecit in orbem;
 Sythonium poſcens armato milite ſceptrum.
 Aufugit extemplo Rypbæum exterritus armis
 Hoſtis; & Argolicum ſacro velatur amictu.
 At patria claris Orcanni fata deorum
 Portentis, monitiſq; ſacris vetuere reſreſſum.
 Impiger aſſequitur ſubito cæleſtia iuſſa;
 Europamq; petit rediens; placidamq; reuiſit
 Gallipolim; diuumq; expectat clarius omen.
 Cùm Rex Aematia validis aſperrima telis
 Bella ciet Graium contra venerabile ſceptrum;
 Auxiliumq; infert ſocius certamine tanto
 Dacorum Princeps. ſacro tum ſedere dextram.

His

His simul adiungit bello Priameia proles
 Martia, sed placida compositi pace quiescunt
 Christigena tandem, pariterq; remansit in oris
 Europa bonus Orcannes, dominator Achium.
 Interea validis ingens Vnglesius armis
 Otmitici magnum vallat permania Teucrum,
 Obsidione premens; fatisq; infestat acerbis.
 Sed bonus Orcanaes noctis terrentibus umbris
 Sopitos hostes sternit, vinoq; sepultos;
 Castraq; Troianis populatur Mæsia dextris;
 Multaq; sæguineo circum premit oppida ferra.
 Sic tandem clarus gestis præstantibus astra
 Diuorum pietate petit fidissimus heros.
 Succedit, nulli veterum virtute secundus,
 Acer Amorathus; regnumq; augere paternum
 Sedulus intendit, bellis hostilibus utens.
 Et iam Threicij proceres, & Mæsius heros
 Aspera miscebant infestis prælia signis
 Sythonium Regem contra, terrore prementes
 Thracia castra graui: tanto cum Marte Michael
 Territus, auxilium cari deposcit amici
 Priamide magni: se uos quo depulit hostes
 Vincitor ouans: latoq; Phryges exinde remisit
 Quamplures patriæ donis ingentibus ora.
 At Cassis Graiæ campis telluris amans
 Accensus nimium, magniq; cupidine sceptri,
 Inuictas ducens acies, & Caspia tela
 Littus in Argolicum, Regis velut efferus ultor
 Threicij, caros pariter vexabat, & hostes.
 Primaq; Gallipolis persensit Marte furorem

Dardanium, dirisq; simul miseranda ruinis
 Gracia tota ruens; Rodopæaq; mœnia circum,
 Threiciasq; oras fatis infestat amaris,
 Aemonias quatiens vrbes terrore superbo.
 Sensit Orestidae telis hunc, passa ruinam,
 Rypheis, sensere duces, & Mæsia pubes.
 Interea diro laniabant mœnia ferro
 Inter se miseri stygia caligine septi
 Peonij, Pbrygijq; truces, sæuiq; Triballi,
 Aemathijq; duces, fraterno sanguine fœdi.
 At Cassis felix fatis bis ductus amicis
 Peoniam contra supremis adiuuat hostes
 Auxilijs, magnis intendens sedulus ausis.
 At trepidi subito tanti formidine belli
 Christigena sacro coniurant fœdere cuncti
 Dardaniæ Princeps rigida, validosq; Triballos
 Mæsius adducens sæuo certamine Marcus,
 Illyriciq; duces omnes, gentisq; Lyburnæ:
 Fulmineoq; alacres accendunt pectore martem
 Horrendum. contra Troiana sæua phalanges
 Bella cient; hostemq; cruento Marte trucidant;
 Captiuusq; perit victis post Lazarus oris
 Cassouijs. hostes victor, rigidosq; Triballos,
 Dardaniamq; omnem fatis subiecit amicis
 Caspius: at diri sæuo mucrone peremptus
 Dardanij proprijs tandem miserabilis beros
 Extinctus iacet in castris (lacrymabile visu)
 At patrij Baiazetus sæuissimus ultor
 Funeris insurgens, fraterno sanguine fœdus,
 Concutit ingenti furibundos Marte Triballos,

Dar-

Dardaniaſq; acies ducibus cum Rege peremptis
 Ante patrem; duri quæ ſint ſolatia caſus.
 Inde Phryges, Dacoſq; omnes, gentëq; Lyburnã,
 Pannoniaſq; oras bello populatur acerbo;
 Bythinaſq; redit ſpolijs inſignis ad vrbes.
 Nec procul Argolicas geſtis felicibus oras
 Subijcit imperio rediens, gentemq; Lyburnam.
 Senſit Apollonia pubes ſubieſta potentem
 Hildrinum, proprioq; duces in ſanguine turpes.
 Horrendoq; capit fœcundam Marte Solonam
 Victor ouãs; ſubigitq; extremis viribus Oſcum.
 Sic dudum fatiſ ſceptrum regale ſecundis
 Urbis Oroſtiades placidis ſortitus in oris
 Conſtituit tandem victor; martiſq; ſuperbi
 Principium Graios contra, Graiumq; ruina:
 Nam dÿs auſpicibus, ventis, & Marte ſecundo
 Inclytus Hildrinus telis victricibus urbem
 Aethuſam premit, accingens. ſed Martia pubes
 Marte noua longo conſeruat mœnia Roma.
 At pius Argolicum ſortem miſeratus acerbam
 Gallorum Princeps extremis Carolus armis
 Optato miſit fulgentes ære cateruas
 Auxilio. ſubito cœptis ingentibus addunt
 Peonÿ ſe ſe ſocios; quibus agmina iungunt
 Dardanÿ; miſcetq; acies Alemania fortes:
 Collectiq; vnâ Rodopeiam Marte ſuperbo
 Nicopolim fruſtra inuadunt; quã tela tuentur
 Heſtorea vibrata manu; quam pectora ſeruant
 Inclyta Martigenum bellis aſſueta cruentis,
 Chriſtigenumq; Martæ gentis fatale flagellum.

*Interea tanto succensus Marte supremus
 Rypbaum Princeps, fortissima quæq; suorum
 Undique belligerum lunatis agmina peltis
 Cogit; & inceptis trepidum præstatibus hostem
 Acrior aggreditur; Gallosq; in fata profundit
 Aspera. reliquia cæsis ex hostibus vlla
 Ad patrias sedes vix se retulere trementes.
 His actis; subito redit ad certamina prima
 Victor uans spolijs equitû, magnisq; triûphis:
 Cœpissetq; noue iam tandem mœnia Romæ:
 Ni ferus innumeris veniens Sabetaius armis
 Subsidio, cari precibus deductus amici
 Cesaris, infesto socios urgeret, & urbes
 Fulmine Bytbinas, prosternens omnia campis.
 Mœnia, grandæuosq; senes, puerumq; cateruas,
 Fœmineumq; globum; letbq; immergit amaro:
 Cunctaq; crudelis repleuit imagine mortis
 Efferus; intactumq; nihil sine funere liquit
 Barbarus, inuidiæ consumptus pectora tabo.
 Exemplò fati animum turbatus amaris,
 Infremuit, belloq; instans audentior hostem
 Caspius inuisit; bellumq; immane per oras
 Bebricias glomerant elatis undique signis
 Continuò; se seq; diu certamine vasto
 Infestant acies ambæ: dum pectore firmo
 Certatur; mistoq; rubentes sanguine campi
 Sternuntur: neq; adhuc vlli victoria martem
 Annuit; aut facies bellantum visa timore
 Pallida: martigenæ miscebant bella phalanges.
 At nulli fas est quicquam confodere diuis*

Inui-

*Inuitis, nihil instabili committere sorti .
 Ecce truces dum fulmineo Mauortius hostes
 Hildrinus ferro sternit, procerumq; cateruas
 Sternitur infelix sonipes ; Regisq; sinistro
 Pondere crura premit; fidū quin perfidus ense
 Dimouit longè casus; martemq; resellit.
 Accurrunt magnis subito rumoribus hostes;
 Seminecemq; Ducem capiunt; ac vulnera curāt.
 Olli fulminei proceres, & nescia vinci
 Pectora Martigenum fatis bis Rege profuso
 Improperata legunt patrijs vestigia campis,
 Principis ingenti cari concussa dolore:
 Nescirent quamuis quæ sit sors impia Regis.
 At pater Orminius miseranda cæde suorum
 Indoluit nimium, sortem miseratus iniquam
 Dardanum, lacrymisq; Ducē comitatur amaris
 Priamidē spectans manibus post terga reuinctū.
 Namq; feros cauea miserum ducebat, & auro,
 Hildrinum varijs clausum Sabethæius oris,
 Illudens; micisq; famem moderatur acerbam;
 Splendida dum magno sumit conuiuia luxu.
 Quin etiam (dolor infandus) Priameia mensis
 Regalem præcisa sinum Regina ministrat .
 Hoc casu misera concussus coniugis atro
 Caspius infelix, furisq; agitated acerbis
 Molle caput solido miserandus percutit auro,
 Obtundens; iterumq; quatit; dum sanguine fuso
 Ad patrias mœstus contendit spiritus umbras.
 At tantis genitus fatis, dirisq; ruinis
 Ereptus Ciriscelbis secessit in urbem*

*Threiciam; fusosq; Duces, sparsasq; phalanges
 Extemplò cogit spolijs intentus opimis:
 Peonysq; obstat rigidis; sed Marte profusus
 Effugit occisis socium tot millibus antè
 Peonius Princeps, fatis adductus amicis
 Incolumis; fusiq; Duces, fusiq; manipli
 Turpia Dardanidum validis dāt terga sarissis:
 Indoluitq; truci lugens Phyladelphia casu.
 Hinc victor gelidos infesto Marte superbus
 Dardanos quatiens, agros populatur, & vrbes.
 Threiciumq; Ducem gestis infensus acerbis
 Contundit; varioq; affligit Marte proteruum
 Culminis Argolici sceptrū, Graiasq; cateruas.
 Sed tandem celebrè factis, clarumq; triumphis,
 Vltoremq; Patris magnum, cedisq; suorum
 Pressit acerba quies teneris maturior annis.
 At puer Orcannes ceptis sublimibus audax
 En iacet extinctus patruo mucrone peremptus
 Infelix, sed non miseranda cedis inultus:
 Namq; necem pietas fraternis vindicat armis,
 Imperiumq; subit frater sublime Mamettus;
 Infensoq; furens infestat Marte Triballos.
 Hinc subito victor Bythinas tendit ad vrbes;
 Sublataq; olim victoribus abstulit oras
 Hostibus; & Galatas sceptro, Pötūq; premētes,
 Cappadocesq; suos iniusto, depulit armis
 Inuictis, sceptrūq; Phrygum, regnūq; paternū,
 Imperiumq; ingens in Oresten transtulit urbē.
 Inde graui Phrygios infestat Marte niuales,
 Subyciens dijs auspiciibus; subigitq; repente*

*Bisaltasq; , Macedoniosq; , trucesq; Lyburnos,
Trajiciens Istrum primus; sceptrumq; superbum
Terminat Ionio; fama; attollit Olympo.*

*Succedit genitus fraterno sanguine fœdus
Acer Amorthes; fatiq; adductus amicis
Aemathios vrgens bello, certamine duro*

*Diripuit Scampem, pariterq; Nouennia tecta;
Multaq; præterea circum rapit oppida ferro.*

*Sic Dacos, niueosq; Phryges, gentesq; Lybarnas,
Dardaniasq; oras, seuisq; Macedonas armis*

Ruraq; sanguineis populatus Messia prædis,

Inensis inuadit Halim terroribus urbem,

Cõtundens. Venetis tandem, patrijsq; peremptis

Eripuit victor: sceptrum sic victa superbum

Tessalonica subit. sed non inuicta potentem

Græca Ducẽ Teucrum recipit cõplexibus Alba

Instantem: longeq; armato milite pellit,

Hostili complens ingenti funere fossus.

Nec procul innumeris sociorum præditus armis

Belligerum Ladislaus succendit atrosem

Sürmatius martem magna comitante caterua

Peonium, cumulans horrenda stragis acervos

Ryphaem: cædemq; atram mars vidit ab Hemo;

Indoluitq; pio Teucros miseratus amore,

Vandalio dexter sacrato fœdere Regi

Concilians, captosq; duces in pristina reddens.

Christigenis iterum læso poscentibus arma

Fœdere dira mouens, Ryphaem perdere sceptrũ

Intentat; veteremq; armato milite Crunon

Occupat; Ausoniaq; studet se iungere classi;

Dum

Dum Cylices, Graium martis securus acerbi,
 Contundit bello rigidus Priameius beros.
 Extemplò Cylicum pavidò tunc agmine pulso,
 Digrediens animum percussus fœdere laeso,
 Hostibus inuitis Sexton traiecit Abydo:
 Horrendumq; truci socium munimine martem
 Agglomerat. contra surgens, struit ordine miro
 Martius Hunniades fulgentes ære cæteruas.
 Conseruere manum bello; camposq; cruore
 Commisso, densoq; cadentum funere sternunt.
 Et iam Rypbæi crudeli Marte profusi (ceps:
 Terga dabant, versoq; timēs simul agmine Prin-
 Instabantq; truces tergo; fusi; premebant
 Christigena pavidos fugientes undiq; Teucros.
 Cùm furit à laua gestis præstantibus agmen
 Dardanium; belloq; profusos dissipat hostes.
 Sic victi sauo victores Marte profundunt;
 Telorumq; atro prosternunt agmina nimbo.
 At bonus Hunniades fugientes ordine laeso
 Peonios subito collectis instruit armis;
 Magnanimiq; accensus Halys Priameius inde
 Inuictò dictis succendit pectore martem.
 Agglomerant iterum crudeli prælia ferro
 Ardentes acies; spargunt & sanguine campos;
 Rursus & immites conculcant busta cadentum.
 Et iam fulmineo Princeps in prælia cætu
 Transieras cuneos Pbrygium; Regemq; cruento
 Marte quatit, cæsis equitum tot millibus antè.
 At Saridæ magni, genus insuperabile bello,
 Terribiles obstant contra; Regemq; corona

In-

*Ingenti vallant ; sociosq; in frustra trucidant
 Peonios, patriosq; viros, ipsumq; profundunt
 Lethali tandem transfixum pectora telo .
 Olli suprema tanti formidine belli
 Concussi cecidere Duces ; fusiq; manipuli
 Tuta petunt ; montesq; fugit diffusa per altos
 Cetera turba virum : bustumq; acquirere Regis
 Intentans frustra discrimine pressus acerbo
 Martius Hunniades, passim vestigia retrò
 Improperata legit, sortem miseratus iniquam ;
 Terq; dolens lacrymis carum respexit amicum.
 Aeternum pater inde tibi Gradive trophaeum
 Erigit bis spolijs victor Sultanius opimis.
 Nec procul inuictis Ephyrgum viribus Isthmon
 Comprimit ; ac cecis vrbes populatur Achauiis.
 Hinc procul oppresso Taulantia littora portu
 Urbis Apollonia duris premit arduus armis .
 At bonus Europæ Princeps Mauortius almae
 Sarmatiae, patrij surgens saeuissimus ultor
 Funeris, audaces campis in funera poscit
 Peonijs victor Teucros : sed Marte caduci
 Othomani rursus miscent cum sanguine bellum
 Alterno ; fusiq; tamen caput agmine denso
 Hostili sectum Regis ceu funeris atri
 Vltiores socium Sultano Martia magno
 Dona ferunt ; geniti casus solatia cari.
 At bonus Hunniades socium, Regisq; superbus
 Inceptis utriusque supremis ultor amici
 Insurgens iterum ; ferro ciet horrida bella
 Sanguineo ; sternuntq; immenso funere campos*

*Vndique belligera turma: sed fulmine vasto
Inuicti tandem Sarij, validæq; phalanges
Effusos hostes aduerso Marte trucidant.*

*At non Palladia dirum certamen. Athene
Principis inuicti bello, fatiq; morantur;
Seq; pio præbent ultrò, tum mœniapandunt
Victori; lætaq; ferunt ingentia dona.*

*At tu fulmineis defensa Macedonis armis
Inuicti, Sarias magno cum Rege cateruas
Despiciens, Eribæa, diu, Phrygiosq; profusus
Irridens, proprio vidisti sanguine fœdos;
Sultanumq; graui concussum corda dolore
Sanguinis effusi, & vetita tabescere palma,
Eruta spectasti tanto flagrante tumultu.
Succedit subito cœptis, fatiq; secundis
Imperio genitus, fraternæ cæde Mamettus
Efferus; & manes vlcisci strage paternos
Principiò studet Illyrica; frustra; superbæ
Pertentat densis Eribæa mœnia telis.*

*Sed non Dardanium cœptis frustrata potentem
Omnipotens fortuna Ducem; sensitq; triumpho
Martigenam claro deuicta Selymbria Regem;
Dum sæuis urget magnum Byzantion armis;
Imperiumq; premit Graium; Regèq; profusum
Aspicit haud Teucrû pudibundo vulnere victû,
Christigenasq; ferè cunctos hoc Marte peremptos.
Olli Graiugenum victor, populiq; potentis
Bytbini, sacra redimitus tempora lauro,
Dona recognoscit, populis dans iura vocatis.*

*At non Taururum tanto dat munera Regi
Belli-*

Bellipotens, fuso Teucros sed sanguine pellit:
 In sternitq; acies campo, sariasq; cateruas;
 Sultanumq; acrem crudeli vulnere fœdum
 Cum socijs fugat eiectis, multisq; peremptis
 Chordigeri precibus sancti, lacrymisq; profusis,
 Suppliciter sanctum toties clamantis Iesum.
 At non victorem Graijs, Venetisq; peremptis
 Depulit ingentem deuiecta Pelasgia Teucrum;
 Nec moris iterum recidiuis obstitit Isthmus;
 Quin bimarem seuo cõtundat Marte Corinthũ;
 Arcadiamq; omnẽ subigat, veteresq; Mycenas.
 Aequatas campis iterum defleuit Athenas,
 Munichiasq; dolens pulchras, et mœnia circum,
 Pyraeumq; miser Maratbon, sacrumq; Diana.
 Nec tibi Vulcani, Lemnos, tutela potentis
 Profuit, aut diuum seruarunt namina Lesbos;
 Inuiecta feriente manu Domitoris Achium.
 Tu quoque fleuisti tabulato, Euripe, superbum
 Tramite depressus dorsum; dum mœnia pulchra
 Inclyta Calcidica Teucris rumpentibus orbis
 Diruta vidisti, proprioq; effusa cruore,
 Tot Latios, miserisq; suos plorantia ciues.
 Hinc simul inuiectam longo certamine Scodram
 Tranquilla nutu pacis subiecit, & urbem
 Illyridem; subigitq; cruento mœnia ferro
 Messia; truncatumq; caput lacrymabile bustum
 Principis eniecti campis abiicit apertis.
 Hinc acri Dacos bello, validosq; Triballos
 Subiicit imperio; camposq; ingressus Boum
 Theudosiam, Cyclicũq; insignes comprimit urbes,

Victoresq; truces primo certamine Persas
 Fulmineis rursus bombis instravit acerbis.
 Nec tu victoris crudelia fræna superbi
 Fugisti, moriente tuo, miseranda Trapezus,
 Principe; nec ferro rursus devicta Sebaſte,
 Dardanio; pariterq; Syris, Lagæ, preemptis
 Tu quoque fleuisti succensis mœnia campis.
 At tu bellorum magno spoliata magistro
 Sensisti subito Teucrum Taulantia sceptrum.
 Quid memorem Venetos acri certamine victos,
 Buſtaq; , quæ rubris Narison detulit undis?
 Hinc simul Hydruntium victor depressit; & omnes
 Crudeli miseros prosternit funere ciues.
 Nec scepro Salentini subiecta superbo
 Mœnia soluissent forsân, magniq; Quirites;
 Ni Ducis inuicti pacem mors atra dedisset.
 Peonas interea bello vastavit atroci,
 Lugentes populatus agros, urbemq; Saronam;
 Leucadiæq; premens scopulos, placidâq; Zacyn-
 Saxa Cephaleum pariter subiecit, et urbem, (thom,
 Vallavitq; Rhodum telis horrendus iniquis;
 Chrestigenisq; terit defensis otia muris.
 Quod pelago tandem prospectat clarus Eoo,
 Aut Tertassiacum descendens Phœbus in æquor;
 Vtraq; seu nutrix gemino Iouis aspicit axe;
 Vnius incurſu tremuit flagrante Mametti.
 At Syria campos victor pressurus, & urbes,
 Teq; graui scepro Rypheum, barbarâ Mœphis,
 Transibat Phrygiæ armis circumdatus oras
 Innumeris: telo cum mors inuicta superbo

Pro-

Protinus inuictum dextra, fatiſq; ſecundis,
 Effuſum miſit cari genitoris ad umbras;
 Indoluitq; pater lacrymis rorantibus Ida;
 Terribilesq; illum Saryi fleuere benignum.
 At bonus à genito ſceptrum ſublime ſecutus
 Corcutbio genitor; fratremq; his arma cientem
 Bebricijs Baiazetus cùm victor in oris
 Fudiſſet, toto pellens à limite regni;
 Mygdoniam ſubitò niueam, forteſq; Triballos
 Arduus aggreditur bellis; & claſſe ſuperba
 Ingentem victor tendens premit efferus Iſtrū,
 Vicinasq; vrbes, & pulchræ mœnia Phisæ,
 Captiuos ducens populato limine ciues.
 At tanto dignas exoluit funere pœnas;
 Dum Sarias acies, magniſq; laboribus hauſtos
 Tot Teucros campis Syriæ proſtrauit Adena
 Niligenum victor validis exercitus armis.
 Compoſitis tandem ſacrato ſœdere rebus
 Inde Mamettigenū, furibūdus marte proteruo
 Peonas inuadit ruruſus, fortemq; Siſopam;
 Vicinasq; implet populans terroribus vrbes.
 Hinc ſimul Illyrides equites, gentēq; Lyburnā,
 Pannoniasq; acies pariter certamine diro
 Deleuit magno victor Caddummus honore.
 Illyridemq; premens, ſauo terit otia bello;
 Magnanimiq; tui validis expellitur armis
 Auſtriadē: ſed non pepulere Ceraunia Teucros,
 Albanæq; vrbes Troiano fulmine victæ.
 Hinc victor rerum magnis, & gentis onuſtus
 Sarmatia ſpolijs, vrbes populatus, & agros,

Adriacos potijt proceres asperrimus armis:
Dalmatiamq; premit flammis, ferroq; cruento.
Tuq; tremens seuam populantis ladera dextrâ
Agminis aspiciens, timuisti inclusa furorem;
Victricesq; rates magni Grimanus in undis
Effugit Ionij, Teucros miratus atroces,
Qui tunc Naupactum bello pressere superbo.
At tu, Narison, rursus fortissima Teucrum
Agmina perpeffus dorso, sociumq; cruentum
Carnorum Taliauentum tot caede nefanda
Casorum, misera doluistis funere gentis.
Ingenti Venetum trepidantia corda timore,
Indoluit, simul aspiciens, Concordia casu.
Nec tu Carnorum proprijs intenta querelis,
Funera fleuisti validis compressa, Methone,
Tbreicium dextris, undantes sanguine riuos
Casorum cernens, truncumq; Antistitis almi,
Aequata sq; solo diris quatientibus aedes
Sanguineo, sacrasq; domos, & mœnia bombis.
Vae tibi tunc etiam misera vicina Cherone,
Excidio proprios perpeffa miserrima luctus,
Labentis patriae doluisti afflicta ruinis.
Hos etiam seuo comitantur Marte triumphos,
Et vetus Ascriuium, ferroq; Epydânus acerbo
Othomanum depressa caput Taulantia seuum.
Sed non Teucrorum sublimi Nauplia sceptro
Fulmineis onerata minis, telisq; superbis
Principis inuicti tantum venerata trophaum;
Sed Tbraces, Regisq; minas inuicta refellunt.
Inde graui quassata noue pulcherrima Romæ.

Impulsa reficit telluris mœnia mota.
 Inuida sed tantis Teucrum fortuna triumphis,
 Incipit aduerso Regem contundere Marte,
 Atroces duro perpeffam falmine Persas,
 Bellorumq; satr' curris ingentibus egrunt.
 Sed tandem genitum senior in sceptrarebellem
 Complexus, vitam potu compleuit amaro.
 At ferus infesto germanum Marte Selymus
 Cappadocum cunctis Acomathum depulsi oris;
 Diuersosq; atra miserandos cæde nepotes
 Perdidit Ancyra; quos spes sublata fidiuri
 Martis in imperio tranquillum redderet alto.
 Hinc Acomathiadas montes expellit in altos
 Corcuthiumq; sacrae magnam florentis amicam
 Smyrnaeis sophia iugulat truculentus in antris.
 Sed tantis Persas bellis Acomathus atroces
 Inuocat auxilio, Tauriq; cacumina montis,
 Quiq; tenent cæpos; magnâq; ingentibus armis
 Occupat Orminium; tantisq; exterrita rebus
 Bellorum timuit venientes Prusia Persas.
 At non fulmineus dextra, fatiq; secundis
 Sultanus metuit surgentem cuspide Martem
 Sanguinea. contra socys audentior obstat
 Inuictis; belloq; audacem dissipat hostem;
 Effunditq; solo crudeli vulnere victum;
 Captiuumq; atra germanum morte peremit.
 Hinc victor cætu Teucrum comitante superbo
 Transigit Euphratam; fatiq; vocantibus audace
 Prosequitur; rapidumq; bibit gausus Araxem.
 At bonus Ismael campis rapit agmen apertis.

In Teucros; miscentq; horrendū sanguine martē
 Audaces acies ambæ; camposq; patentes
 Fulminea sternunt commissa cæde phalanges.
 Sed tandem pauidos Traiano fulmine Persas
 Artaxata fuga viderunt vertere terga.
 Teq; gemēs Medus lacrymis madefactus amaris,
 Ismael, primò fugientem vidit Orontes.
 Nec tamen Echbatanum tātum solata dolorem
 Mœnia, detinere fugam, nec forsitan Aspa.
 At bene magnanimum gestis latissima claris
 Mœnia victorem felici Marte Selymum
 Excipiunt; plausumq; virum miratus Orontes
 Echbatanum, tanto Regis letatur honore.
 Sic magni tandem spolijs Orientis onustus
 Sythianam redijt paulatim victor ad urbem.
 Sed non diu patrijs Teucer terit otia campis:
 Nec tibi tranquillum permisit, Aladule, regnū:
 Nec duro montis vallata Marte superbi
 Angustæ vetuere fores; quin cæde tuorum
 Transiret montem cætu feruente Sinamus:
 Et tandem denso diffusos fanere campos
 Cappadocum, proprio (visu miserabile) caris
 Perditus à famulis tinxisti sanguine truncus;
 Adriacisq; caput testis fuit inde trophæi.
 At tu, Niligenum valida fortissime gentis,
 Infelix Campson, fatis adductus iniquis
 Spirasti pedibus Thracum concussus equorum
 Bluçantem animā, trrrā quater ore remordēs,
 Percussus magno fugientum corda dolore.
 Signa dolens, fleuit, sortem miserata proteruam;

Totq;

Totq; duces, aciesq; cruento Marte profusas
 Antibiochena pijs lacrymis ad mœnia cernens.
 Indoluit, miserans, pietate insignis Amanus.
 Sed victor dextro sectatur sydere palmam,
 Antibiochena petens applausu mœnia magno,
 Latitiaq; virum; veteremq; ingressus Amanu,
 Tarbataq; oras Syria, priscumq; Damascum,
 Niligenas, versosq; Syros, solatus vique
 Fraternali fouet amplexu, trepidantia dictis
 Pectora demulcens placidis, donisq; supremis.
 At non tu tanto praesens, Gazelle, triumpho
 Fauisti, noua fulmineis interritus armis
 Bella parans; Gaza fusus sed fulmina Tbracum
 Sensisti, socium perpeffus Marte ruinam
 Aduerso, collumq; effoffus vulnere lauo:
 Sed te seruarunt maiori numina bello.
 At tanta socium percussus pectora magnus
 Clade Tomombæus, valido munimine Memphis
 Instruit, ac magno Latona mœnia cœtu;
 Insydiasq; parat belli, Martemq; cruentum.
 Sed nihil aduersis fas est confidere diuis,
 Moliriq; dolos sancto sine numine diras;
 Quod fraudes pandit fontis, pœnasq; rependit:
 Dû magno profugum referunt Taulantia nostro
 Agmina Sultano fraudes, belliq; cruenta
 Furta Tomombæi; que sunt via prima ruina
 Niligenum detecta ducum, miseraq; pbalangis.
 Iam tandem crudo seuam certamine pugnam
 Crudeles acies commisto sanguine miscent,
 Accumulantq; altos miseranda stragis aceruos.

Alter in alterius crudescit funera ferro
 Impius; & terram fraterno sanguine foedat;
 Bellaq; magnanimi crudescunt morte Sinami.
 At Saridæ magni sociorum pectora letho
 Succensî, glomerant borrendum fulmine martē;
 Niligenumq; atros insternunt funere caupos.
 Olli denictæ crudeli Marte pbalanges
 Terga Petromiæ vertunt; fustiq; manipuli
 Tutâ petunt: fugit ante duces exterritus omnes
 Ipse Tomombæus; captiq; furente tumultu
 Bidon; terribilisq; manu Diadarrus amatis
 Inferias umbris missi periere Sinami.
 At Dux ingentem duro certamine Memphis
 Accendens, vallis intus, teretiq; catena
 Munijō; extremisq; acies simul instruit armis.
 Niligenum; seuumq; expectat mœnibus hostem:
 Qui magnâ subito tendens premit impiger urbē
 Agmine victrici; martemq; horrore tremendum
 Inuadunt acies umbæ; lethoq; repente
 Insternunt urbem, complentes sanguine fossas
 Alterna: campisq; ruunt equata cruentis.
 Mœnia; tum hōbis sternuntur tecta proteruis:
 Martis ubique furor; mortisq; apparet imago
 Pallida; Ethesiphoneq; infert ferale flagellum.
 Et iam bis roscos terras lustrarat Apollo
 Luridus Oceano surgens; bis lutea bigis
 Luxerat, astriferum Phœbe reuoluta per orbē.
 Cùm diro consumpta ferè mars agmina ferro
 Crudelis perdebât adhuc commissa per urbem.
 At tandem bellis; durisq; laboribus hausta

Sacra Pelitronia turmæ delubra petebant,
 Omnia victori cedentes arma superbo,
 Orando vitam lacrymis, veniamq; nefandi
 Criminis: at tandē cunctos furor impius hausit.
 Sed non magnanimus dextram tendebat inermē
 Lagæum Princeps; sed bella horrenda parabat,
 Transiliens Nilum; recidiuaq; Marte proteruo
 Agmina coniungens, acri certamine Teucros
 Aggreditur; densiq; insternit funere ripas.
 Flumina tranabant rapidi; Martemq; ciebant;
 Subsidiq; Scythæ certamina dura subibant.
 Hinc acies strato Sarrorum ponte pbalanges
 Transibant, sæuis sternentes cladibus hostem.
 Cū valida tandem Teucrorum Marte profusi,
 Niligena, cæso cedebant agmine pauci:
 Quos inter superis fugit indignatus, & ipsi
 Fortuna quater aduersa miserabilis heros
 Strage Tomambæus Ibracum percussus atroci.
 Proditus at tandem sceptrum, vitamq; rudente
 Perdidit infami, tanto non principe digno.
 Sed non tu mortem passus, Gazelle, cruentam,
 Dum precibus vitā supplex, veniamq; secutus
 Dardanij donis, & amore amplecteris almi
 Principis; ac varijs tandem dominaris in oris.
 Interea cuncta victori dona ferebant
 Magnanimo victa gentes; Regemq; vocabant
 Niligena, populiq; extremo a litore rubro.
 Sythoniam tandem victor regressus ad urbem
 Sacra Pelitronium redimitus tempora sextis,
 Imperijq; auctor magni, celsisq; triumphis,

*Ad patrias letho cedit clarissimus umbras .
 Succedit patrijs virtute insignis , & armis
 Imperijs , fatisque ; ingens Solymanus amicis ;
 Niligenamque ; premit festino Marte rebellem
 Militibus cæsis , rebusque ; in pristina versis
 Sceptra Syris : procul hinc fati adductus amicis
 Taururum bello noctemque ; diemque ; fatigans ,
 Opprimit inuictum miseranda cede suorum ,
 Peoniumque ; simul : sacrotum militæ victo
 Obsidione Rhodos , bombisque ; oppressa superbis
 Magnanimo lacrymans victori limina pandit .
 Peonas inde truces bello congressus acerbo ,
 Mœnia prædarum cumulo populatur , & agros .
 Obuius exigua socium comitante caterua
 Pannonius Princeps campis contendit apertis .
 Tum Martem fati infœlix ductus iniquis
 Incendit . sed quid paucis pauperculus armis .
 Millia tot contra Teucrum , sariisque ; phalanges ;
 In Troiam claris quot non venere Mycenis ?
 Absorptus subito Thracum præstantibus armis
 Miles ; & effuso tellurem sanguine fœdat .
 Tot clari cecidere duces , cadit ipse paludi
 Infœlix Princeps , ingenti pondere vitam
 Pressus equi complès medijs immersus in undis .
 Hinc Curtâ victor tēdit Solymanus ad urbē ;
 Quæ iustis ultrò venienti limina pandit
 Pollicitis ; Regisque ; manus experta quiescit .
 Sed non magnanimus victor duce Marte secūdo
 Absistit bellis ; fatisque ; adductus amicis
 Peonios acri contundit Marte rigentes .*

At Teucros dira consumptos frigore brumæ,
 Obscenaq; fame frustra; intendere martem,
 Defensis ingrata terentes otia muris
 Vliobona videns, læto diu pectore risit,
 Acrior & vacuos dictis illulsi amaris
 Cedentes, furtimq; absomit funere lapsos.
 At cedes, & tanta bonus ludibria Princeps
 Vlturus, seu iam rursus tendebat ad urbem:
 Sed magnum duro genitorem accedere bello
 Austriadem, nulli veterum virtute secundum,
 Othomanisq; Ducem fatulem Regibus vnum,
 Cognoscens, hostemq; inuictū instare tremiscēs,
 Bistoniam celeri cursu secessit ad urbem.
 Sed tantum Regis sensisti oppressa furorem
 Irati Tunissa tuo iam Rege repulso.
 Sed non subsidijs timuit Corcyra supremis
 Ingentes Thracum, Sariasq; inuicta phalanges;
 Cum tectis quanquam succensos cerneret agros.
 Sed spolijs vacuus, belliq; ingentibus ausis
 Nequaquam redijt patriam Sultanus ad urbē.
 Nāq; premēs subito nemorosā marte Zacynthō,
 Corcyraq; memor, populatur, & alta Cythera,
 Aeginā, nsueamq; Paron, viridemq; Donyfam.
 Nec deleta minus Pbrygio Sauus agmina ferro
 Peonium fleuit; pubesq; perempta superbo
 Militibus caesis cladem Taulantia Castro;
 Pupilloq; gemit Teucris subiecta repulso
 Curta simul, socioq; dolens urbs littore capta.
 Nec tu, Strigonium, dira sine clade tuorum
 Mansisti validis oppressum Principis armis

Othomani; foetum spectas dum diruta tecta.
 At solito magnos furibunda furore fatigans,
 Priamidas fortuna Duces; succendere martem
 Instigat genitum tumidum praecordia regno.
 In patrem tanto dignas sed crimine pœnas
 Impius exolvit, nigras iugulatus ad umbras.
 Illum Threicij fatis, & numine laevo
 Quamplures diro Persae sunt Marte secuti:
 Attamen ingentem spolijs regressus opimis
 Corcuthius Siculum cladem solatur onustus.
 Sed non crudelem ferro, caeloq; maligno
 Obscœnaq; fame stragem, diramq; ruinam,
 Quam mites laevo patiuntur numine Thraces,
 Solatur Ducis vlla pijs oratio dictis.
 Sic tandem genitum letbo Solymanus amaro
 Prosequitur felix caeptis; celsusq; triumphis.
 Successit magnus sceptris, gestisq; paternis
 Othomanum decus, ac priscorum gloria Dintum
 Inuictis dijs auspicijs macrone Selymus;
 Cuius in Oceanum contendit fama triumphis.
 Inuictam sensere Patrum tot mœnia dextram
 Adriaticam sublata truci fortissima bello
 Threiciam; sentitq; gemens Amathusia Cyprus;
 Cognoscetq; Italum forsitan duce numine dextro
 Mœnia; Christi genumq; pio te cœtera Rege,
 Inclyte Dux patriæ gentis, classisq; superba
 Christiadam. regni magnos hos letus honores
 Accipe: fata vocant felicibus utere fatis;
 Et te caelestum iussis accinge secundis.
 Sic vna magna veniens ab origine Troiae

*Hoc genus amborum, vinclo nectatur & uno;
Et velut eniteat totius gloria mundi.*

*Talia narrabat, plectro comitatus eburno
Tespiades: olli letas super æthera voces
Ingeminant alacres Teucris; Graijq; sequuntur;
Instaurantq; diem felicem Regis amore.*

*Interea tantis mollissima tempora cæptis
Aspiciens, animis Teucrum concordibus unum
Orantum Regem Austriadem, lögæus Aläder,
Exultat; mentemq; piam semotus Arista*

*Secretis aperit dictis; remq; ordine pandit;
Poscere Reginam fidei cunabula sanctæ
Romulidumq; sacros ritus, lege sç; sacrorum;
Quamq; piæ cælo victæ spem ponimus alto:
Denique quid sanctis restat de rebus agendum;
Quò sacre thalami tædæ duce numine dextro
Protinus optati sancto iungantur amore.*

*Non minus optatam cæli contingere metam,
Exquirat Sultana. (senex sic orsus Alander)
Dilectam thalamo genitam quam iungeret äto.*

*Threicijq; duces orant; aciesq; precantur
Vnanimis, reserare fidem, moresq; Quiritum.
Quamq; Deo gratum, cernis, sit querere lapsos,
Errantesq; sacro cæcos à lumine cæli;*

*Non animis solum promptis, nec fortibus armis
Sed dictis etiam sacris exquirere mundum;
Est opus, o Princeps, quæsitum sanguine Christi.*

*Inclyta si forsan thalami te gloria magni
Nulla mouet; moueat pietas inuicta tuorum
Argolicos erga famulos, anima sç; redemptas*

Morte sacra Domini, Graiū, Teucrūq; salutem,
 Optatamq; orbis tranquilla in secula pacem.
 Omnis enim precibus magnis vicinia nostra
 Sollicitat finem sacris imponere tædis
 Reginam; spondetq; animis ardentibus omne
 Imperium, rebusq; optatos iungere natos.
 Iamq; vides, quò res, Princeps inuicte, recumbit
 Auspicibus superis; & quò te fata secundis
 Auspicijs manifesta vocant. sublata Cætbine
 Subsidio non caussa premit. te Mænalis omnis
 Exposcit Regem supplex; atque orat Arista,
 Dotales addens pulchra cum virgine Graios.
 Idq; petunt Saryj, Thracæ, validæq; pbalanges,
 Dardanijq; duces, Graijq; exposcimus omnes,
 Aurea quin totus sperans noua secula mundus.
 Ergò supremo manifestis mitia signis
 Imperio te fata vocant, sceptrisq; Pelasgis,
 Authorem pacis Graium, Teucrumq; salutis:
 Cunctorum iustis ergò nunc annue votis.
 Hæc ait. it contra dictis sic Austrius heros
 Idaliæ tristi turbatus pectora casu.
 Quæ spes Romulidum, quæ sit cælestis origo
 Romanæ Fidei, breuiter narrabimus almæ
 Reginae. Thalami, genitor, det cætera cælum.
 Non ego Graiugenum sceptro, nec rebus opimis,
 Nec super imperio moueor; sed honore Parentis
 Aeterni, Graiumq;, Pbrygumq; salutis amore.

Finis Lib. quinti.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM 'NAVMACHIAE.

Liber Sextus .

ARGUMENTVM.

Aeternum numen, Trinumq; , & originis almæ
Signa refert Dux Austriades, & femina rerum,
Aligerumq; choros, horrendaq; prælia cœli',
Deuictasq; acies Erebi; primumq; parentem
Deceptum, mundi; ærumnas flebilis acres.

Conticuere omnes; pendentq; loquētis ab ore
Auribus intenti; solio cūm celsus ab alto
Verba mouet Dux Austriades placidissima nutu
Cœlesti; mentem postquam deuexit Olympo.
Supremum quamuis iubeas, Regina, laborem,
Militiamq; opus excedens; genitricis Aristæ
Aggrediar tamen imperio, uestræq; salutis
Threicij magni, Graiumq; accensus amore.
Soluite vos curis; dictisq; intendite mentem.
Tu tamen optata præsens ingentibus ausis
Nunc adsis aura nostris dulcissime posco
In genitum genitoris amor, genitiq; parentem,
Amborumq; sacer nexus, equalis utrique;
Aeternumq; animo spirans illabere nostro
Numen ab ætheria descendens spiritus arce:
Te sine nil sanctum: votis optata secundis
Numina da, Genitor: summi quò Patris amorē
Et Geniti credant Teucris te numine sancto,

Am-

Ambobusq; parem; regnisq; aequalis beatis
 Numen; & immensas soluât hoc munere grates.
 Principio, Regina (pius sic spiritus illum
 Desuper afflabat; mentemq; vebebat Olympo,
 Illustrans) pater omnipotens, rerumq; potestas,
 Solus erat; se se præsens regnabat in ipso
 Ingens, immensus, supremus, originis expers,
 Et finis, semper felix, semperq; beatus,
 In se seq; manens, complebat numine totum,
 Aeternæ nil laudis egens, vel numinis almi:
 Ipse sibi felix obiectum, & sola voluptas,
 Mente gerens placitû recto post ordine mundû;
 Hos nondum celi verbo procuderat orbes,
 Terrarumq; globum, magna;q; obeuntia terras.
 Aequora, non lucis, noctisq; orientia signa
 Fecerat; aut gelida à calidis, non bumida siccis,
 Mollia nec duris, grauib;q; leuissima, necdum
 Hunc dictis recto distinxerat ordine mundum.
 Solus ab æterna genitus stat mente parentis
 Filius æqualis, magnoq; æqualis utrique
 Spiranti supremus amor, & mutuus ardor.
 Hic tamen æterno Deus vno numine trinus
 Extat; & æternæ quamuis in origine prima
 Tres sint personæ; Deus est tamen vnus, & idē,
 Non plures: nec enim naturæ immobilis ordo,
 Numen & omnipotēs, rerumq; æterna potestas,
 Nec finis, nec caussa deos, nec visio felix,
 Nec virtus plures immensa, nec esse necesse,
 Nec perfectus amor, ratio nec vera, nec ipsa
 Infinita Dei natura, aut recta voluntas,

Compa-

Compatitur; retulit quondā ceu cæca vetustas:
 His quamquam per se rebus manifesta creatis
 Esse Deum natura docet virtute supremum:
 Nil etenim se se generat; mutabile nunquam
 Aeternum; nec adest unquam factura Creator.
 Vnus adest sic ergo Deus, notissimus ipsis
 Rebus; quem magni testatur machinamundi,
 Humana quāquam menti non cognitus unquam
 Fraudibus implicitæ stygijs, & sensibus ipsis:
 Intus agat quamuis lumen speciale parentis
 Nature; monstratq; Deum: qui solus ubique
 Aeterno degit felicem numine vitam:
 In quo semper adest simplex essentia præsens,
 Infinita, bonum summum; fluit unde beatum
 Omne bonum, vitæq; omnis felicitis origo,
 Immensum lumen, pelagus sine fine bonorum
 Ex se summa manens, fons est virtute perennis
 Suprema, semperq; beans dulcedine summa
 Obiectum; semperq; eadem quocunque reperta,
 Indivisa manens, a se distincta nec unquam:
 Non generat quicquam; non actu gignitur ulla:
 Flumina sed tantum vitæ perfectæ beatæ
 Emanant ab ea, velut alto à fonte supremæ
 Virtutis; speculumq; elucet imagine clara
 Luminis immensi lumen super omne creatum,
 Natura tantum æternæ spectabile menti,
 Felicitq; simul superauctæ luce creatæ
 Illius; patrio tandem complexus amore
 Lumine quem pura mentis Deus euehit almo.
 Est intellectus immenso lumine virtus.

Infinita simul, rebus formaliter ipsis
 Omnia cōplectens; speculo qua cuncta supremo)
 Hoc Idea manet vivens nam prima bonorum
 Lucida cunctorum) semper clarissima visu
 Inspicit; eternoq; actu miratur eodem:
 Vnus enim, semperq; idem, simplexq; videndi
 Actus ibi, geminit tantum sub origine signi
 Natura producta ferens distincta perenni.
 Non tamen excedit tanta virtute supremum
 Obiectum; sua nec virtus exceditur illo;
 Infinita cuique manet nam propria virtus.
 Quin etiam felix est, & perfecta voluntas
 Infinita simul: siquidem Deus omnia recte
 Nescit ab eterno; finiq; immotus amato)
 Finis enim regit extremo praevisus amor)
 Destinatur; eternoq; volens regit omnia nutu
 Inferiora suo. per se sic optima rerum
 Norma, suiq; simul, cunctorum libera nexu
 Factorum, miroq; effulgens ordine recta,
 In multis animo quāquam non cognita nostro.
 Ipsa iubet; pariterq; regit iustissima nutu
 Cuncta suo, sancta mundum ratione gubernās;
 Ex se seq; manet: rerum nec pendet ab ullo
 Aspectu (non esset enim substantia prima
 Optimo; si visu, si pendens esset amore
 Alterius) solam magno virtutis amori
 Aeterna, felixq; obiecto immergitur alto
 Immensa virtute volens; quam lucis amat
 Infinita trahit pariter dulcedine virtus:
 Ut cognovit enim lucem; sic diligit ipsam.

Et quamuis unum fuerint ibi plurima numeris
 Immensum (virtute potens Essentia simplex
 Infinita facit supremum ex omnibus unum)
 Non diuisa tamen, verum distincta reali
 Notitia quadam, formaliter altera tantum,
 Non eadem quadam, quadam ratione, vel ipsa
 Natura, quadam neutra virtute resurgunt
 Mentibus; existunt unum tamen omnia nuntia;
 In quo vis noscens inspectat amabile lumen
 Ingenito visa; pariter sic diligit ipsum
 Eiusdem virtutis amor spectabile visu.
 Quocirca primi prima sed origine signi
 Omnia subsistunt à se (persona repente
 Emicat, intellectus ubi; mens inde paternum
 Respectum fecunda refert) statuentia primum
 Suppositum, mens, obiectū, pariterq; voluntas,
 Et virtus omnis, rerumq; immensa potestas,
 Cunctaq; supremo primum manantia fonte.
 Tunc hæc prima suum præclaro lumine præsens
 Obiectum persona videns, claramq; tuendo
 Notitiam magno prima eam operatur amore,
 Numinis aspectu qua mens diuina beatur.
 Sic à se Genitor perfectus origine prima,
 In se seq; manens felix, non sperat ab ullo
 Aspectu ventura suæ solatia vitæ
 Perfectæ. se se fecunda concipit inda
 Mente Pater. (dū stat præsens spectabile menti
 Obiectum) Verbumq; sui producit amore
 Ingenti; genitumq; parens effundit in ipsum
 Omne bonum; se seq; inspectat imagine nati

Aeterna (natura parens virtute suprema
 Intus agit; nescitq; morae molimina tarda)
 Nos illud genitum Patris (nam gignitur almo
 A viuente simul viuens, productus eadem
 Natura, tam mente videns) veneramur honore
 Aequali: nam numen idem, manet omnibus una
 Maiestas immensa Dei, virtusq; suprema
 Ambobus; pariterq; beans Essentia simplex.
 Sic genitus per se felix habet esse beatum
 A genitore suo; vitamq; à Patre manentem
 In se se capit; & prima mens ipsa beatur
 Notitia pariter: sic se iucundus in ipso
 Est genitus; se seq; fruens Genitoris imago.
 At Genitor visum (siquidē stat amabile sumū)
 Diligit obiectum, supremo amplexus amore;
 Et tali felix Genitoris amore voluntas
 In se se remanet; primumq; operatur autorem;
 Antē sibi similem quam gignat imagine natum
 Aequauum: siquidem sistit prior ipse beatus,
 Quam Pater est. talis naturae vertitur ordo
 Diuinae; quae personam simul esse beatam
 Efficit; & nullam sperat solamen ab ullo
 Perfectae vitae: quamuis, quo lumen amore
 Aeternae virtutis amant spectabile summo
 Haec tres personae, se complectantur eodem;
 Reddit eas tamen obiecti natura beatas.
 Hos ipso pariter supremo Natus amore
 Primaeuo (numero quoniā manet una voluntas
 Ambobus) sistit felix, gaudetq; tuendo.
 Hinc Pater, & Genitus felix, & uterq; beatus,

*Vnanimes vno concepti numinis ore,
 Fœcundaq; voluntatis (dum lumine primo
 Nota prius præsens diuina Effentia menti
 Clara voluntati præfertur amabilis ipsi)
 Aeternum spirant actu spirabile numen
 Aequaunum, per se felice, æquale duobus.
 Infinita quidem virtus producit in esse
 Immenſum, primamq; ſibi, nec curua, nec vllò
 A recto variare poteſt obliqua meatu.
 Inuida nec natura Dei, nec debilis vnquam
 Exiſtit, nec agens vllum paſſura laborem.
 At quoniam nihil eterno, nihil accidit ipſi
 Immeſo, recipitq; nihil puriſſimus actus;
 Immeſiq; capax extat nihil eſſe creatum:
 Idcirco per ſe ſpiranti æqualis vtrique
 Subſiſtit ſpiratus amor, vt filius antè;
 Sæctus, & ipſe Deus; pariter qui Spiritus almus
 Dicitur; & varijs ſortitur nomina geſtis
 In mundum diuerſa ſuo ſpiramine factum:
 Attamen eſt genito donum ſolenne parentis
 Aeterni, genitiq; Patri; pariterq; perennis
 In genitum genitoris amor, genitiq; parentem.
 In genito genitor dum ſe, genitusq; parente
 Aſpicit (in genito genitor, genitusq; parente
 Exiſtit, pariterq; duobus Spiritus ipſis
 Sæctus inexiſtit, ſic ipſo quilibet horum
 Spirantium: dum vera manet præſentia cunctis
 Intima diſtinctis varij ſub origine ſigni
 Perſonis, numeroq; eadem ſubſtantia prima)
 Aeternus genitor genitum iam diligit ipſum,*

Cognoscens; & amat genitus simul ipse parentē,
 Cognoscens, pariterq; videns sic Spiritus almus,
 Ambobus dilectus, amore amplectitur ipsos.
 Spirantes: sic unus amor procedit ab ipsis
 Immensus; sed non per se subsistit ut alter.
 Sic illos ingens conspirans mutuus ardor
 Aeternus inangit; quos nunquam separat aetas,
 Actus actus; cum sint unum venerabile numen.
 Sic unus Pater ingenitus distinctus ab ipso
 Producto (nihil à se se producitur unquam)
 Sic unus Genitus pariter, sic Spiritus unus.
 In primo summum miscetur amore necesse,
 Ut sistat; minimeq; potest non esse parenti.
 Aeterno soboles æquæua, vel una propaga:
 Summaq; libertas alio, summumq; necesse;
 Ut procedat amor subsistens, Spiritus unus:
 Naturæq; sacer summa sic vertitur ordo.
 Nec soboles, nec processus protenditur ultra;
 Cum sibi producat quæcunque potentia totum.
 Hæ tres personæ tantum Deus unus, & idem
 Existunt; rerumq; simul venerabile primum
 Principium; cælumq; uno dependet ab ipso,
 Totaq; nature virtus, & machina mundi,
 Accipiens vitam iussu, pariterq; reseruens
 Esse mandis; nã causa Deus manet omnibus una.
 Non ævum, nec tempus ibi variabile signis,
 Horarumq; nodus speculo videt omnia presens
 Aeterno semper; cui non variabile solum
 Nunc manet æternum, regniq; immobilis ordo
 Aeterni; stabilisq; manens dat cunctis manens

Conditor eterno nutu, tamen ordine recto;
 Ut semel est visum supremo lumine fixum
 Consilij: quamquam vario sententia signo
 Vertitur; ut nostrum facinus, seu iusta voluntas
 Exigit; & presens spectat sententia tempus.
 Nãq; manet ratio cunctorum eterna bonorum,
 A bonitate fluens summi Genitoris in alto
 Lumine; quam iuxta quoduis producitur extra,
 Mente Patris vivens: natura namq; secundo
 Instanti Genitor actu miratus eodem
 Cernendi, cuiusq; boni producit in esse
 Simplicis obiecti supremo in lumine primam
 Notitiam; pariterq; allectus amore videndi,
 Assumit, quacunque placent: tunc ordine recto
 Producenda probat; factoque ferenda futuro
 Destinatur; atq; suo distinguit in ordine mundum
 Mente gerens, placito nutu quoctusque creandũ;
 Remq; istis, aliamq; alijs succedere campos
 Tempore diuerso, diuersaq; semina rerum,
 Diuersasq; animas, pontiq; immania monstra,
 Diuersosq; hominum mores, & pectus, & ora,
 Diuersisq; locis statuit sapientia summa,
 Quaq; videt; iam visa probat; nã plura superno
 Lumine prospectat nulla sub luce ferenda.
 Cuncta tamen sanctum manifesto lumine nomĩ
 Laudatura Patris condit sapientia summi;
 Seruitioq; suo distinxit munera rebus;
 Sanctarum quae cuncta canant praconia laudũ,
 Aeterno quaedam, quaedamq; caduca reseruat,
 Exitioq; premit, ventura expertia vita,

Functâ ministerio, nulliq; aptanda futuro.
 Ast homines, cœtusq; alta ratione nitentes
 Spirituum, sacris felices destinat oris
 Dilecti clara Genitoris imagine magni.
 Cuilibet emotæ tamen est vis libera menti;
 At proprios peragit motus, rectumue, malumue
 Non ullo cogente; suos dum terminat actus
 Extremos: quoniam votis immobilis inde (pi
 Permanet; ac reuocare gradû vetat auctor olym
 Legibus immotis; operum nam tempus in orbe.
 Quarit amore metû genitor, vult dulcia gestâ;
 Non vi seruitium torquet; cui præmia reddat.
 Et quamquam Deus eterno videt omnia clârô
 In speculo; nulliq; metum, nulliq; supernam
 Infert vim factô; nulliq; negotia casu
 Mandat adire suo: stat cuique iniussa potestas;
 Libera cuique manet peragendi electa voluntas:
 Nullus enim spectante rotam me iussus aegit:
 Sed rectos Genitor cœlestibus adiuvat ausis;
 Quo sine nil sanctum, peragi tamẽ impia possiât:
 Libera sic remanet gestis, & mente voluntas.
 Quin etiam patrio cunctos amplexus amore
 Conditor (est etenim genitor) felicibus oris
 Destinât; auxiliûmq; offert commûne cuique,
 Præcipuumq; alijs; sancto ceu numine visum;
 Quo finem iustis valeant acquirere gestis.
 Nec dulces natos mater, nec pignora tantum
 Cara pater, ceu nos immenso accensus amore
 Diligit æternus Genitor, refouetq; tuendo.
 Non tamen bis fruitur rebus; sed gratius ipsis
 Vtitur;

Vtitur; ut nostra refert hic amabilis usus.
 Nec quenquam mittit flammis crudelis auerni
 Sponte sua, quem supremo produxit amore,
 Dilectiq; sacro quaesuit sanguine nati.
 Nec mortem natis aeternam patrius ullam
 Passus amor; nec tartareos produxit ad ignes
 Dilectas animas, & que sine corpore, vitas:
 Molitus quamuis fuerit, quod fontibus ipsis
 Supplicium diris Maestas redderet equa.
 Sed miseros sceleris damnanz commissa nefandi
 Impia, crudellem letho comitantia mentem:
 Nec tantos sacro curant medicamine morbos
 Suppliciter; nec opem poscunt Genitoris ab alto
 Effusi lacrymis; diuum quin numina temunt.
 Sic meritas iudex poenas iustissimus infert;
 Infensisq; sequens odijs fera crimina mulctat,
 Aeternis animæ maculis impressa rebellis.
 Nec prius infandi iudex est criminis ultor
 Aethereus; mentemue semel pietate receptam
 Deserit immensa; ce ditue libenter ab ipsa;
 Ingratus quam labe reus maculetur iniqua;
 Ejciatq; Deum gestis peruersus acerbis.
 Sed ne tantarum rerum sublimis imago
 Fallat; & obtundat dubiam caligine mentem;
 Quo vitam Genitor felicem præbet amicis
 Dilectis, Regina, suis, & præmia factò:
 Intentos dictis animos attolle supernis.
 Principiò Patriis immensum nudissima lumen
 Aspicit in speculo rerum primordia charo
 Simpliciter, neutro complectens plurima nexu;
 Que.

Qua varianda simul parti determinat uni,
 Disponens oblata sibi diuina voluntas;
 Et parti quamuis uni determinet actu
 Aeterno; stabilisq; manens disponat id ipsum;
 Non hoc disposuisse potest immobilis ipsa.
 Sic semper cernens summi lux. alma parentis
 Inuiolata manet. penitusq; immobilis inde;
 Qua diuina suo coniungit amore voluntas;
 Cunctaq; (seu placitum) parti determinat uni.
 Nec diri miseros mittendos ignibus Orci
 Vidit ab aeterno fontes, aut luce futura
 Prospiciet; quasi distinctum sit, noscere facta
 Ista prius, seu posterius, quasi tempora spectas;
 Cum sit idem, vidisse, videre, modoq; futuro
 Visurum claro supremum lumine numen
 Res istas; nec enim variabile voluitur horis
 Tempus ibi; aut menti succedunt ista suprema:
 Sed nunc aeternum tantum, volitantibus horis
 Hæc coexistens nostris immobile restat.
 Sic genitor semper signis immobilis altis
 Aspiciens, omnes cæli prædestinatoris
 In fontes in nunc. aeterno concitus alma
 In nos hac pietate sua sine munere nostro
 Simpliciter; quamuis uni cœlestia caro
 Dona parans maiora solo, maiora deinde
 Præmia dat cælo: rerum sic vertitur ordo;
 Exposcitq; modus. diros sed crimine fontes
 Pollutos animam lethali deiecit inde
 In flammis: nec enim remanet cū lumine sancto.
 Pollutum quicquam, cæli nec lumine dignum.

Euehit

Euehit ipse suos ergò pietate superna
 In cælum Genitor donis, & luce coruscòs;
 Aeternoq; fouet patrio complexus amore;
 Indignosq; ipsi se se pro crimine fontes
 Expellunt cælo; tenebrisq; ferunt unauerni.
 Sic ergò iustus, fontesq; in lumine sancto
 Aspicit aeternus genitor immobilis actu
 Aeterno; remanetq; aeterna scientia rerum
 Mente Dei; tantum cognitio præuia cessat;
 Dum præuisa finunt; remanetq; immobilis ipse;
 Et res instabiles stabilis, stabilesq; gubernans
 Immotus; motuq; suo dat cuncta moueri.
 Sic ex se dum facta finunt; prædestinat omnes;
 Aeternamq; suo perquirat amore salutem;
 Auxilijsq; iuuat tandem cum limine uitæ
 Hos artus animo gelidos mors frigida soluit;
 Præmia decernit factis; nam morte statutum
 Iudicium cuiusq; suum; nullusq; saluti
 Desperandus adhuc uiuens vitalibus auris:
 Cum sit subsidio miseri mutabile sancto
 Arbitrium fontis; lacrymasq; horrore profusas
 Criminis, & gemitus cordis miserator amarus
 Expectat genitor: miseri nec funere fontis
 Aeterno letatur amor, pietasq; parentis;
 Namq; redire cupit genitum, non morte perire.
 Sic vitam genitor, sed mortem crimina præbent.
 At miseris post nulla salus; nullusq; redemptor
 In flammis; stagnum vetat irremediabilis undæ;
 Nam diris immerfa malis ibi mersa voluntas.
 Iam tandem (quos iam remanet mutabile nullum
 Aeterni

Aeterni campos, vel non variabilis esse)
 Protulit ex nihilo trinus Deus omnia verbo
 Omnipotens; nec enim praeposta conditor ulla
 Materia summus, nutuq; iuvantis egobat
 Alterius; totumq; suo locat ordine mandum.
 Visus ab aeterno sic rerum immobilis ordo.
 Principio tamen immenso sublime decore
 Condidit Empyreum dicto, sanctisq; refertum
 Caelicolis subito, veluti decoravit opimis
 Auleis (uno pariter nam condidit aeo
 Quattuor ex nihilo, caelum foelicibus aptum
 Sedibus Empyreum, coetusq; Empyrea magnos
 Aligerum iuvenum, clarissima regna tenentes;
 Quiq; truci stygijs mersi sunt crimine flammis;
 Materiaq; Chaos, massamq; inducere motum
 Incomptam primum) recto mox ordine mundi
 Caetera materia formavit origine primae,
 Humani praeter viventem corporis actum;
 Tempore quem vario nullo de semine ductum
 Dispositos forma subito transfundit in artus.
 Quin etiam sanctae Triadis productus uterq;
 Spiritus insignis reperitur imagine clara;
 Caetera sunt magni tantum vestigia Patris.
 Caelicolis etiam (primo dum conderet aeo)
 Infusas ultra species, quibus intima noscent,
 Obiecti quoddam summi spectabile lumen
 Indidit; ut noscant magnum genitoris honorem,
 Parentes patrijs iussis, & numen adorent
 Protinus aeternum flexo venerabile cultu;
 Et pariter tanti cognoscant premia facti,

Seq;

Seq; parentis opus summi, cæloq; locatum.
 Nec firmum pietate statum dignatur in ipsos;
 Dum se, Factoremq; suum sub origine noscant;
 Et meritis vitam gratis (nam conditor ipso
 Principio præter natura munerera clara,
 Præstitit cunctis donum; quo grata supremo
 Dilecto grati præstarent dona Monarchæ)
 Aeternam, tanquam supremi præmia facti,
 Fœlices quarant Genitoris imagine visa,
 Clarius æternæ Factoris amore fruentes.
 Indideratq; simul cunctis pater altus ab alto
 Aligeris, olim terrestri mole grauatum
 Attolli super æthereos, super omnia Regem
 Agmina Cœlicolum, dextraq; sedere Parentis
 Aeterni, magnoq; Duci despectere vultu
 Suppliciter superas acies, Regemq; vereri
 Supremum, matremq; illi considerare dextra.
 Cœlicolæ fas omne putant; Regemq; verendum
 Suppliciter clamant, Genitoris iussa sequentes.
 At aliis dubiæ pendentes ore fremebant
 Inter se, Ducis eximij consulta petentes.
 Protinus inuidiæ stimulis agitatus amaris
 Hæc indigna ferens animis ex ordine primus
 Nobilitate vicens alta, donisq; superbis
 Nature, facie tumidus, vultuq; superbus,
 Sic secum sedem summo (sum numine dignus)
 Apponens aquilone meam clarissimus alto
 Os, humerosq; deo similis, magnusq; sedebo.
 Quis mihi sydereo condensa ex agmine turba
 Assimilis? quis non roseo tibi lucifer ore

Inferior? facies nebulis hæc aurea tetris
 Non melior? magni supplex famulatur Olympi
 Cætera turba mihi, minimo conterrita nutu,
 Luciferiq; ingens nomen veneratur, adorans;
 His ego supremus donis, & lumine claro
 Subijciar supplex, humilis, reuolutus, & hærens
 Succiduis genibus miseræ telluris altissimo
 Exiguo? forsan magni supremus Olympi
 Incola quàm longè roseo pulcherrimus ore
 Abiecta crotum supplex ex tellure verebor,
 Submissusq; orans venerabor honore supremo
 Ut dominû? ferus ne hominis, famulusq; voca-
 Lucifer infelix, qd nunc tibi mortis adæpta (hor?
 Ceditio? siquidè premerem mea guttura palmis,
 Seu laqueo; ne tale nefas, ne tale viderem
 Crimen inauditum. peior mihi funere vita
 Heu misero: quin mors atrox erit impia vita.
 Non tamen hoc fiet. Stant auxiliariis armis
 Agmina pro tanta socium pugnantia mecum
 Iustitia; cælumq; mihi pugnabit, & orbis:
 Eximio nec enim fas est cessisse decori
 Magnanimum: vitamq; illi sacrare, iuuabit.
 Quid mihi nõ dignû? quid nõ meret inclytus ore
 Lucifer? indignumne decus virtute superna
 Forsan, & ista meis indigna est gloria gestis?
 Ascendam super astra Dei; soliumq; supremo
 Attollam, ponamq; loco; similisq; sedebo
 Excelsi sceptro Regis Rex ipse potenti
 Aequalis (quid enim prohibet?) vultuq; decore
 Assimilis, sacro pariter sum numine dignus;

Aequa.

*Aequalisq; sedens Regis dignabor honore.
 Sic apprensã sequens animo ratione remota
 Impius, hæc diro secum cum corde volutat.
 His seuum furij's animum succensus iniquis,
 Crudeles immane nefas, & crimen adortos
 Accendens socios animis concurrere diris
 In Patrem, & cœli Regem contēnere magnum;
 Ingratosq; referre Deo scelerata proteruis
 Hæc animis (scelus indignū) tū pramia summo;
 Nec tanto parere Patri, quàm iusta rogamus,
 O socij, spectatis, ait; quàm iusta voluntas
 Luciferi vestri cæptis bis cernitis omnes.
 Me famulum terræ, pedibus me sternere fœdis,
 Tellurisq; iubet luteis defigere plantis
 Oscula. sū princeps, supremus & agminis auctor
 Cœlicolum: roseo solus sum Lucifer ore
 Aureus. hoc tantum, socij, decernite factum;
 Et mecum iustis animis accendite martem.
 Hæc omnes moueat despecta iniuria formæ
 Luciferi magni: cunctos nam talia tangunt.
 Afflicto nimium validas mihi iungite dextras;
 Iustitiæq; modus sancto regat omnia nutu;
 Germanumq; pijs rebus seruate secundis.
 Hoc decet, hoc vestris consurgat gloria gestis.
 His moti fuerant dictis ex ordine plures
 Principis auxilio saui; belloq; malignis
 Instabant animis, superos, superumq; parentem
 Spernentes; nec iussa sequi, nec pramia curant
 Ingrati; cæcoq; audent concurrere Marte.
 Ingrauat, infrendens, pugnam peruersus atrocē*

Lucifer, & socios animis crudelibus armat.
 Nunc animis opus est, socij; nunc pectore firmo,
 Magnanimi proceres, summo gens debita caelo.
 Audentes conferte manus; animosq; superbos
 Promite. fas nulli fœda telluris abumno
 Magnanimos seruire duces. hæc sentiat hostis
 Bella geri vestris consortibus horrida dextris.
 Frater ego vester, princeps, sociusq; laborum.
 Forte faces; & vos rebus seruate secundis;
 Impriūq; auferte iugum; vix talia dirno
 Patrus erat; tantumq; nefas vix excidit ore;
 Cum pater aternus (tantis obfistere septis
 Sancta cohors dñi Marte parat succensa sacro;
 Peruersosq; hostes cœlesti perdere flamma
 Eiectos caelo) solio sic fatur ab alto.
 Quò tua te tandem scelerata superbia mentis
 Hæc feret elatæ, donisq; audacia nostris,
 Impiè! Factoremne tuum, Regemq; vereri
 Sic, ingratis, negas? Regis contemnere nomen,
 Supremiq; audes Sanctis obfistere iussis
 Non miser ascendes; nigri sed tristibus umbris
 Descendes Erebi veluti deforme cadauer,
 Confectumq; odijs, pœnisq; imbelle iacebis,
 Infelix; & erunt solum commercia flammæ
 Aeternæ; socij, nefandum crimen adorti:
 Quos inter nec amor, nec pax conjurget auerno;
 Exuttosq; odijs urgebit flamma gebenna.
 Non hæc ingratis cœli suprema parantur
 Gaudia; nec diris soluentur tanta superbis
 Præmia. percipient alij mea iussa secuti.

Felicis

Felices nimium sanctæ solatia vitæ.

Talia dum Pater omnipotens fundebat ab alto,

Excusus scelus infandum; meliora secuti

Hinc alij, Regem terrena mole grauandum

Suppliciter magno flexi venerantur honore,

Orantes; Regemq; suum, Dominumq; verentur,

Ingenti sanctum complexi numen amore;

Immensasq; Deo soluunt pro munere grates.

Iusserat id Pater æternus; sibi numen adorent

Aequæ uum, sobolem terrestri velle tegendam.

Interea valido surrexerat ense Michael

Cœliuagum Ductor, sacratiq; agminis author

Ducit ouans turmas. contra rapit impius hostis,

Ingratos armans diros in prælia fratres.

Fit strepitus; magnisq; animis cõcurritur inde.

Hinc Gabriel hasta, flâmas gerit inde Raphaël

In diros; quatiuntq; hostes: socj q; sequuntur

Vnanimes; sanctoq; effundunt pectore turmas

Hostiles: nec enim possunt obsistere contra

Inuictam cœli dextram, fortesq; pbalanges.

Tunc sancto dirum tenebrarum fulmine Regem

Aggreditur Princeps inuictus Marte Michael;

Ingratumq; diu dictis castigat amaris,

Infandum scelus obijciens. quis talia diuum

Annuit? elate quid tanta superbia menti,

Improbe? Factorine tuo præconia laudis

Hæc reddis? sanctum fœdas hoc crimine cœlum,

Impie? nec sanctum timuisti temnere numen,

Cœlestesq; Duces, armans in dira scelestos

Prælia peruersis animis? impune flagellam

Forsitan euades? tantine obsistere bello
 Criminis ultores iusta nos cade putabas,
 Linquentes cari sanctum genitoris inultum
 Aeterni nomen? forsitan sic vita maneret
 Cœlicolis; si spectarent hoc dedecus unquam?
 His alacer dictis sacrum sub pectore ferrum
 Condidit ingrato; pedibusq; insternit; & atrum
 Terq; quaterq; caput scindens certamine mentis
 Syncera, iustisq; animis; altissime, fatur,
 Quis tibi Rex unquã similis? pressitq; cadauer.
 Hac dicens, monstri victor pede debile lauo;
 Abiecitq; loco sancto. tunc latus ab alto
 Omnipotens Genitor manifesto numine visus,
 Dicere, Lux fiat. cœlo tunc impius hostis
 Voluitur in præceptis, cœcæq; horrore phalanges
 Immani victa magnis dant terga ruinis
 Infesta superis. toruo tum lumine cassi,
 Tum varia facies, variq; biformia monstra
 Corporis, æthereis fiunt è ciuibus angues,
 Eumenides, Diræq;, Hyrciq; simillima proles.
 Precipites alijs supremo pondere pressi,
 Tartareas subiere domos loca fœda reorum.
 Dependent alijs nebulis; cœciq; vagantur
 Nimborum in patria, media regione locati
 Aeris in gelida tetri; scelerisq; nefandi
 Authores (hominum vicino ob prælia cœlo
 Manferunt) mundo suadent obliuia recti
 Ingrato: certisq; ruunt ad tartara quidam
 Temporibus, fontes animas, cœloq; rebelles
 Qui pœnis, Erebiq; infestent ignibus atris.

Nos

Nos contra iaculis alij certamina sauis
 Intentant; odijsq; exercent praelia diris
 Ob rabiem inuisa cœlestis imaginis atram,
 Inuidiaq; truci succensi corda veneno;
 Dum nos felices cœlo mirantur ituros.
 Pœna tamē scelus hoc ausum comitatur ubique:
 Sed diro maior conclusis surget auerno
 Pœna reis tandem; cū mars cessauerit atrox
 In genus humanum; miseriq; in secula fontes
 Ignibus aeternis confractō corpore penis
 Iudicis ætherei iussis tradentur acerbis.
 Hi dÿ, quos cœli sanctos, & numine plenos
 Fingebant; & quos cœci coluere tot annos.
 Interea cœli fratres felicibus oris
 Plausibus exultant magnis; lætiq; feruntur;
 Aeternoq; canunt Regi præconia laudum;
 Et palmæ referunt grates. tum victor in altis
 Magnanimus figit victricia postibus arma,
 Dilecti meritis Christi decorata supremis:
 Cuius ob auspiciū faustum, nomenq; sacratū,
 Explicitamq; fidem, tanti victoria martis
 Cœlicolis est parta pijs, cœliq; triumphus.
 Tunc Pater aeternus cumulum pietatis in ipsos
 Partitur celso victores culmine cali;
 Illustratq; omnes diuina luce coruscōs,
 Maiestate Dei reddens, & amore beatos
 Aeterno, iam securos dulcedinis almæ.
 Interea lux prima diem reuoluta per axem
 Finierat gyro, pariterq; nigrantibus umbris.
 At ne fortē suo velocior orbita motu

*Afferret superis aliquem reuoluta calorem ;
 Crystallo medium gelida subtexuit orbem.
 Stelliferamq; rotam rapientem sydera cursu
 Cetera veloci (trepidanti mobile præter
 Incessu) massa gelida subiunxit; & inde
 Instabiles cursu septem simul addidit orbes.
 Tum pelagus magnum diuisis congerit undis ;
 Tritonesq; truces, pontiq; immania monstra,
 Halicesq; iubet pariter producere paruas ;
 Telluremq; rudi primam consurgerè vultu ;
 Virgultisq; ornat varijs, & semine primo ;
 Diuersoq; animas varias educere mandat
 Corpore, diuersoq; oriundas tempore fruges.
 Protulit inde suo mundum lustrantia vultu ;
 Sydera noctiuagæ Phœbes, & sydera Phœbi ;
 Sed variam iussit fraterno lumine Phœben
 Vestiri, Phœbumq; suo. (quæ sydera nube
 Omnia produxit prima) proprioq; micantes
 Hinc alias paruo voluit splendescere stellas :
 Astraq; per tacitum simili labentia cursu,
 Diuersoq; via tractu, vel limite paruo,
 Adiunxit; cursumq; acrem, Solisq; labores,
 Raptorumq; vias, stellisq; ardentibus axem,
 Arcturū, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones,
 Multiplicesq; globos cœli, tardumq; Bootem,
 Illapsumq; astris super hæc terrestria cunctis,
 Stellarumq; dato vegetantia corpora fluxu,
 Gemmarumq; decus, varioq; nitere metallo
 Viscera telluris Phœbi virtute potentis.
 Tum fulgere dedit iucundum lumen ab æthra ;*

Confectosq; dies boris, & mobile tempus;
 Ver simul & placidū, grauidū produxit et aestū,
 Autūnumq; grauem, & glaciali frigore brumā;
 Officiūq; suū cunctis indixit; & ipsa
 Tempora temporibus gracili succedere cursu.
 Olli per terras, liquidūq; per aera pennis
 Agmina suffecit varijs tot picta volucrum;
 Cunctaq; terrigenū telluris origine prima
 Constituit tandem proprijs animantia gestis,
 Mirando totum distinguens ordine mundum,
 Non tamen aeternū; retulit ceu cæca vetustas,
 Instanti fragili, proprioq; innixa susurro.
 Hinc placidas cæli sedes ad stare relictas
 Prospiciens, primum delectis crimen adortis,
 Sic orsus Genitor. faciamus imagine sancta
 Assimilem nobis hominem; qui tramite sedes
 Has placido capiat, meritis euectus ad astra;
 Interfitq; choris victricis amore cateruæ)
 Namque nouem diuina choros Sapiētia sacros
 Condiderat; cætusq; illic simul ordine terno
 Aligeros meritis claros diuiserat altis)
 Impleat ipse sacras ventura in secula sedes
 Vectus homo nostra regnis pietate beatis;
 Et nostrum felice laudet venerabile nomen.
 Sic dicens, magna sacrum perfudit Olympum
 Letitia; totaq; alma comitante cateruæ
 Aligerum iuuenū sanctas descendit ad oras
 Vallis Idumæe supra felicia campi
 Arua Damasceni; magniq; Hebronis in agro
 Quattuor hæc alimenta viro commiscuit vni;

Exanimumq; rubra primum firmavit ab vda
 Corpus humo; neruosq; tegens, & pellibus ossa.
 Exin diuino afflatu spirauit in ipsum
 Spiramenta animæ; vitamq; infudit alentem.
 Non tamen æternus, vel casu (vt cæca vetustas)
 Ortus homo; sed erat primo Factoris in actu
 Artis opus primæ, veluti domus agnita mente.
 Hinc Pater omnipotens in sacrâ trāstulit Eden
 Dilectum, donis, magnoq; amplexus amore,
 Iustitiæ clarum primæ candore niuali.
 Addidit huic sociam (nec enim superesse decebat
 Humani cara generis sine coniuge solum
 Principium; primaq; careret origine proles)
 Ipsius à costâ raptam recubantis in agro;
 Nam misso Pater in iuuenilia membra sopore
 Ablatæ carnem costâ suffecit; & osse
 Ex illo formans primæ sine semine corpus
 Virginis, infundit pariter spiramina vitæ;
 Et sociam sobolis venturæ iunxit habendam.
 Multaq; præterea sopitæ abscondita menti
 Venturæ prolis multos inspirat in annos;
 Et rerum causas, summiq; arcana parentis;
 Agnouitq; satus rubro mysteria campo
 Clarius, imponens cunctis sua nomina rebus.
 Sic omnes patrijs geniti virtutibus essent
 Illustres; si prima leuis certamina pugne
 Vicissent; sed eis patrum malus abstulit error;
 Fraudauitq; animas cœli candore niuali.
 His actis, letus genitor benedixit utrique)
 Non tamen Omnipotēs manifesto cernitur illis

Numine; namque forent clara tunc luce beati)
 Complexosq; fouet; magnoq; affatur amore.
 Viuite felices, manuum dilectam earum
 Progenies, inquit; vestriq; parentis amorem
 Corde fouete pio; mentemq; inferte beatis
 Sedibus; optataq; diu concrescite prole;
 Innumerisq; replete satis, & semine mundum,
 Alitibus cæli, cunctisq; animantibus orbis,
 Totiusq; simul dominantes piscibus undæ.
 Lataq; sponte sua vobis ferat omnia tellus;
 Cunctaq; suppliciter mūdo quæcunq; sequatur
 Vestra timore pio iussis mandata paternis.
 Hac tantum nobis seruate ex arbore poma,
 Filioli; rectiq; , maliq; recedite ramis,
 O mea progenies: diro nam funere vitam
 Auferet illa dies vobis; quascunque per horam
 Ederitis vetito decerptum hoc vimine pomum;
 Magnanimiq; Patris sanctum perdetis amorē.
 Hæc ait: & cæli solium conscendit in altum,
 Arbitrio relinquens proprio iuuenilia corda.
 At diro seruans æternum in pectore vulnus
 Hostis atrox (nondum cæli fera prælia seuo
 Exciderant animo, fœdæq; iniuria formæ)
 Dira viris querit tenebrôsæ semina noctis
 Spargere; sydereisq; odio, quibus excidit ipse,
 Felicem regnis hominum diuertere gressum;
 Innumerisq; parare suis solatia damnis
 Inuidus in tanto flammis consorte malorum.
 Ergo squamigero sinuosa volumina tergo
 Implicat; & lingua resonans consueta trisulci

*Sibila, lucentesq; oculos, vocemq;, gradumq;
 Serpenti similis, fragilem sic callidus Euam,
 Arbore qua vetita procul hinc à coniuge stabat;
 Mala legens oculis longè pulcherrima visu,
 Aggreditur dictis, & in quo pectore fatur.
 En qua pulchra sibi curuis pendentia ramis
 Poma Pater seruauit, ait; quàm dulcia malis
 Existunt, vobisq; alijs meliora relictis.
 Cur matura vetat frondenti vimine vobis.
 Aurea decerpi, malisq; absumere mala
 Omnipotens tã pulchra Pater? cui prima Virago
 Excepit paucis. causam nescimus; & ipsa
 Pro summa Patris est nobis ratione voluntas,
 Imperiumq; Dei. contra tunc addit auerni.
 Infelix monstrum. Genitor cur edidit ista;
 Si sumenda negat vobis? sed nescia rerum
 Corda putant causam solum mandata parentis.
 At rectum, vitæq; malum ne fortè sciatis;
 Mutaq; ceu terris animalia cetera vitam
 Ignotis vilem degatis, in arbore poma
 Seruari iussit. plenis absumite malis;
 Vestra quibus subitò reserantur lumina sumptis.
 Sic eritis veluti diui, ventura scientes
 Omnia; spectantesq; oculis presentia vestris.
 Sic dicens, vetito sinuosa volumina trunco
 Nectit, agens gyros; duplicatq; in cortice caudã.
 Post ubi iam trunci partes peruenit in ambas,
 Insistens ramo, virgo pulcherrima, dixit;
 Carpe manu malum; quid causas nectis inanes?
 Quid trepidas? iam vera tibi quaecũque videbis.*

His

His dictis incensa animum, prenosse futura)
Natura talis nobis est insitus ardor
Omniibus; atque sciendarum dulcedine rerum
Attrahimur) sumens allecta cupidine mali
Auricomis, malis excerptum absument iniquis.
Fumiferum potius cur non in guttura torrem
Infelix mater misisti? crimine tanto
Non esset Regis maiestas laesa superni.
En tua progenies sceleris commissa nefandi
Infelix tulit has poenis ventura sub auras.
His non contentus (nec enim leuitate fuisset
Foeminea sublata salus, & gratia nobis)
Addidit hostis atrox: dulci dilecta marito
Affer; ut haec mundi pariter sciat omnia tecum
Præscius. o fueris felici coniuge tanto
Quam felix; & te maiori unplexus amore
Diliget. his subito carpit spectabile malum
Infelix; affertq; incauto dona marito.
Accipe poma; Pater vetuit quæ vimine tolli;
Dijs similes erimus (fatur) dulcissime coniux,
Venturique; simul præuisa videbimus eui.
His dictis hærebat Adam; secumq; volutans
Numinis imperium; vitabat muneris esum.
Tunc coniux. pauca pomi quid mente grauaris?
Dijs similis magnis forsân præscire, retractas,
Omnia? dona manu dilecta coniugis ista
Prima; tuæ sic, o vita iucundior ipsa,
Spernis? hic vnus amor nobis, hæc vita manebit
Vnanimis? sic pro dilecta coniuge spernes
Omnia? sic totos olim feliciter annos,

Duce-

Ducemustristes animis discordibus ambo?
 Quid mibi vita comes, si non dilecta marito?
 Hac coniux. olli pomum Patris immemor alti,
 Oblitusq; sui susceptum promonet ori,
 Absumens; ne dilectam mœnore supremo
 Afficiat sociam, letthalia munera spernens,
 Deliciasq; suas contristet amore repulse:
 Despecto credebat enim tabescere dono
 Inscius uxorem; tanto nec ludere numen
 Crimine supremum: morsuq; uxoris atro
 Progeniem cœco miseram damnauit auerno;
 Infandumq; scelus transfudit origine prima
 Venturis, pœnamq; adducta morte luendam,
 Iustitiam tollens primam, tum Patris amorem
 Aeterni; prolemq; odijs subiecit acerbis
 Iudicis atheri tollendis tempore nullo;
 Iustitia mentem sanctam ni præditus alma
 Redderet ablatum Genitori gratus honorem
 Aeterno; tali non fœdus pectora labe
 Infandum dum morte scelus, crimenq; piaret
 Sacrata, grataq; Deo: nam morte statutum
 Libamen primo, sanctoq; piacula culpe
 Sanguine. neo toto liber fuit orbe repertus
 Vnquam criminibus, conceptus semine tali
 Infecto, pœnaq; simul non debitor atra.
 Quamplures quamuis matris soluantur in aluo
 Crimine primeuo, lustrati pectora tabo.
 Aurea sola parens geniti sanctissima Patris
 Aeterni donis felix ingentibus vllam
 Sacrato nunquam contraxit pectore labem,

Cor.

Corpore, feliciq; anima purissima Virgo
 Celicolas supra niueo candore refulgens,
 Aut infontis Adæ primo de semine puro,
 Seruatoq; diu summi virtute parentis
 Per vartam sobolem, sancto concepta paratu,
 Ac sanctis tandem mundo natalibus orta;
 Digna parens olim summi quæ numinis esset;
 Principioq; infontis Adæ deducta supremo
 Pura caro geniti, nullis infecta venenis,
 Afforet hac eadem per donum Virginis alma;
 Vt munda de matre foret mundissimus ortus
 Filius; arcanumq; sit inpenetrabile mundo.
 Sine prius maculis purgato corpore primis,
 Expulsisq; Adæ tenebris, & labe veneni,
 Illustrem donis animam, tum munere sancto
 Repletam Genitor teneros infudit in artus
 Criminibus nullis fædam, nec lumine cassam
 Cælesti, solo spargendi sanguinis olim
 Præuisi dono geniti, mortisq; sacratæ.
 Sic nullam sancto contraxit corpore labem,
 Nec primi genitoris onus, lacrymabile nobis:
 Corpus ubi prima lustrauit origine cretum
 Munere virtutis sanctæ; templumq; sacrauit;
 Aeternumq; Deus mundo sibi struxit asyllum.
 Aurata quondam positum monstrabat in vrna
 Manna sacræ; quo plena prius seruata manebat
 Vrna iubente Deo sancta venerabilis arca.
 Seu tamen in proprios decursus uentibus artus
 Corpore formato prima de labe parentum,
 Infusaq; anima medium seruante meatum.

Iustitia, fontisq; via, natura resultat,
Et persona suis signis, & filia patris
Antiqui; pariter seuis obnoxia pœnis
Natura, doniq; Dei, scelerisq; prioris
Subiectum; nulliq; tamen submittitur ætæ.
Olli præcurrens ex alta spiritus arce
Diuinus, sancto repleuit munere mentem;
Aeternumq; sibi donis sacrauit asylum
Innumeris; armisq; intactam munijt urbem
Inuisctis; murisq; trucem procul expulit hoste;
Ne semel ætheream truculentus cerneret arcem:
Mater enim Christi donis electa supremis,
Sponsaq; splendescens Paraleti, & filia Patris
Aeterni, super æthereas electa cateruas,
Imperio Regina potens, & gloria mundi,
Cœlestumq; iubar, viuentum Mater & orbis,
Aternæq; domus Triadis purissima sanctæ,
Debuerat nullo maculari crimine fœdo;
Vnica ne geniti fœdetur gloria Christi
Crimine materno, famule suæ nomine Matris,
Ingratq; sati: dum non à morte tuetur
Inuisa Matrem, sanctum largitus bonorem,
Donaq; ; quæ famulis concessit conditor olim
Cœlicolis puræ mentis, nostroq; parenti
Insontis vitæ concretum munus utrique,
Regina, Matriq; negans, hostiq; cruento.
Fedandam diro permittens vulnere Matrem,
Dæmonis, et sceleris famulam, seruauq; vocari.
Qui poterit, tantum Reginae dedecus atque
Audiat hoc nostræ, referens præconia nato.

*At ego, dum vita calidos bos rexerit artus
 Spiritus, hanc sanctam semper sine labe parentem
 Primaeva, niueo vita candore decoram
 In geniti laudem, verumq; fatebor honorem
 Dilecti; summiq; opus admirabile Patris.
 At prima nobis offensus origine, nullum
 Dat Pater auxilium primo sub limine vita.
 Sic onus infelix patris, crimenq; subimus
 Heredes, sancto genitoris lumine cassi.
 Interea miseris (poscit vindicta repente
 Exitium) pudibunda patet; tunc crimina noscunt,
 Infandum scelus experti, laesumq; pudorem,
 Intextis frustra folijs moribunda tegentes
 Corpora. tunc hostis dictis irridet amaris.
 Ingenti ventura scietis cuncta dolore,
 O miseri (fatur) coram stant omnia vobis
 Aerumnis: o quam melius non cernere posse.
 Sic ait; irrisos dictis frustratus acerbis.
 At illi mesto deiecti lumina vultu
 Haerebant animis; & Patris iussa timebant.
 Cum Pater aeternus trepidantem nomine clamat:
 Auius ille tamen fugit; auersusq; sedebat,
 Inscius aeterno credens latitare parenti;
 Aspectu qui cuncta videt; qui corda tuetur.
 Proh sceleris feroce malum. sedet inscius umbris
 Arboris, heu Adam quantum mutatus ab illo;
 Imposuit nuper cunctis qui nomina rebus.
 Ingeminat vocem rursus Pater altus ab alto.
 Opietas immensa Patris. commissa fatentem
 Expectat; vocem trepidans cui reddidit Adam,
 Obrutus*

Obrutus arboribus densis. incauta fefellit
 Me mulier; sociam nobis quam nuper habendã
 Iunxisti. miser infelix hoc crimen in ipsum
 Calicolum Regem vertit; peccata fatendo
 Qui poterat pacem cari sperare parentis
 Amissam. quem non magna pietate dolentem
 Amplexus Pater? auxilio quẽ spreuit amantẽ?
 Deuotas è corde preces, & humillima vota
 Diligit; & veniam lacrymis sperare profusis
 Orantem. Pater est nobis, non efferus hostis.
 Tunc Deus ex alto diuina concitus ira,
 Sit tibi sudor, ait; durisq; laboribus haustus
 Pane tuo, dum vita comes, veseere coactus.
 Nil arbuta viuent; victu nihil horrida tellus
 Sponte ferat; tantũ tribulos tibi germinet atros,
 Et vepres. fuso duri sudore labores
 Auxilio solũ noctemq; , diemq; , supersint:
 Me quoniam spreto carã mandata secutus
 Coniugis; in terram puluis solueris opacam.
 Te quoq; , cui fragilis superest miserãda propago,
 Aerumnis vitæ similis labor urgeat actam.
 Sis subiecta viro: partus tamen acrior instet
 Corde dolor tristi, quatiens tua membra labore
 Multiplicis fetus, miserandaq; viscera rüpens.
 At tibi, qui fragilem vicisti, perfide, ligno,
 Hoc olim caput infandum ventura propago
 Conteret; & ligno tandem vinceris eodem.
 Attamen alius aret terrã; premat ispida dumos
 Interea, tractaq; inscribes crimina cauda;
 Terroremq; venenato spirabis ab ore.

Finis Lib. sexti.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMAGHIAE.

Liber Septimus.

ARGUMENTVM.

Eiecti pœnas hominis, durosq; labores,
Et vitijs contra narrat surgentia monstra,
Aduentumq; Dei, Pastorum, & laude Sabæum,
Grandæuiq; senis, clarum, temploq; receptum,
Baptistæq; pio notum, tentantis & arma.

P Rotinus his dictis diuinus ab arce Magister
Tranquilla cœli tractu, nebulisq; fugatis
Expulit attonitos, intexto pellis amictu
Indutos, tergo resonans ferale flagellum,
Post sextam campis actam felicibus horam.
Proh dolor; eiecti vitali a limine durum
Exilium miseri patiuntur tristibus oris,
Qui poterant nullam longinquo tēpore mortem,
In festum ue pati seruata carne dolorem.
Nec genitis diræ liquissent prelia pugnae,
Consilijs superanda patrum, donisq; supernis,
Ni prima tantum, seuæ nec funera pœnæ
Tartaræe flammis Erebi pallentis acerbis
Nec foret humano quisquam de semine missus,
Nec leuibus saltem confectus corpora pœnis;
Crimen ubi nullum: tantum cum lecta propago
Numinis Empyreo donis oriretur Olympo.
Fructibus & pulchris longam, donisq; beatam
Aetbe-

Aethereis, lætæq; situ, simul æthere puro
 Compositam recto seruasset in ordine vitam;
 Feliciq; via tandem conscenderet astra.
 Sed peruersus amor pœnas, & crimina multa,
 Terrigenumq; neces peperit, dirumq; timorem,
 Et pugnas, animosq; truces, hominiq; rebelles,
 Et morbos, grauiusq; vrentes pectora curas,
 Obscœnamq; famem cunctis, tristemq; senectam,
 Tartareisq; cibos mortalia corpora flammis
 Agminis infensi superis. sic unicus olim
 Cunctorum terror animantum, exterritus ipse
 Nunc imbellis homo; motu, paruoq; susurro
 Deterrent auræ pauidum; mortemq; minantur
 Criminis in pœnam primi: nam cuncta rebellæ,
 Exosumq; hominem cœlis armantur in hostem,
 Siue fugâ, dirisue odijs, aut ore cruento
 Corporis humani fuso saturanda cruore;
 Et tellus spinis, lolio, tribulisq; proteruis,
 Fluctibus insanis pontus, cœlumq; maligno
 Turbine, deterretq; infensis ignibus æther
 Authoris tanquàm supremi vlticia læsi.
 Infelix quin ipse sibi durissima pœna
 Factus homo, varijs agitat us pectora curis,
 Imbellis, rerumq; ignarus, & efferus atra
 Malitiæ cumulo, Venerisq; furore nefande:
 Impius à caro postquam genitore recessit.
 Heu quod diluuium vitiorum crimine nobis
 Ex illo, cinctumq; ærumnis agmen inundans,
 Innumeraq; simul pestes, cumulusq; malorum
 Finibus exclusus proprijs peruenit habendi
 Ardor;

*Ardor ; & in proprios sensus innata cupido :
 Quaq; suum stygijs agmen conducit ab antris
 Dirarum, pestesq; Erebi, quascunque proteruo
 Nox genuit fœtu; quascunq; maligna voluntas
 Lucifugum, septemq; caput redimita colubris
 Hydra ferox, prolem varijs enixa venenis
 Multiplicem, tanquàm belli Regina superbi
 In nos, tartareamq; facem, cumulūq; malorum
 Inferret ; genitoris amor ni tela superni
 Ignea monstrifera donis depelleret almis.
 Heu quo dira fero mortalem bellua marte
 Impetit imbellem (sistant ni dona parentis
 Aeterni) nullo misera superanda labantis
 Naturæ dono; cùm sit per viscera bellum.
 Ante truces monstri consurgit filia pestes
 Prima venenifera succensa cupidinis igne
 Corda sue; circumq; fremunt, ingrata volūtas,
 Alterius concessa negans sibi munera dono,
 Ac proprijs tribuens meritis soror omnia magnis
 Impia; virtutumq; loquax Lactantia mendax,
 Ambitioq; tumens, cœtu comitata malorum
 Multiplici vitium caput exitiale superbis
 Anguibus attollit ; diroq; in marte sequuntur
 Inuisæ superis genitore è crimine natæ,
 Applausu rerum fugientum vana tumescens
 Insanæ proprijs oculis Elatio mentis :
 Altera succedit petulanti Iniuria vultu,
 Cætera despiciens; diffundens ore procaci
 Tertia non iustè propria præconia laudis ;
 Ostentans dictis virtutem Quarta prophanis ;*

Quinta supra socios magnum virtutis honorem
 Affectans, sancta quærens sub imagine laudem
 Immeritam, mœrens squalenti lumine Sexta ;
 Insistens animi proprijs immobilis ausis
 Septima prosequitur, vero nec vincitur ulli ;
 Adstitit soror officijs ingrata receptis ;
 Nonaq; Maiorum iussis parere recusans ;
 Alteriusq; auida speculatrix altera mente
 Gestorum ; pugnatq; libens interrita vultu ,
 Discordi gaudens vita, fremituq; proteruo.
 Audet ab undecima succedens altera tandem
 Euentus varios firmis prædicere dictis ;
 Immotosq; refert sancto ceu numine plena.
 Quot miseros sternit stygijs hæc bellua flammis,
 Infaustaeq; neci , septeno milite pugnans ?
 His accensa super sacro certamen Olympo
 Rursus in humano dirum velamine miscet ,
 Exposcens primi vindictam vulneris atram,
 Aethereaq; virum damnis æquare ruinam ;
 Accenditq; suos stimulis in prælia duris.
 Prosequitur grauis incedens, & cincta colubris
 Effera pallentem gemebundo lumine vultum)
 Alecto prisca dixerunt nomine pestem)
 Torua tuens , odio nunquam saturata maligno ;
 Prima venenato monstri de semine creta
 Insurgit , cunctis optans asperrima fata ;
 Discordesq; serens animos ambagibus implet
 Inuisis ; stygioq; effundit corda susurro
 Altera, vipereo spirans suffusa veneno :
 Cordaq; felle tument; socium dolet impia visis
Plau-

Plausibus; agrescitq; tuendo Tertia faustos
 Euentus rerum. dictis audentior atris
 Mordet, & obscæno fraternæ crimine Quarta
 Detrahit illustri famæ; carpitq; videndo;
 Insistitq; dolis vigilans; gaudetq; dolore
 Alterius solùm perspecto Quinta gementis.
 Has ducunt amittæ bello; maioribus vna
 Inuidet elatis stridens; mæretq; Secunda,
 Aequales sibi maiori dum spectat honore
 Augeri: Stimulisq; animum maioribus vrit
 Tertia vipereum; cernit dum laude minores
 Paulatim, claræq; equari munere vitæ.
 Infrendens vultu succedit dira proteruo
 Altera; rixarumq; acri certamine gaudet,
 Attollens tumidam succenso pectore mentem;
 Hanc olim prisca stygiam dicere Megaram:
 Quam diro furia sectantur marte sorores,
 Et furor, & fremitus, & mentis deuius error,
 Impatiensq; animus, spumisq; cadentibus iræ
 Vndantes, rabiesq; virum bacchata cruore.
 Prosequitur matrem seno teterrima fetu
 Progenies, mentem vindictæ Rixa sinistra
 Succendens, Rabiesq; soror furialis amore
 In stragem, sæuisq; furens Iniuria dictis;
 Mortalesq; viros stygio premit acrius ore,
 Obijciens scelus infandum; sed Quarta decoram
 Obscurat clamore fremens Insania famam
 Alterius; verbisq; premit mendacibus hostem,
 Indignata ciens diro certamina ferro,
 Aut duris sequitur soror Impatentia dictis:

*Vltima cœlicolas scelerato Mania vultu
 Incestis onerat dictis, & numina diuum.
 At quæ malitiæ sequitur velamine septa
 Lenta gradu, mœstoq; ferens tristissima vultu
 Tædia cœlorum, rectoq; instare recusans,
 Iustitiæ mœret, quin torpet Acedia sancto
 Principio rerum, torpentibus anxia curis.
 Primaq; mœstitiæ redimitur tempora taxo
 Mœsta comes mœrore graui consumpta beati.
 Altera principio rerum tabescit amaro
 Sanctarum; cœptamq; odit deducere metam.
 Nec minus infurgit diro teterrima factu
 Bellua, bis ternas enixa nigredine pestes.
 Primaq; malitiæ iaculis accincta proteruis,
 Inuigilat damnis; duplexq; abscondit ab ore
 Pectus atrox: crudoq; animû rancore malignû
 Altera mœsta refert; tristiq; onerata dolore
 Tertia lenta premit tremulis vestigia plantis,
 Magnarum longè metuens exordia rerum.
 Mandatis parere sacris torpore senili
 Quarta diu nutat: sanctis sed Quinta parentis
 Aeterni cœlum seruatis scandere iussis
 Desperat; rerumq; oblectans Vltima luxu
 Immodico, curas animum partitur in atras.
 Insequitur primis, ferroq; nocentius atro
 Crimen auaritiæ, stygijs educæta caminis
 Dira lues, mundoq; diu lacrymabile monstrum
 Quintuplici cœtu, cunctis immanior bydris.
 Quid non pestis atrox animo conturbat amaro,
 Officijs obtusa pijs immania gestans*

Pect-

*Peçtora? quid vetito rerum crudelior vſu
Altera non ſorbet, diraq; voragine linquit
Intactum? nummis abſumptum deuorat orbem.*

*At ſecreta lues tollit ſub luce maligna
Alterius veſtes, ſeu rem; quæ mobilis extat;
Et viles animas accendit vilibus auſis.*

*Sauior ac vetita petulans vi Quartarapinam
Exercet; ſpoliatq; bonis, campisq; minorem.
Vltima tartarei flammis accincta profundi
Res ſacras vel emit precio, manuumue labore,
Vel petit obſequio ſolum; ſolaſq; requirit;
Aut actũ vendit precio, ſeu munera ſperat;
Immeritiſq; operum primorũ in præmia ſoluit.*

*Has ſtygio volitant circum de ſemine nata
Tartarea peſtes, tacito fraus impia bello,
Infamiſq; dolus, nec non fallacia verbo
Intendens animum duplici; Diçtumq; bilingue
In fraudem ducto teſtatum numine diuum.*

*A læua curis animum turbantibus eger
Immodicus furijs ardor languescit habendi.
Inſana glifcit pariter. Violentia menti,
Vi, geſtiſq; malis alienam querere gazam,
Sæuaq; durities animi crudelior bydra.*

*Hinc vaſtator opum, viteq; inſurgit edendi
Immoderatus amor; dextram comitata paratu
Ingenti germana dapum, morſuq; præteruo
Deuorat Ingluuiſ multos congeſta per annos:
At læuam phialis, magniſq; onerata lagenis
Ebrietas tenet; & baculo veſtigia firmans,
Nutat utroque caput; vomituq; eruçtat Iacchũ.*

*Hæc auido pestis scætu sociata rearum
 Natarum nullis præuento tempore caussis
 Immodico luxu, dapibusq; incumbit opinis,
 Cuncta vorans auido marsu; gustuq; supremo
 Attrahitur, veluti quadrupes: sed læguet inerti
 Letitia, dictisq; oblectans garrula vanis;
 Intenditq; iocis animum ceu scurra proteruis:
 Immodicisq; modis maculat miserabile corpus;
 Ac mentem cæli gestis obtundit inertem.
 Accedit tandem cunctorum hoc Marte malorum
 Infelix cumulus, flammis accincta superbis
 Diræ Venus, cæco geniti stipata furore;
 Cunctarū populator opum cui semper adhæret
 Luxus; & infelix tergum comitatur egestas,
 Et timor, alteriusq; sinistro liuor amore
 Anxius; innumeraq; errant in pectora cura
 Insomnes; tristiq; exultat imagine vultus,
 Et Mars, & cæco præceps audacia factus;
 Curarumq; errat varijs mens fluctibus anceps.
 Hanc circum denso consistunt agmine pestes,
 Mollities animam maculans, corpusq; fatigans;
 Concubitusq; tori vetitus muliebris; & atrum
 Virgineæ stuprum mentis, carnisq; proterua;
 Seuior eiusdem raptus; sed pessimus almæ
 Virginis amplexus Veneris maculatus iniquæ
 Impulsu, mentem castam quæ vouit Olympo.
 Peior adhuc incestus adest; ipsumq; nefandus
 Mutatus superat nature pristinus usus
 In peius; sed peior adhuc, quem flamma nefando
 Sulfureis olim tædis, & fluctibus ultrix*

*Absumpsit stygia sociata voragine sorbens.
 Sed fœdo cunctis complexu immanior istis (su)
 Monstriferis obscœna Venus (Venus horrida vi-
 Concubitus miseris animantũ ardoribus urget
 Mortales; fœdoq; ferarum accendit amore.
 His animam furys, fœtuq; agitata sinistro
 Natarum, cœcam gestat caligine mentem;
 Præcipitiq; gradu, leuibusq; simillima ventis
 Inconsulta ruit; proprioq; incumbit amori;
 Affeçtatq; aded præsentem sedula vitam;
 Quod diris odijs summi venerabile Patris
 Insequitur numen, desperans aurea celi
 Sœcula, iustorumq; beatam querere vitam.
 Heu monstrũ, mundi; lues, hominũq; vorago,
 Quot sine lege sacra exerces, sine numine diuum
 Impia mortales inter commercia turpes?
 Quot laso violas connubia sancta pudore,
 Incestosq; inter fraterno sanguine iunctos?
 Quin genitus repetit matrem, quin filia patrem,
 Te duce, monstriferũq; vxor germana parentẽ.
 Quot lacrymis misera suffusos stentis ocellos
 Virginis erepta, fœdove furentis amore
 Lusisti spectans? duce te quot turpius istis
 Ritibus obscœnis mutant commercia primæ
 Naturæ, flammisq; Erebi furialibus ardent?
 Nec mihi si linguæ centum, si ferrea tandem
 Ora forent, & vox illis adamantina cunctis;
 Omnia primæuo manantia crimina tabo
 Ex illo, genitasq; truces, dirosq; nepotes,
 Aut neptes, Regina, tibi percurrere possem.*

Furta, neces, rixa, maledicta, tot horrida bella,
 Insydia, rabidaq; mina, mendacia dira,
 Imperiosa fames, & opum discordia fratrum
 Vastatrix, liuorq; secundis anxius actis,
 Belligerumq; motum, rerumq; acerrimus ardor,
 Exitiale malum mundi, regniq; supremus
 Impatiens consortis honor, veri; parentis
 Pugna ferox, fideiq; sacra contemptus, & ipsa
 Dira superstitio, sanctiq; obliuis doni,
 Tartareoq; infecta virorum fama susurro,
 Innumeraq; alia pestes, & perfida monstra
 Infaustis accincta malis, facibusq; sinistris
 In miserum genus humanum certamina bello
 Perpetuo miscent primo nascentia lapsu.
 Tartarei; doli pariter, tum mille nocendi
 Insurgunt artes Erebi pallentis ab antris;
 Immundusq; orbis, pontus, prauiq; sinister
 Syderis illapsus; cunctisq; potentior illis
 Bella ciet sensus proprijs saeuissima telis.
 Quis tales ergo contra subsisteret hostes
 Viribus inuictos, numeroq;, dolisq; potentes?
 Victor ouans equidẽ nullus conscenderet astra;
 Sed bene Tartarei barathrum crudele Tyranni
 Aeternis vincetus pœnis, flammisq; subiret.
 At; Pater omnipotens, rerũ cui summa potestas,
 Sedulus immensa mundum ditione gubernans,
 Aeterno genus humanum miseratus amore,
 Dilectis præbet genitis cœlestia dona,
 Aerumnis positura modum, bellisq; superbis.
 Principid tali inuictum certamine reddunt

In-

*Iniassum mentis lumen, nullisq; subactum
 Arbitrium fatis, pariterq; iniussa voluntas,
 Omnia disponens propria liberrima nutu,
 Et prudens animus, fortisq; in praelia virtus,
 Iustitiaq; modus, nec non qui temperat actus;
 Hinc mentis custos vigilans in praelia lumen
 Murmure magnifico venientem nuntiat hoste;
 Ingressumq; studet stimulis expellere sanctis.
 Hinc diris obstat fidei venerabilis umbo
 Hostibus, aethereaq; spei validissima cassis,
 Diuiniq; simul thorax inuictus amoris:
 Cunctaq; fulmineo bellis inuicta superbis
 Pectore confirmat, vires, animumq; ministrans,
 Gratia dilectis à summo infusa Parente;
 Perfecto dum iussa Patris sectantur amore.
 Insuper aethereos iuuenes hoc Marte cruento
 Custodes hominum vigilantes, vitæq; magistros
 Destinatur; ac speculo mandat peragenda sacro.
 Quin etiam patrio genitor succensus amore,
 Interdum cohibet facinus; iubet in super actus
 Virtutis; peragiturq; bonum; tum consulit ausis;
 Permittiturq; malum diro pro crimine sauum;
 Aut maiora trahit tanto solatia damno.
 Sic ergò summi sancto munimine Patris
 Tutus homo, sanctiq; dato septemplex dono
 Luminis, eiusdemq; pio munitus in hostem
 Munere multiplici, fratrum, sanctæq; cateruæ
 Subsidijs, nunquam diro superatur ab hoste,
 Infelix nisi spontè volens: nam crimine nemo
 Inuitus, nullusq; sacro munere molens*

Affi.

Afficitur, tantumq; operatur sola voluntas
 Auxilio Patris rectum, sed sola malignum.
 Multaq; præterea caræ medicamina sponsæ
 Contulit; à diro geniti quò crimine possent
 Luttrari, seuamq; animi depellere pestem.
 Interea varijs, durisq; laboribus hausti
 Sacrata primi desecti ex arce parentes
 Effusi lacrymis hac tristi in valle luebant
 Infandum facinus; mæstoq; dolore piabant.
 Iam tandè gemitu, lacrymis, precibusq; profusis
 Crimina lustrati, superos, & numen amicum
 Agnouere; piumpq; locum subiere priores,
 Post genitum paterno in fontem stipite casum.
 Hunc Limbum dicunt, & luce carentia tecta
 Aeterni Patris vultus. hæc sola nigranti
 Pœna loeo; sequitur quos cætera turba piorum.
 Nondum sacrato patefecerat æthera letbo
 Gbristus; iter nondū placidis instranerat altū
 Gressibus, eterno Genitori morte sacrata
 Concilians mortale genus, data victima Patri;
 Præuisis quamuis meritis iuuaasset amicos.
 Infantes similis tectum ferruginis antrum
 Aeternis umbris (vel erit domus orbita mundi)
 Antiquam labem nondum lustralibus undis
 Purgati subeunt tenera post funera vita.
 His primi solum pœnis infecit acerba
 Culpa Patris sobolem; sed non demersit in ignē.
 At ferus hostis atrox voluēs in pectore vulnus,
 Irarumpq; minas, & verba nouissima Regis
 Cœlicolum, varijs assultibus acrius urget

Pro-

Progeniem miserae matris, Venerisq; nefandae
 Ignibus accendens, diuinam concitat iram
 In genus humanum rursus exitialibus aetis.
 Tunc immane nefas ausos vitalibus auris
 Vertisset Pater omnipotens; ni filius olli
 Pollicitus primi facinus ferale parentis
 Morte piaturum tandem victrice sub orno.
 Annuit bis genitor geniti succensus amore;
 Perq; ratem genus humanum surgentibus undis
 Liberat, & pecudes, & aues, ut semina prima.
 Acrior ad pugnam surgit saeuissimus hostis;
 Hac cernens, artesq; nouas sub pectore versat;
 Numina magna deum varia sub imagine fingens,
 Siue metu legis, cari seu Patris amore
 Seruato (nondum magni ferus ardor honoris
 Exciderat menti) Statuae sub imagine muta
 A populis caecis diuinos poscit honores
 Ex adytis: cunctisq; tremantibus undiq; sacris,
 Ceu numen praesens oracula caeca futuri
 Obscuris anceps dictis, volucrisq; papyro
 Mandat; & ancipiti populos ambage fatigat.
 Sic Themis insonuit, Lybia sic perfidus Ammon,
 Dodona Quercus, Trypodes, sic praescia Delos,
 Et Lyciae sortes, furiosaq; dicta Sybille,
 Sic volucrum cantus, sic prepetis omina penna,
 Offensiq; pedes, caesi sic exta iuueni.
 Nunc Solem, rerumq; Patrem, Regemq; deorum
 Orauere Iouem; quoniam Iouis omnia plena
 Credebant; alijq; errantia sydera caelo;
 Inclinant animis lapsu quae plurima nostris;

Quaeq;

Quaq; regunt motu flexo cū lumine mundum;
 Mota tamen summi nutu dixere Moventis.
 Sed non Motorem stabilem, rerumq; parentem,
 Vt nouere, pio cæci venerantur honore;
 Caussarumq; ferunt caussam; sed numine solum
 Esse negant; statuuntq; sibi quā plurima diuum
 Numina; quodq; erat excellēs ex arte, vel armis
 Extemplò sancto dignantur honore deorum:
 Mortalesq; viros, & vitæ crimen adortas
 Insuper horrendum, coluitq; animalia terræ
 Cæca superstitio: manuum quin thurs suarum
 Exorabat opus, nemorum de limite sumptum,
 Cuius in ardenti Cererem pars vsta camino
 Decoxit; tremulosq; senes pars altera fouit.
 Sic lignis, auibus, saxis, famulata, colubris,
 Mutorumq; deum statuis decepta vetustas,
 Construxit delubra; sacrisq; altaribus ignes
 Accendit, multis onerans altaria donis
 Ingratis; laudesq; pio tum carmine dixit,
 Spem saxis stabilem ponens. sic impius hostis
 Per mundum diro passim contagia morsu
 Extulerat; stygiaq; impleuerat omnia nocte.)
 Quandoquidem rerū authorem, Regemq; vereri
 Mortales natura docet) sic Rector auerni
 Obocæans oculos caligine noctis opacæ,
 Ambages miscet varias: primordia rerum
 Tollit; & æternis adscribit inania fati
 Omnia; materiaue animam, flammaue corusca
 Deduci, pariterq; animati funere tristi
 In tenues subitò miseram succedere ventos;

Cun-

Cunctaq; corrumpi lenta nascentia morte;
 Immortale nihil rerum, nisi numina diuum,
 Gestaq; felici ventura in secula fama.
 Nonnullis quandoque Deū negat esse supremū;
 Aut eius nomen varijs ambagibus implet;
 Aut vlli nostrum, quid sit, non esse putandum.
 Elysios alijs campos, & amœna piorum
 Prata virum finxit; nos ter quò spiritus iret;
 Qui cœli rursus superas Lethæus ad oras
 Informans diuersa subiret corpora casu.
 Tartareaq; reis pœnas, qui numina temnunt,
 Constituit; pariterq; pijs ingentia summo
 Præmia supplicibus cœlo, campisue beatiss.
 Elysijs; multisq; exhorruit impius umbris
 Mortales, cœca inuoluens caligine mundum,
 Ablatis superum donis. tum nubibus altis
 Limina constituit diuis, gemitisq; deorum;
 Aut diuum verti fatis in sydera cœli.
 Credidit infelix tenebris reuoluta vetustas,
 A vero digressa semel, fallacia dicta.
 Quas facies, quæ non atrox mutatus in ora
 Lucifer accessit? quas non exercuit artes;
 Falleret ut primæ mœrentia pignora matris;
 Cœlicolumq; Patrem iusta succenderet ira
 In genus humanum, quòd sic priuaret Olympo?
 Iam Rex effectus mundi, rerumq; Tyrannus
 Crudelis; rixisq; orbem, totumq; tumultu
 Impleuerat: noctisq; horror surgebat ubique;
 Insydiaq; graues, & inextricabilis error.
 Vix Iudæa Deo supplex, nec tota, supremo
Thura

Thura dabat; ritusq; sacros, legemq; colebat.
 Quin etiam suasit falsa sub imagine diuum
 Sæpè deos auro fusos, vitulosq; vereri;
 Fœdaq; tartareis offerre piacula monstris.
 Iam tandem mundo pietas, ac cesserat omnis
 Relligionis honor; veriq; piacula Regis
 Parua manent: sceptrūq; domus Rectoris Iuda
 Perdiderat, bello magnorum victa Quiritum.
 Ambitione tumens, donisq; electus, & auro,
 Antistes, primiq; alienus origine Vatis,
 Thurea dona sacris adolebat maximus aris.
 Prædixere p̄j quondam sic carmine sacro
 Omnia venturi Vates præfagia Christi.
 Tunc pauci iusti. (dictu miserabile) tantum
 Crescit amor scelerum mundo, regniq; Cupido.
 Nulla fides; vitæq; premebat nulla beatæ
 Cura viros; cunctisq; deus terrena voluptas;
 Diuersoq; hostis frænabat crimine mundum.
 Interea genitor patrio miseratus amore
 Omnipotens hominum miseranda tempora vitæ,
 Et finem, cæcis fixit pia lumina terris;
 Infectumq; videns totum tabescere mundum,
 Tartareisq; cibum deferri in secula flammis:
 Non ita fiet, ait: manuum dilecta mearum
 Hæc soboles forsân, nostriq; simillima imago
 Dilecti sacro geniti decoranda cruore,
 Tartareas pascet flammæ, ut præda Tyranni?
 Haud talis nostræ primùm sententiæ menti
 Constitit. & quamquàm nobis auersa recessit,
 Tot decepta dolis; præceptaq; prima reliquit:

Me

*Me pietas immota tamen miserescere mundo
 Sollicitat misero. Genitor miserebor; & ipsum
 Eripiens tenebris, reuocabo ad pristina mūdum.
 Mox genitum vultu carum placidissimus almo
 Alloquitur. sentis gemitus, vatumq; querelas;
 O mea progenies? solum te fortibus ausis
 Exposcunt: olim sacro nam carmine vatum
 Tu promissa salus genti, mihi victima mundi.
 En pietas, placidamq; orat Clementia pacem;
 Iustitiæ quamuis factis offensa malignis
 Maiestas neget. ipse tamen satis omnibus æquè
 Est animus fieri; duroq; auertere mundum
 Funere pallentem: pœnarum sanguine fuso
 Exhaustum, flammisq; satis, vel gurgite vasto
 A miseris. iam nunc prisco dilectæ paterno
 Progeniem mi nate tuam complector amore.
 Amplius haud vltor dicar pro vindice pœna,
 Sed genitor natis miserans, & verus amator.
 Et iam tempus adest; & sacri carminis ætas
 Venit: teq; vocant olim promissa parenti
 Certa tuo: rebus subsistunt ritè paratis
 Omnia. quin etiam cœlestem filia nobis
 Primæua sine labe nitens, sine crimine tota,
 Vt Sol effulgens oculis pulcherrima nostris,
 Inter Idumæas seruat prælecta pudorem.
 Sic illam sancto prælegi pectore matrem,
 Nate, tibi magno fœcundam munere nostro,
 Supremumq; manus & opus venerabile nostræ,
 Coniugio stabili caro quam nuper Ioseph
 Iunximus; & seruant ambo sanctissima corda
 Virgi-*

*Virgineum niueo nobis candore pudorem .
 Sic Genitor. contra Genitus sic aureus ore
 Orsa refert. me, sancte Pater, me carmine sacro
 Ista pctunt, terris mortali veste tegendum.
 Ibimus extemplo; nec enim iucundius unquam
 His dictis; tua quò pietas reuocaret ab antris
 Progeniem miserata meam pallentis auerni .
 Sic cari noscet mundus Genitoris amorem
 Ingentem, Geniti crudeli morte redemptus;
 Et grates, laudesq; pias, & munera soluet
 Debita; supremumq; orabit numen amore .
 His dictis, gremio Patris descendit in alnum
 Virgineū thalamū: claustris amor altus obūbrat
 Virgineis: cœli Misso sanctissima Virgo
 Cùm responsa daret supplex placidissima Regi
 Aeterno. subita flantis sic numinis alti
 Vi Genitrix operans, sancta conclusit in aluo
 Hoc nobis similem mortali corpore tectum:
 Nam Verbū caro tunc factū, non semine mistū,
 Concubituq; viri: tantum sed virgine carne
 Assumens at homā, neque adhuc subsistere passā
 Naturam nostram; nobisq; simillimus extat
 Factus homo, nostræq; nigredine carnis opertus,
 Sanctus, & immunis culpa, longeq; remota
 Labe virum, Patrisq; supremo munere plenus
 Aeterni; verusq; Deus permansit, ut olim,
 Immistus, proprioq; manens subsistit in esse
 Aeterno; vitrea mistus velut ignis in urna,
 Aut auro contexta refulget serica vestis,
 Impermista manens rebus conferta duabus:*

Diuino

Diuino Christus sic vnus ei esse creato.
 Virgineumq; decus seruat; velut aura secunda,
 Exiliens sancta decursis mensibus aluo,
 Dum latis Atlas humeris in nocte silenti
 Frigore brumali stellatum volueret axem
 Occiduas medium properans defessus ad undas.
 Tunc sacer aetherea descendens Ales Olympo,
 Pastores media vigilas in nocte reuifit;
 Infantisq; Dei monitis impleuit amicis,
 Aduenisse Deum; quondam quæ carmine sacro
 Prædixere Patres, populis solatia cunctis,
 Gentis Idumæ lumen, mundiq; salutem.
 His actis; Regi laudes cecinere supremo
 Aligeri iuuenes lati, mundoq; quietem;
 Optatamq; Dei ventura in sæcula pacem.
 Olli custodes gregis obstupuerunt silentes;
 Infantemq; Deum donis sub paupere tectō
 Exposcunt; sanctumq; ingressi numen adorant
 Inter bina iacens animalia frigore bruma
 Pauperibus tectam pannis, & virgine carne.
 Et iam lætitiæ cumulo lux aurea mundum,
 Aduentum testata Dei, spargebat; & astris
 Clarior insolitis illum demonstrat Olympus;
 Sydereoq; nouo longè fulgore coruscans
 In Crucis, illustriq; infantis imagine pulchri,
 Traxit ab auroræ populis, & littore rubro
 Attonitos nouitate Duces, Regiq; , Deoq;
 Mortaliq; homini gratissima dona ferentes,
 Thus, myrrhæ, mistūq; animis veneratibus aurū.
 O quàm suppliciter diuinis dulcia plantis

Oscula libarunt quanta sub paupere tecto
 Latitia mentem perfusi, & lumine sancto
 Orauera Deum gremio genitricis in almo
 Virgineo, tanquam regali in sede manentem.
 Felices nimium, iam terq; quaterq; beata
 Primitiæ gentis nostræ, quæ lumine natum
 Diuino claris oculis, & pectore puro
 Cælorum terris meruerunt cernere Regem,
 Virgineumq; decus. pedibus desigere sanctis
 Oscula mille, datum, cordiq; audire loquentem.
 Sic tandem lati, fortunatiq; laborum
 Ad patrias alio redierunt tramite sedes,
 In somnis moniti diuino. à numine claris;
 Impia ne rursus scelerati limina Regis,
 Turbatæq; urbis Solymorum tecta subirent:
 Querebant etenim Solymi cum Rege Tyranno
 Hunc puerum nondum permissa perdere morte:
 Crudelinq; animum sanctæ mors impia turba
 Testatur binis Roma redeuntis ab annis
 Hyrcana tygris rabida feritate Tyranni
 Immanis, potius Furiarum hæc cæde ministri.
 Nec procul æthereo monitu, vdtisq; benignis
 Grandæuus senior sacris lætissimus aris
 Agnouit; tremulisq; Deum complexus in vlnis
 Infantem: siquidem sanctum responsa parentis
 Aeterni monere senem, velamine Regem
 Corporeo, nostraq; grauatùm veste supremum
 Mortali proprijs oculis in limine sacro
 Se se visurum; mundo dum vita maneret.
 Vidit; & ingenti longè lætatus honore

Attol-

Attollit supplex cælo pia lumina summo ;
 Perfolustq; Deo dignas pro munere grates,
 Exultans, vitæ promissum instare recessum.
 Iam tua me Genitor (sacro sic incipit ore)
 Tranquillum promissa vocant: nã ritè recordor;
 Spondebas finem arumnis, metamq; laborum,
 Felicemq; seni mortali è mole recessum
 Numinis aduentu magni: nostræq; salutem
 Iam mea promissum viderunt lumina gentis.
 At tu, qui populi lumen caligine septi,
 Alme puer, nostræq; ingens es gloria plebis,
 In signum genti positus remanebis utrique ;
 Incessisti totis contra quem viribus ibunt ;
 Sed proprio sacrum confessi sanguine nomen,
 Pectore te fidi toto, gestisq; sequentur,
 Ingenti sanctum testati numen amore:
 Sic cara vario plures è corde patebunt.
 Infensoq; tuam gladius mucrone dolentem,
 Alma parens, animam transibit vulnere duro.
 His dictis senior numen testatus amictum
 Deuoto fouet amplexu, precibusq; profusis.
 Sic Deus humana lustrabat imagine terras,
 Incluta dona ferens mundo, non cognitus orbi.
 Nec pueros inter puerili mente, vel ore
 Gestabat puerum, vitæ, sanctæq; magister
 Virtutis: nec enim iuueniles querere ludos
 Sed quæ Patris erant summi, nostræq; salutis,
 Aeternus genitus summo descendit Olympo.
 Aligeras tantum iuuenes, sanctamq; parentem,
 Electumq; pijs sponsum de millibus unum

Virginis intacta, testes, sociosq; laborum
 Spontè sibi iungit per tot discrimina rerum;
 Incestum dira puerum dum cade Tyrannum
 Admonitu Patris, cæli qui sydera torquet,
 Lagæas tendit fugiens inuictus ad oras.
 Consilio siquidem supremi talia Patris
 Dilectæ sponsæ speculo diuinus agebat
 Præceptor; seu spontè malis, dū tēpora poscunt,
 Cedere; Christigero contra seu tendere corde.
 Hos etiam sanctos inuictō pectore mores
 Intactos serunt soboles fidissima sponsæ.
 Et iam Nilivæ rediens peregrinus ab oris,
 Orbita cum Solis crudelem septima Regem
 Abstulerat mundo: mansit tamen impia proles;
 Exiguo patriam cœtu tendebat ad urbem:
 Fama furens cum Regis iter diuertit iniqui;
 Sic visum: summi quod mens arcana lateret
 Consilij gestis sauos variantibus hostes.
 Diuus ubi vitam cunctis ignotus agebat
 Ciuibus ætheream, contentus paupere tecto;
 Illustres quamquàm radij virtutis, & oris
 In ventura virū sponderent sæcula magnum.
 Iamq; dies aderat; sanctam quo festa per urbem
 Annua sublimi celebrant solennia templo
 Suppliciter Solymi: cœtu comitante suorum
 Ipse puer pariter sacrata accessit ad exta;
 Vt merito Patris numen veneretur honore.
 Mos erat hic populi patrias redeuntis ad oras
 Seiunctæ maribus contendunt agmine turba
 Fœminæ; puerumq; caterua mistas utriusque

Infanti graditur vita purissimus ordo.
 Iamq; reuertabant, sacris ex more peractis;
 Et primam Solis confectam lumine metam
 Cōplebant: neq; adhuc capiunt primordia luctus
 Absentis geniti studio: densoq; suorum
 Alter in alterius credebat turbine. mistum.
 Nec tamen (id Patri visum) ni nocte silenti
 Solliciti sacra senserunt urbe relictum;
 Dum notos inter non inuenere manentem.
 Continuo tristi mœrentes pectora casu,
 Ad sacras rediere domos; totamq; per urbem
 Scrutati; tandem templum subiere verendum;
 Cū mediū quartus scandeat Phœbus Olympū.
 Doctorum cœtu in medio responsa petentem,
 Veraq; sacra tægis de codice dantem,
 Quælia nullus adhuc V. atq; nec Scriba, locutus,
 Omnibus eloquio pressis reperere stupentes.
 Aspectu dulcis solant es pectora nati,
 Alma parens, dictisq; pius nutricius almis,
 Cum genita patrios lætæ optiere penates;
 Illorumq; pæris iussis placidissimus hæsit.
 Opertas immensa Dei, simul aurea Christi
 Virtus, dilectæ sponsæ spectanda renatis:
 Filius æternæ Patris, Rex inclytus orbis
 Omnipotens, parenti nutu cui pontus, & æther,
 Et tellus, pauper nostro velatus amictu,
 Dignatur iussis humilis parere parentum.
 Et iam ter decimum tacitus compleuerat annū,
 Tēpla Patris saltem subiens, precibusq; litandis
 Intendens animum, patrium quærebat honorē.

Cùm cœli monitu placidas Iordanis ad undas
 Sacratos inter Vates mirabilis vnus,
 Magnus Ioannes materna sanctus in aluo,
 Nuxine diuino plenus, descendit ab atro
 Luco; quo vitam sacra degebat heremo
 Cœlestem, teneris infans deductus ab annis.
 Hic populos omnes diuino accensus amore
 Vocibus exhortans placidis, dictisq; supernis
 Infandum vitæ facinus, crimenq; prioris
 Linqvere succendens, sacris mergebat in undis:
 Mollia sic Domino populorum corda parabat,
 Præcursor; primamq; viam sternebat amore
 Ingenti: nec enim tantam velantiae Regem,
 Fas erat, ignoto cœcis accedere terris;
 Nullaq; præsentis accedere signa salutis.
 Ultra tot vatum quondam promissa pionam,
 Miserat hunc tandem supremo tempore vatem;
 Qui dictis Regem, digitoq; ostenderet almuem
 Cœlorum: tantoq; animi splendore coruscus,
 Virtutisq; sacre merito, vitæq; deorum,
 Diuus erat præco; populo quod creditus omni
 Ipse foret forsân Christus; missiq; requirunt
 Legati; famulumq; tamen, vocemq; fatetur
 Se se clamantis luco, populosq; parantem
 Venturo Regi; cœliq; accedere regnum.
 Vix ea, cùm longè venientem aspexit Iesum;
 Agnouitq; Dei monitu, tunc lætus alumnis
 Signa dedit, venisse Deum; quin indice monstrat
 Præsentem cuiusvis, olim quem carmine sancto
 Corpore velandum sancti resurrexerat videntem.

Tunc

Tunc sic exclamat, diuino accensus amore;
 Agnus en ipse Dei; miseri qui victima mundi,
 Impia sacrato delebit crimina letbo.
 Interea Dominus sacras accessit ad undas;
 Aspergiq; petit lymphis mitissimas almis.
 Ipse negat famulus cœlorum attingere Regem;
 Perfundiq; orat, sacrata fontis egenus.
 Deuictus, tandemq; tremens, & amore superno
 Exultans, sancto venerandum flumine corpus
 Inspergit; niueaq; almam candore columban.
 Protinus à summo demissam culmine cœli
 Diuinum supra caput, atque insidere, vidit.
 Insuper est Patris tunc vox audita per auras,
 Hunc sibi dilectum genitum testantis ab alto.
 Exin ad horrendam sancto secessit heremum
 Numine deductus; noctemq; diemq; superbo
 Marte laceffitus vario pallentis auerni,
 Expertem Cereris vitam, placidiq; Lyæ
 Degebat victor, recubans in flumine terra;
 Vrebatq; gelu sacrum nox frigida corpus.
 Interea numen caris testatus alumnis
 Cœlorum Regis, sacris decessit ab undis.
 Ipse simul; populosq; ad sanctū hortatus Iesum
 Destinatus; ac tandem diffuso sanguine palmas
 Accipiens iussu Regis crudelis iniquo,
 Inclytus abscessa martyre ceruice recumbit.
 Iamq; quater denos rotas reuoluta quadrigis
 Extulerat lux abina dies; totidemq; fugarat
 Tibitoni coniuæ vultu clarissima noctes:
 Cùm sanctum permissa fame, simuladit Iesum;

Mortaliq; probat septum velamine numen,
 Tartareum varijs implens ambagibus hostem:
 Sitne Deus, tantū Cereris sine munere viuens;
 An mortalis homo; quē nūc premit ardor edēdi?
 Sic secum. promissa Dei clarissima quondam
 Num completa forent? cœli num missus ab arce
 Pollicitus sanctumne viro stat numen in isto?
 Experiar. quid enim varius mihi pectore sensus
 Exoritur. & tanto magnam certamine palmam,
 Lucifer, accipies. solitis accingere telis:
 Rumpe moras omnes. fœcundum concute pectus
 Artibus excimijs. validos nunc mille nocendi
 Experiare dolos. victor clarissimus almo
 Ad socios hilares iam nunc veberere triumpho.
 His dictis squalore pio mutatur in ora
 Grandæuum mentita senem, cou cultor beremi,
 Sulcatusq; genas rugis, oculosq; iacentes
 Languidus; ac macies gelidos exederat artus;
 Canitiemq; sacram diri finxere colubri.
 Tegmine contactus vili, frontemq; rigentem
 Ad lumen lacrynis cœcum velatus amictu;
 Excimieq; gerens pietatis imagine sanctum,
 Cœlestemq; virum, saxis armatus, & arte
 Tartareu (tardiq; gradus, gemituq; senili
 Vox tenuis, vultus sacrū comitantur honorem)
 His ultra sese Christicum vacibus offert.
 Sis felix; mundi; leuent quomocunq; laborem
 Numina sancta tibi. quid agis, gratissime cœlo;
 Auius hæc inter densissima lustru ferarum?
 Otia forte inuant & rigidis in gloriosioris

*Sylvarum teneros frustra quid conteris annos?
 Quid placidum diro florem squalore iuuenta
 Consumis, vigilans? quæ caussa indigna seranos
 Turbatit vultus? tantum solare laborem.
 Quid spernis, fili, consumptus corda dolore,
 Dona laboratæ Cereris? quid stamina vitæ
 Despicis; auxiliumq; virum commune recusas?
 Visne famem lenta forsân te perdere morte;
 Aeternoq; animam torqueri ad tartara lethæ?
 Immitem damnant animû sibi numina diuum;
 Iniussamq; vetant homini perquirere mortem.
 Surge solo; nimiumq; sacro dilectas Olympo)
 Munera dilectum genitor quæcunque petentē
 Exaudit) sancto refocilla munere corpus
 An, quia fortè cibus desit, languescis; & ista
 Cura premit? si tu Genitoris Filius alti
 Certus ades; dic ut lapides hi protinus omnes)
 Fiet enim) panes fiant. dirumpere diram
 Sic maciem poteris; sumptisq; in pristina tandē
 Viribus, his sanctis iterum consurgere gottis.
 Ne reuocas, fili, mortem vetat author Olympi.
 Hic ego sylvarum vixi per lustra tot annos;
 Grundauamq; cibo foui variante senectam.
 Sic dixit. contra paucis sic orsus Iesus,
 Permissum noscens accessum authoris iniqui,
 Tartareosq; dolos. nec enim Sapientia Patris
 Aeterni poterat falli; quæ cuncta superno
 In speculo nouit nondum producta per orbem.
 Nec mihi sola Ceres vitam, videtq; ministrat;
 Viscerumq; solo (sic sator) pane refectus;*

Viuit homo, quocunque Dei sed munere sancto.
 Hæc ait, infestum linguens maioribus hostem
 Implicitum curis: sed non desistere cæpto
 Compulsi bis dictis, maiori corda furore
 Accensus, tunc permissis amplexus in vlnis
 Aera per liquidum sanctam deduxit ad urbem;
 Sublimiq; sacri statuit præ culmine templi.
 Tunc sic alloquitur, quam præceps funere vita
 Labitur; ac lenta consumens omnia morte
 Tempus edax rerû, iuuenis pulcherrime, cernis.
 Nil nisi fama viros attollit ad æthera gestis.
 Magnanimos, mundo viuos post funera reddens,
 Sic tot Scipiade clari, sic fortis Achilles,
 Monstrorûq; ingens domitor, sic terror Bourne,
 Aeneasq; pius; magnorum clara Quiritum
 Lumina tot belli, clara tot Palladis arte
 Illustres adsunt; gestisq; insignibus omnes
 Miserunt ingens ventura in secula nomen.
 Non pudet, ignotam mundo sic degere vitam
 More fera, famam cælo qui laudibus vnus
 Aeternis aquare potes, nomenq; beatum?
 Sic te prisorum nulli virtute secundum
 Gloria felicem fama post funera reddet;
 Si superes, præsertim Dedalem alis.
 Si Patris es Genitus summi, te mitte deorsum,
 Præpetibus nullis sublatus ad æthera pennis;
 Ne famam mituant surgentẽ stemmate pluma
 Non dubita: siquidem Genitor comisit abumne
 Aligeris vitam geniti; ne ledat acutis
 Fortè pedem saxit, unquam, vel sanguine fatis.

Quanta

Quanta tibi tali consurget gloria factò,
 Aspicias: ut liquido gradientem culmine ciues
 Prospicient, sancto venerati munere plenum,
 Supplicibus cuncti poscent tua numina votis.
 Teq; Dei genitum totum diffusa per orbem
 Fama feret, rerum magnis inuicta triumphis.
 Hinc aras, & mille tibi consurgere mundo
 Tempia pijs cœtis, sacroq; catentia thure
 Spectabis; cunctiq; Deum te laudare recentem
 Diuina, veterum despecto namine diuum,
 Orabunt: nomenq; tuum venerabitur unum.
 Sic ait infelix monstrum, tunc victor Iesus.
 Contra pauca refert: siquidem mortalia corda
 Lustrauit pijs eximiaratione Creator:
 Non est tentandus Dominus, qui talia gessit;
 Rectaq; per solidum iussit vestigia gressum.
 Talibus offensus dictis, seuissimus hostis
 Acrior ad pugnam surgit: rursusq; per auras
 Diuit in excelsis complexum culmina montis;
 Ostentatq; vno mundi præconia nutu,
 Regnarumq; decus, rerumq; insignia fame,
 Delicias, & opes, hœdoq; potentia soepta.
 Tunc verum verbo Dominum sub carne latentē
 Impius alloquitur prædo: quæ culmine sceptri,
 Aspice, sim felix: moa sunt hæc omnia regna;
 Imperijq; mei pareat placidissima nutu.
 Quot letho supremus moror succensus eorum
 Intalit tunc stygia ardor demersis habendi?
 Non tamen inuictis potuerunt postq; mundum
 Querere Romanæ magni, nec Græcia fortis.

Sanguine tot quamquam sudaret Dedala tellus
 Magnanimum herou; raperent tot scuta virorū
 Flumina; tot rubris sorberent fluctibus unda;
 Ac totus mistis albesceret ossibus orbis
 Casorum iuuenum. sed tu sine Marte cruento,
 Opæstans animi, nostro complexus amore
 Ante Duces omnes es felicissimus vnus.
 Sed nescis, quid fata tibi cœlestia donent,
 Astraq; quid seruet; nec quid super oia magnus
 Hic noster promittit amor, cognoscis, & ardor.
 Supremus. iuuenis nescis, & cultor heremi
 Imperium: mentem fati intende secundis.
 Crede seni. toti iuuenis dominabere mundo:
 Hæc tibi cuncta dabo; tua sint hæc omnia regna,
 Diuitie, magnisq; equatum montibus aurum,
 Eaq; simul gemma, mundi; tiara;
 Si parere velis, grato si pectore supplex,
 Deotoq; cadens me nunc oraueris ore.
 Imperium detur magnis sublime triumphis
 Omne tuis: solus felix dominator ubique
 Dicere. sed nostrum solus tu viue trophæum,
 Delicia nostra, vita iucundior ipsa.
 Non tuitur ulterius, scelus atum plura parentem
 Dicere Lucis fugum, magno succensus honore
 Aeterni Genitus Patris; vultuq; se uero,
 Vade retrò scelerate Satham (sic increpat illū.)
 Suppliciter prostratus, ast, Dominumq;, Deūq;
 Semper ubique tuū famulans venerabere solū.
 Hircidictis, fugit ad stygias, sæc territus, unda:
 Ocyor astrigens currente per aëra lapsus

*Lucifer infelix; imoq; immergitur Orco.
 Victori subito cœlorum è culmine summo
 Aligeri iuuenes adstant undique Regi,
 Plaudentes; letiq; canunt præconia laudum
 Tantarum rerum; vitæq; alimenta ministrant.
 Vix ea: cū summo descendens culmine montis,
 Humanam miro succensus amore salutis,
 Aduenisse Dei regnum, populisq; propinquum
 Indicit Solyms; tempusq; instans beatum
 Promissum; signisq; sacris testatur Olympus.
 Conueniunt subito turba, populisq; precari
 Incipit; & precibus recipit sperata salutis.
 Luminariam cæcis, auresq; patefcere surdis
 Fecerat, & claudis gressum consurgere rectum.
 Subsidunt vnde natu, ventiq; furentes,
 Imperio parent magno: tremitt omine sacro
 Prima parens; superisq; animas tot reddidit oris
 Inuictæ Christi suffu tremefacta potentis.
 Expulit & duros agroto à corpore morbos,
 Noctiuagosq; lares dicto, quin omnia magno
 Imperio cedunt, humili placidissima vultu.
 Multaq; præterea referans arcana virorum,
 Monstrauit vario fontes sub pectore curas;
 Cunctaq; spectabat præsens; simul intima reru
 Gernebat veluti sancto præsentia vultu
 Prædicens, mortisq; sua, vitæq; futura,
 Venturaq; modum famæ, magniq; triumphu.
 Astra super cœli tota comitante caterua.
 Quin etiam summi vox est audita Parentis,
 Hic meus est Genitus longè dilectus; & ipsu m*

Vnanimis audite p̄j, mundi q; sal utem.
 Namq; per excelsi speciosa cacumina montis
 Cœlestem fidis speciem testatus alumnis,
 Ostendit nutu fœlicis præmia vite:
 Dum sanctos inter medius super aera vates
 Apparet, Solis faciem splendore coruscans:
 Inclyta tunc anima radijs fœlicis imago
 Illuxit; nitidaq; simul candore niuali
 Irradiant plenæ manifesto numine vestes.
 Nec tamen eximius lædebat lumina splendor;
 Quò minus æthereo faciem fulgore micantem
 Aspicerent socij celsa tellure profusi;
 Arderentq; sacris succensi pectora donis;
 Pro quibus à tremulo pelientes corde timorem,
 Tela, cruces, flammæ, durneq; pericula mortis
 Auderent omnes animis contemnere lætis.
 Nec visa cari trepidarent mortem magistri;
 Aut dubio forsân penderent pectore tristis
 Verane sint toties vitæ promissa beata;
 Dum gelidæ lymphæ, propriæ dum vestis egenum
 Infami ligno, cœtu comitante latronum,
 Pendentem tandem crudeli morte viderent
 Mulctatum; tumutiq; alienam in sede sepulchrum
 Talia sed scirent perpeffum sponte volentem,
 Parentemq; Patris iussis; nostræq; salutis
 Immenso nosserent incensum pectus amore:
 Sed utus idcirco præuisa recensuit illis
 Omnia; venturaq; simul præconia laudis.

Finis Lib. septimi.

F. PE-

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Octauus .

ARGVMENTVM.

Sacrata seriem vitæ, miracula Christi,
Ingressum vrbis sequitur, Solymumq; malignum
Concilium, Christumq; sacro in fame latentem,
Et pœnas, mortemq; trucem, vitæq; regressum,
Et pietatis opes, Orcum, cœliq; triumphum.

IAmq; ter undecimū dudū cōpleuerat annū)
Sic placitū) suprema necis quo venerat hora
Insonti, prædicta pio tot carmine vatum;
Qua mortali genus Genitori traderet alto,
Concilians; tenebrisq; pios educeret atris;
Felicisq; sacro victor inferret Olympo
Orbe triumphato; cum iam mirabilis esset
Fama Dei, non vana ferens vulgata per orbem,
Sed gestis confessa Deum, rebusq; supernis.
Iamq; palam Solymæ scelus exitiale proterue
Arguerat, procerumq; dolos, & pallida falsis
Ora modis; nummosq; sacris eiecerat oris
Cum dominis, paruū vibrans in terga flagellum
Eiectis; multisq; fidem succenderat almam.
Cum tandem dicto superas reuocauit ad oras
Fœtentem; viuoq; dedit consurgere gestu:
Ibat enim populis indicens præmia vitæ
Aeternæ; moresq; sacros, legesq; docebat

Acthe-

Aethereas, miseris succurrens undique rebus.
 Incidit interea longe carissimus illi
 Lazarus in morbum vicina in sede sororum;
 Cui tandem suprema dies pia lumina clausit;
 Implicitumq; specu candenti sidone condunt.
 Iamq; quater Thitan radijs lustrauerat orbem;
 Terq; nigris circum nox atra volauerat alis;
 Cum veniens cari predicto Christus amici
 Funere moerentem lentus propè cessit ad urbem.
 Fama volans tanti praecedens hospitis arcem
 Protinus impleuit; mæstisq; accedere tectis.
 Tunc diffusa comas, ac tristi pallida vultu,
 Et lacrymis madefacta pijs, accessit amato
 Martha suo celeri gressu festina magistro.
 Vt vidit tandem: sic est affata dolore
 Suppliciter concussa pio. si sede magister
 Hac olim nostra praesens dilectæ fuisses;
 Fata meo nunquam clausissent lumina fratri.
 Attamen id fatear: precibus quæcunque profusis
 Exposcis, tibi diuinum concedere numen.
 Talibus orauit dictis. tunc voce dolentem
 Hac blanda subito mitis solatur Iesus.
 Dilectus cæcis frater reuocabitur umbris.
 Iamq; scio (contra dictis exceptis amicis)
 Gtrmanum superas reuocandum ad luminis oras
 Tempore, quo cuncti deuicta à morte resurgent.
 Tunc Dominus. sum solus ego certissima cunctis
 Causa resurgendi. quamuis mors insita tollat
 His terris; viuet si dus post funera felix,
 Vt iterius mortem nunquam visurus acerbam.

Hoc credis? contra, priscum solata dolorem,
 Excepit paucis. fateor, semperq; fatebor
 Te summi genitum Patris, mundi; salutem.
 Sit dicens, redyt; mœstamq; affata sororem,
 Ecce Magister adest, inquit, sermone represso;
 Teq; vocat. vix hæc longo soror obruta fletu
 Aure bibit: subitò celeri cum concita gressu
 Ad carum properat cœtu comitante Magistrò.
 Vt vidit; genibus supplex reuoluta reflexis
 Illacrymans, si tu nobiscum hac arce fuisses,
 O Dominator, ait; nunquàm mersisset acerbo
 Mœsta dies letho fratrem. vix talia flendo
 Dixerat; illacrymans cum se turbavit Iesus;
 Infremuitq; animo, lacrymantè ut vidit amarè
 Dilectam sanctæ Mariam virtutis alumnam;
 Plorantesq; simul Solymos, nostraq; salute
 Accensus, sortemq; hominum miseratus acerbã,
 Talia vix lacrymis pressus, patrioq; dolore
 Fatur: ubi posuistis eum? prob' dira reorum
 Vita virum; diuina quasi Sapiencia nescit;
 Quò tandem fontem miserum peccata tulerunt
 Obtectum nibilo. tamen hæc responsa feruntur.
 Ipse veni, præsensq; vide. procul extat in antrũ
 Speluncæ laevis excisum; lateriq; sepulchrum
 Heret; & os saxum rupis super occupat ingens.
 Huc ventũ est tandem; lapidèq; à rupe moueri
 Imperat. hunc quãquã graue olentè morte refer-
 Quattuor hæc etenim Soles sub mole iacebat. (rèt:
 Tunc summũ lacrymãs cœlorũ hæc voce parentè
 Exorat. Scio, me, Genitor sanctissime, semper

Audiri; dignasq; exoluo munere grates.
 Attamen ut cuncti summo me culmine cœli
 A te demissum noscant; & laude perenni
 Suppliciter sanctum Genitoris numen adorent.
 Sic dicens, tumulo fatur pia lumina figens.
 O tu, qui sub mole iaces hac conditus atra,
 Surge, veniq; foras. istis non plura. repente
 Exiliyt tumulo reuolutus sindone corpus.
 Soluite nunc pueri, fatur; placidumq; recessum
 Dilecto, quocunque iubet, concedite nostro.
 His actis omnes simul obstupuere silentes,
 Mirati secum tanti miracula facti.
 Et iam tantarum subito clarissima rerum
 Fama volans, sanctâ Solymum repleuerat urbē;
 Visendiq; animos studio succenderat acri.
 Itq;, reditq; viam celeri densissima gressu
 Turba virum; tantoq; omnes certissima facto
 Numina certatim Christi diuina fatentur;
 Attolluntq; sacrum claris super æthera nomen
 Laudibus; ac magno leti venerantur honore.
 Tunc Solymæ proceres (odium crudele premebat
 Lucis inaccessæ cœcos, atque inuidus ardor)
 Conueniunt, mundo sublimem euertere Christū
 Morte sacra; multosq; petunt pro crimine testes,
 Diuersosq; modos: sed non mendacia possunt
 Iustitiam contra: querunt tamen impia corda
 Immerito sanctum subuertere funere Christū:
 Hoc tamen insurgūt diuersæ in crimine mētes.
 Qui noceant, faueantq; alij; seu carcere claudāt,
 Contendunt alij; toto seu limite pellant.

Regia

Regia sic oritur varius per tecta tumultus;
 Conciliumq; immane fremit. tunc ore verendo
 Maximus Antistes surgens ut numine Vates
 Afflatus, sic orsa refert. vos, cetera turba,
 Nescitis quicquam, qualem mors ista salutem
 Det populo; placida cuncti requiescite mente.
 Namque mori solum tota pro gente tuenda
 Expedit; & populus pereat non omnis in unum.
 Assensere truces dictis: statuuntq; cruento
 In fontem tandem mulctandum funere Christi.
 Diuersosq; dolos tentant; & inania miscent
 Murmura: Marte fero magni ne forte Quirites
 Adueniant contra suspectos Rege rebelles
 Electo; tollantq; locum cum gente verendum:
 Iactabant etenim Christum se dicere Regem;
 Qui sceptrum toties renuit, regniq; coronam;
 Cuius & imperio tellus, & pontus, & aether,
 Et magni parent solo domus ardua cæli;
 Ac tremefacta pauent horrentia tartara Ditis.
 Ipse tamen pietate viros, & amore paterno
 Interea Solyma sequitur miseratus Iesus;
 Optabatq; necem cara pro gente cruentam.
 Ingentiq; diu properans ardebat amore;
 Diuiniq; urgebat agens excessus amoris
 Immensi: nescitq; modum patientis amantis,
 Aut finem Christi pietas, & patrius ardor.
 Tristia quocirca duridum tempora lethi
 Instabant; flammisq; pijs arderet in orbem;
 Vt Dominus placidum gaudens ascendit a sellâ;
 Ingentiq; iubet regalia tecta triumpho,

Laudibus eximijis cœtu comitante suorum.
 Occurrunt turbæ palmis; ac tramite vestes
 Prosternt; pueriq; sequuntur, Osanna eanentes;
 Et David sobolem Regis, Dominumq; fatentur;
 Intus enim dictis stimulabat spiritus ora.
 Tabescit laudum tantis tunc inuida donis
 Turba Sacerdotum, Scribæq; , hostesq; maligni;
 Tartareoq; animum lacerant liuore proteruum;
 Dum nihil in sanctum possunt audentius hoste.
 Ipse tamen cecos patrio miseratus amore,
 Extremâ cernens Solymorum instare ruinam,
 Demisit lacrymas; dictisq; incusat amicis
 Ingratam dudum donis cœlestibus urbem.
 Prosequitur tandem diuinis mœnia gestis;
 Ostenditq; viam cœli; tum crimina vitæ
 Arguit; insydiasq; omnes, artesq; bilingues
 Exuperat, dirosq; dolos crudelis auerni.
 Sic tandem caris solatia magna magistri
 Preparat absentis ventura in secula natis;
 Post ubi demissus pedibus mitissimus atras
 Abluit in cunctis sordes, & sindone terfit
 Aeterni genitus Patris, rerumq; potestas,
 Cœlicolæ cupiunt longè quem cernere vultu;
 Humanos iacet ante pedes deflexus; & ipsis
 Oscula defigit forsân. supremus amoris
 Sic erat excessus. tandem se præbet alumnis
 Farre pio tectum, solatia magna recessus
 Supremi; caræq; dedit sic condere sponsæ
 Hæc eadem; verusq; sacris insistit in extis.
 Exin ad excimium dictis accendit amorem

Inter

*Inter se; firmaq; animos spe colligit omnes
 Ventura vitæ: noctu cum dirus Iudas
 Proditor à caris discedens vnus alumnis)
 Bis senos sibi nam comites, testesq; laborum
 Iunxerat ante alios fidissima corda magistro)
 Consilium subit. infandum surgentibus umbris;
 Argentiq; suum nummis in fata magistrum
 Vendidit infelix (olim sic emptus Ioseph)
 Infamq; tamen persoluit funere penas.
 Accipiunt tandem (Patris sic certa voluntas
 Aeterni, tum sponte sua, nostræq; salutis
 Subsidio) manibusq; trabūt post terga reuinctū
 Mollibus, iniectōq; oneratum colla rudente
 Praesidis ad sedes inter loca confita saxis,
 Et dumis, longè teneras lacerantia plantas .
 At quæ per sentes, primoq; immania captu
 Perpeffus rabidos inter tormenta Leones
 Noctæ sub obscura, uel primò mitis Iesus,
 Aut satur opprobrijs casura in mœnibus urbis;
 Dum diuersa petit manibus prætoria uinctus,
 Ac tereti collum pressus venerabile fune,
 Seu turba dictis, diris seu milite palmis
 Insult ante fero, probris, crassissq; saluis,
 Consilio Solymum stygio, pugnisq; furente
 Incaestis; centum validis vox ferrea linguis
 Desiceret, magnumq; animi patientis amorem
 In genus humanum, totis narrare diebus:
 Nam Christi pœnis fuit insuperabilis ardor
 In genus electum cælo, mundi; salutem .
 Deducunt tandem Romani ad Praesidis aulam*

Deuinctum primo mœsti sub lumine Solis.
 Impia gentis Idumæ commenta priores
 Obijciunt, nunquam à Christo cõmissa benigno:
 Natura nec enim poterat peccare beata;
 Pro nobis quamquã Genitor permisit acerbum
 Mortis obire diem. perdendum morte cruenta
 Sacrilegum clamant. nullum testatur in ipso
 Inuenisse nefas Iudex, seu funere dignum.
 Exclamant iterum mulctandũ morte nefanda
 Infontem: fugit ille nefas; instatq; monendo;
 Sed diras stygius cunctis furor obstruit aures.
 Intentantq; minas; & mille pericula fingunt.
 Obstetit, ut potuit, dictis; cumuloq; minarum.
 Iudicio tandem victus damnauit iniquo
 Infontem, lotis Solymorum in funera palmis,
 Impius; atque Lupis lacerandũ tradidit agnum.
 Sic sacra sanguineis redimitus tempora dumis,
 Cunctaq; diuersis concussus membra flagellis,
 Innexus vinculis, duram defessus, inermis,
 Fert humeris pinum lapsis; confixus, ut almuin
 Eximie pietatis opus compleret in orbem:
 Quò miser ereptus flammis immitis auerni,
 Mortis & imperio, meritis petat æthera mūdus;
 Scalaq; sit cunctis cœli Crux aurea iustis.
 Tunc funesta feris panduntur lintea ventis;
 Aer atq; acies trepidant per strata viarum,
 Armatiq; simul Solymi; validaq; cohortes
 Vndique circũdant; procerũ simul impia turba
 Curstat; & Christum dictis irridet amaris
 Deuinctum cœtu medium comitante latronum.

Ipse

*Ipse tamen letho veluti mitissimus agnus
Ibat; nec contra dictis responsa ferebat,
Intentus, nobis cœlestem querere vitam.*

*Sic satur opprobrijs, pœnisq; absumptus acerbis,
Collapsosq; humeros immani pondere pressus,
Sanguineo duram sternebat corpore terram
Sæpius; atque solum decorabat sanguine sancto.*

*Attollunt subito immites feritate iacentem
Immani; tergoq; sonant crudelia lora*

*Collapso; collumq; trabunt venerabile reste;
Ac rubefacta premant infixis tempora dumis
Pondere letiferæ pinus, tortoq; rudente.*

At tamen inuictus pœnis crudelibus Agnus

*Ibat; & æterno se se sacrabat amore
Libamen nostræ velut immortale salutis.*

*Cum pœnæ surgunt iterum; cumulusq; dolorû
Obuia Mater adest sacro mœstissima vultu,
Et lacrymis suffusa pijs, & pallida sancto*

Corpore, maternoq; animam concussa dolore.

Vix illam sancto respexit lumine primo

Mœrentem vultu, suffusaq; lumina fletu;

Cum collapsus humi supremo corda dolore

Oppressus iacet; & vix errat anhelitus ore.

Miratur pressa miles feritate iacentem,

Aspectuq; genuit mansuescere nescia corda

Militiæ; siquidem cunctis miserandus, & hosti

Christus erat tunc pœnarum, cumuloq; dolorû.

Materne tantum mentem pietatis imago

Strinxerat, atque dolor stimulis increuit acutis

Materne; matremq; simul dolor omnis, & idem

Strauerat; infigensq; leues exhauserat auras;
 Ut diuina sati poenis occurrit imago
 Extremis absumpta sui; lapsusq; iacentis.
 Olli femineus consurgit ad aethera planctus;
 Immistusq; virum sacra virtute piorum;
 Incenduntq; leuem lamentis acra mgestis.
 O quam sunt lacrymosa pia spectacula menti
 Talia; dum caelum caecis deflere tenebris,
 Intonsiq; simul montes plorantibus aruis
 Spectantur, iuuenesq; empyrea regna tenentis.
 Excitat interea stridor furialibus armis,
 Flagrorumq; fragor, colloq; innexa iacentem.
 Vincula collapsum, vitæq; extrema morantem,
 Exhaustumq; malis corpus sic lentus in altum
 Incedit cnrua montis ceruice cacumen
 Funesti; grandiq; oppressus pondere ligni
 Sepè sacram cadit in faciem: lethoq; cruento
 Nequa iam en foret optato mora parua iacentis
 Pressa quies; tollunt humeris lacrymabile pōdus
 Collapsis: properantq; gradus, accedere monti
 Infausto; durisq; premūt sacra mēbra flagellis.
 Ast ubi deuenere loco: tunc protinus omnes
 Auulsa cum carne trabunt, & sanguine vestes;
 Ac laceras artus brumali frigore nudant.
 Olli regalis terram cruor irrigat atram
 Rursus; & atroces iterum rediere dolores.
 Spectabat lacrymosa parens deflebibile nati
 Supplicium; veloq; sacram vix texere partem
 Corporis impposito potuit: vix oscula vultu
 Sanguineo materna valet defigere prima.

Olli

Olliper duram sternunt venerabile pinum
 Corpus, & insigunt clavis sacra mēbra pteruis;
 Tractaq; protendunt intorto brachia fune,
 Brachia supremo mundum condentia nutu,
 Humanumq; genus precio redimentia magno,
 Cœlostiumq; choros, cœliq; implentia sedes:
 Offaq; distractis collapso pondere nervis
 Enodant; durisq; caput venerabile sentes
 Acrius affligunt; adduntq; dolore dolorem.
 Tollitur erecta tandem (lacrymabile visu)
 Lethifera pinu veluti mitissimus agnus,
 Infaustusq; deo gratissima victima mundi.
 Tunc collapsa graui gemuerunt pondere mēbra;
 Ruptaq; sanguineo doluerunt vulnere ferro.
 Tunc oculos lacrymis extrema in morte profusos
 Attoctens (Christi pietas immensa) parentem
 Nudus, & atroci clavis confixus in orno
 Dependens, seua dictis irrisus iniquis
 Militæ, Solymaq; Ducum, furisq; maligni,
 Talibus oravit dictis. pater optime, parce:
 Ignorant, quid agunt. tali sermone locutus,
 Conticuit: duroq; eadem transfixa dolore
 Alma parens ex aduerso lacrymosa rogabat,
 Certa pio magni perugi patris omnia nutu.
 Hæc inter latro sanctum confessus Iesum,
 Letior accepit fœlicis præmia vitæ;
 Orantem dum mite genus spondentis Olympum
 Supplicibus blandè spectans affatur Iesus.
 Hic nondum pelago Phœbus mergetur Ibero;
 Cum mecum fueris perspecto numine fœlix.

Osa.

O *felix* genus electum cœlestibus oris,
 O gens fortunata nimis; quæ pectore puro
 Agnoscens, Christi venerabile uumen adorat.
 Furta, necesse, rixas, dirus tot criminalatros,
 Bellum crudelis, teneris commisit ab annis;
 Supplicibus veniam dictis exorat in hora;
 Confessusq; Deum, letissimus obtinet astra.
 Ergò quis renuet talem sperare salutem;
 Perspecta lacryma si dans est prodigius una?
 Namq; salutis amor nostra supremus Iesu,
 Et pietas immensa nefas excedit, & omne
 Crimen in immensum. dulcis nec funera querit
 Nostra pater; Crucis extrema quos morte rede-
 Nō tamē hæc inter materni oblitus amoris (mit.
 Deseruit matrem lacrymis extrema gementem;
 Paruaq; mœstitiæ præbet solatia tantæ;
 Dum genuselectum genito designat in uno
 In genitum, nobisq; unam pietate parentem,
 His affatus eam dictis. erit iste futurus
 Filius ecce tuus, mulier: tum versus amico
 Dilecto: tua mater erit simul ipsa deinde.
 At ne fortè putent olim suadente magistro
 Tartareo, tenerum Christi venerabile corpus
 Diuinis opibus nullum sensisse dolorem;
 Inuocat auxilium querulis collapsus ab alto
 Vocibus; æternoq; refert se patre relictum.
 Iam tandem toto consumptus sanguine fuso
 Exaruit; vitamq; siti testante traherat
 Extremam; nostraq; petit magis una salutis
 Pocula: sed nequid patienti fortè deesset.

Triste

*Triste malum: mistum myrrhae fel obtulit atra
Tunc ingratus homo; lacrymas qui fonte p̄fusas
Debuerat cordis votis offerre litatis,*

Prob. dolor: & sitiens nostram, sitit ipse, salutē.

Exhaustus tandem pœnis, & morte propinqua,

Et vesterum pariter de se monumenta piorum

Consummata, sciens, collapsa corpore lapsus

Exclamat, consummatum est: tum pallidus ore,

Ceu mortalis homo, moriens, defessus, inermis,

Extulit os iterum; dixitq; nouissima verba.

Hanc animā patrijs, Genitor sanctissime, palmis

Cōmendo, patresq; meos (nam credere dignum

Cōmendasse Patri sponsam sub morte redēptā)

Aerumnis actus magnis venerabile tandem

A dextra caput inclinans, & lumina claudens,

Extremam sancti demisit pectoris auram.

Hinc Mater pariter tristi consumpta dolore

Concidit, & vocē, lacrymasq; abrūpit, & auras

Pallida: concurrunt socia succurrere iocēste

Effusa lacrymis: alia merentia tunc se

Pectora, pendenti properant adistere busto,

Amplectiq; Crucē. cunctos dolor unus agebat

In lacrymas, mestisq; incendere vocibus astra,

Lamentisq; urbem inuisam, quis talia fando

Temperet & lacrymis etiam, Regina, plūendis,

Consumans merore animam; cum flebile letibū

Omnia naturae deslent testante dolorem?

Disrupto siquidem crepitans ruit aethere cœlū;

Tum fractum mugire solum, pallefcere mundū,

Horrendae cernunt picea caligine noctis;

In-

Incestosq; nigra Solymos ferrugine textit!
 Nimbus; & eternam timuerunt secula nocte;
 Dum sacra conscisso patuerunt intima velo;
 Pallidus & radijs pauido Sol deficit orbi,
 Authorem lugens, decorisq; reuoluitur expers;
 Lurida tum mœret Phœbe conterrita vultu;
 Ac mœsta tristi luxerunt lumine stella:
 Abscissiq; strepunt lapides; gemit undiq; magno
 Authore compassa suo natura dolore
 Ingenti, lacrymisq; pijs. tum corpora multa
 Sanctorum vitæ superas reuocantur ad auras.
 His verè patuit Deus. & natura supremo
 Morte gemens cari authoris testata dolore.
 Mortalis quamuis patiatur funere Christus
 Corporeo: nullo siquidem diuina dolore
 Afficitur natura Dei, menti sq; beata.
 Talia non solito fieri Dux ordine Romæ
 Militiæ cernens, equidem certissima magni
 Iste Dei soboles, inquit, sub morte refulsit.
 Multaq; turba virum, nuptæ, castæq; puella
 Numina confesse Christi diuina verentur;
 Ac redeunt Solymam mœrentia pectora tansa.
 Et iam decedens deiecto lumina vultu
 Phœbus in Oceanum lugens tendebat Iberum;
 Cum sanctum sacro famuli de stipite corpus
 Deponunt, lacrymis effusi, & pectore mœsto
 Deiecti (primum nam Cruce è corde timorem
 Abstulerat; cari q; cruor firmarat Iesu
 Intrepidus) interq; manus ad brachia Matris
 Seminecis collapsa ferunt liuentia membra:

Paruaq; concedunt tanti solatia casus.

*Quas lacrymas, quænam viso suspiria busto
Fuderit alma parens extremo absumpta dolore?
Oscula nunc libat caræ dulcissima fronti,
Nunc complexa fouet sanctũ mœstissima corpus;
Nũc spectat lacrymãs; rursusq; in dulcia magno
Exanimis callapsa ferè ruit oscula fletu.*

*Tunc sic alloquitur. cur me, dulcissime rerum,
Spreuisti comitem moriens mœrore dolentem
Extremo? num tanta negas solatia matri?
Nate meus sanguis, vitæ mea sola voluptas,
Et suprema quies, oculis lux vnica nostris,
Quò vertar? quid agam sine te, dulcissima vita,
Nate mihi? sine te pallejunt omnia circum;
Ingeminantq; animæ supremũ cuncta dolorem.
Deliciæ nostræ, mœstæq; o gloria vitæ
Vnica, quò vultus radijs decor omnia lustrans
Decessit? quò lux oculis diuina benignis?
Dulcia quò cunctos animos solantia dicta?
Quò gratus cunctis oculorum aspectus, & altæ
Sydereæ ceruicis honor? quem sydera magna
Mirantur; magniq; optant quem cernere longè
Cœlicolæ; gaudentq; aspectu cuncta seræno.
En sine voce iaces collapsò languidus ore,
Tygribus Hyrcanis, ipsi miserandus & hosti,
Condensò totum concisus vulnere corpus.
Hæc tua sola tibi pietas, dulcissime nate,
Diuiniq; tui feruens excessus amoris
In famulos olim electos, mundi; salutem,
Dulcia commisso pepererunt vulnera letho,
Aeternamq; homini vitam cœlestibus oris.*

At nos ingentes tanto pro munere grates
 Suppliciter cuncti ferimus; seriq; nepotes
 Vota sacris sua libabunt ingentia templis;
 Diuinaq; tuæ referent sua premia laudi.
 Hæc ubi defleuit, caræq; nouissima fronti
 Oscula libauit; mandat venerabile bustum
 Attolli munda reuolutum sindone totum;
 Concediq; pio tumulo spondentis amici.
 Olli deiecto duplicant suspiria vultu
 Effusi lacrymis omnes; largunq; pluentes
 Ex oculis imbrem mœsta venerabile pompa
 Corpus bumi mandant, vnaq; dolentia corda;
 Mœstaq; tum repetunt animabus tecta relictis.
 Iamq; dies, alterq; dies processit; & alter
 Nondum luce scens aderat; cum fletibus ibant
 Effuse Mariæ, tumulo suprema ferentes
 Munera. multa pio secum sermone serabant;
 Dum properant condire sacrum de more vetusto
 Panchaia multo corpus felicitis odore,
 Seruantes primum vitæ post funus amorem.
 At ubi deuenere loco iam lumine claro
 Surgentis Phœbi; magno tunc marmore verso)
 Condiderant etenim suprema luce sepulchro
 Exciso lateris speluncæ in rupe propinquæ;
 Ingentiq; specum firmarant fragmine mentis)
 Ingressæ tumulum, corpus non amplius ipsum
 Exanimum, sed sacro aspersus sanguine vestes.
 Aspiciunt; sanctosq; Dei cum veste niuali
 Cœlicolas testes; Dominum qui morte per oras
 Has victa redijisse ferunt; magnoq; triumpho
 Victo.

*Victorem sacri pariter videre sepulchri
 Custodes: tumuli seruanda in rupe locarant
 Quos proceres Solymum; furto ne funus adēptū
 Hoc foret; & varij fureret discordia vulgi.
 Heu mens laeva virum stygia caligine septa;
 Consilium quærunt summi subuertere Regis,
 Et Crucis inuictæ sanctum maculare trophæū;
 Et testes adhibent victis surgentis ab umbris
 Victoris; quamquàm iussere silentia nummis;
 Sopitosq; addunt furti pro crimine testes.
 Interea multis varia sub imagine visus,
 Diuerso diuersa ferens mysteria gestu.
 Latitiæ tantæ dulci sed prima parenti
 Attulit optato rediens solatia vultu;
 Omnibus adiunctis tandem rutilantia Sole
 Vulnera demonstrans, digitos inuitat alūnum
 Infidum quondam effossis immittere clauis.
 Apparet tandem diuina luce coruscus
 Montis Oliueti sacrato è culmine sancti
 Ascendens super astra poli laudantia Regem
 Cœlicolum cœtu magnis plaudente triumphis.
 Prosequitur Patrum felix exercitus ingens
 Laudibus eximijs victorem ad sydera magnum;
 Et qui soluebant iustis sua crimina flammis:
 Eripuit siquidem detentos carcere cæco,
 Flammarūq; globo pœnis scelus omne luentes;
 Inclyta qui magno comitentur gesta triūpho.
 Sic domitor Ditis, mortisq;, & victor auerni
 Infausti, scelerisq; simul vastator iniqui
 Inclytus, electiq; salus, & victima mundi,*

Gloria

Gloria cœlestium, cunctarum gaudia rerum,
 Unica spes nostri, vitæ defensor, & auctor,
 Aeterni sedet à dextris Genitoris in alto.
 Hunc nos supremo flexi veneramur bonore
 Aeterni genitum Patris, pariterq; potentem,
 Aequæuum; tamen humana sed carne minorẽ)
 Verus enim Deus est & homo) mundi; salutem.
 Sic nos vnus amor, solus quos condidit olim,
 A Stygijs flammis deuicta morte redemit;
 Nos etiam tanto vitam debemus amori.
 Nam quamuis nostris vnquàm nil rebus egeret;
 Laudibus æternis natura nec adderet vllum
 Nostra redempta decus, seu primis edita donis
 Cœlicolum; felix in se, semperq; beatus
 Ipse Deus suprema manet sibi gloria solus:
 Attamen eximia magno pietatis amore
 Condidit; & pœnis Erebi nos morte redemit
 Crudeli; nostrumq; nefastulit amne cruoris
 Effusi; maculasq; orbis deterfit iniquas.
 Et quamuis paruus sudor; seu sanguinis vna
 Gutta sacri, seu vox, nutus, seu paruulus ætus,
 Gestaq; magnanimi quæuis victoris Iesu
 Crimina non solum mundi, sed Ditis, & Orci
 Diluerent: tantum geniti dilecta parenti
 Vita sui; tantumq; placent sanctissima facta:
 Histamen extremis corpus sudoribus haustus
 Sanguineis (quoniam prima eua morte statutum
 Libamen, tantisq; æterno victima pœnis
 Danda Patri) nos eripuit crudelibus umbris:
 Non omnes quæquàm capiunt hæc præmia vitæ;
 Dum

*Dum cæci remanent, gestisq; infamibus atrî ;
 Ac manifesta negant; vitâq; exquirere spernūt.
 Quin etiam tanto sobolem complexus amore
 Venturam mundo sponse Pater optimus alma ;
 Quod cedens Patris iussu super æthera summi ;
 Haud patitur sine se dilectam linquere sponsam.
 Discedens, remanet secum ; remanensq; recedit :
 Namq; sacro remanens nobiscum farre per aras ;
 Ad dextram pariter Genitoris confidet almi ;
 Dilectamq; pio sponsam miratur amore ,
 Deliciasq; suas, confixæ pignora dextræ :
 Sic utrique satis magno facit actus amore .
 O diu fortunata sacra solatia vitæ
 Christigenæ; cui tanta Deus dat gaudia præsens ;
 Intentisq; oculis spectat ; donisq; tuetur
 Eximij; gaudetq; ferens sua munera natis ;
 Deliciasq; putat solum considerare secum.
 Digressu siquidem cari Genitoris acerbo
 Pectora ne tristes mœrere premantur alumni
 Extremo ; pius in sacro tunc farre Magister
 Permansit; dum virtutem concessit ; ut ipsi
 Conficiant sanctum corpus, sanctumq; cruorem
 Diuinis vsi verbis, & munere sancto :
 Nam Deus his dictis subito virtute superna
 Triticeum panem corpus conuertit in ipsum
 Dilecti Geniti, remanentibus undique signis
 Primæuis, pariterq; in sanctum vina cruorem.
 At quoniam viuens æterna in secula Christus
 Confidet à dextris solio Genitoris in alto ;
 Sic pariter viuens, sancto sic numine iunctus ,*

*Ad sacra descendit dictis mysteria sanctis
 Verus homo, verusq; Deus; remanetq; sacro
 Conuersi paruo panis conclusus in orbe
 Immensus; magnus ceu mons in imagine parua
 Elucet totus; quamuis excedat ad extra.
 Sic specie panis tegitur, viniq; figura
 Idem, qui cælis adsistit Christus eodem
 Tempore: quin etiam sacros descendit ad orbes
 Triticeos simul innumeros virtute superna.
 Haud secus ac multas fertur vox vna per aures
 Integra; seu radijs varias Sol intrat in aulas.
 Sic sacris ipsum fragmentis hostia Christum,
 Diuersisq; locis per idem tunc tempus eundem
 Continet. & quamuis eadem sacrata sacros
 Orbiculos in mille pijs altaribus vnquam
 Hostia frangatur; Christus tamen omnibus idẽ
 Fragmentis manet; vt toto sistebat in orbe.
 Non secus in speculo perfecta apparet imago
 Vnica; si casu teritur cristallus acerbo
 Scissuris, veluti per centum diruta partes;
 Hæc eadem facies in centum paruula tantum
 Splendet imaginibus vultu perfecta decoro;
 Vnaq; fragmentis facies apparet in ipsis
 Vultibus oblatis. sic Christus permanet idem;
 Nec spacium petit immensum, molemue locorũ.
 At bene felicem perfecto reddit amore
 Sumentem donis; mentemq; attollit Olympo;
 Cælestiq; replet caram dulcedine sponsam.
 Quin etiam, nostræ forsã contagia vitæ
 Si qua forent puræ quondã lustralibus vndis)*

His

His sine nemo quidem purus, nisi sanguine fuso
 Eximys Christi meritis, aut Spiritus almus
 Illustrans operante fide deterferit atris
 Criminibus, seu praeueniens seruauit ab ipsis
 Immunem) suprema dedit medicamina morbis.
 Naque sacrum primò placidis Iordanis in undis
 Ipse suo statuit sancto Baptismate nobis
 Laudanda virtutis opus; primumq; lauacrum
 Indidit; & formam populis indicere iussit
 Ostensam; gentesq; sacris aspergere lymphis
 Credentes, caris imponens munus alumnis,
 Hinc alijs, primæ uapiae ceu limina uitæ;
 Flumine quo sancto, dictisq; prementia sacris
 Omnia tolluntur respersæ crimina menti;
 Sponsaq; fit Christi cœlestibus aurea donis,
 Ac dilecta simul supremi filia Patris:
 Quæq; stygis deuota focus, & serua tyranni
 Tartarei, Regina manet stellantis Olympi.
 At si fortè dolis Erebi, fragilisue relapsu
 Naturæ, quocunque suum si crimine sponsum
 Læserit; & sese flammis deuouerit ossi;
 Exemplò crudele nefas (si pœnitet ipsam)
 Edita sacratis confessio sancta ministris
 Abluit; & donis reddit cœlestibus aptam;
 Illustratq; Deus diuina luce fatentem
 Desuper in genitum, patrio complexus amore;
 Diuinisq; uebit gestis; uiresq; ministrat
 Ad palmam; semperq; reuersum pectore puro
 In genitum recipit; patrijsq; amplectitur ulnis
 Dilectum; vultuq; hilaris solatur amico;

Amissumq; redire satum, non funus obire,
 Latatur; sanctaq; indicit gaudia turba
 Pro reditu Pater: addit opes, & dona priora;
 Circumdatq; pio gemmata monilia collo.
 Martyrioq; etiam, si forte lacefferet hostis,
 Succendit; quamquam sacra sanctissima fronti
 Inuicta munita Crucis signacula quondam
 Firmare fidem coram quocunque fatendam
 Pectore Christi gero: nam tunc non nomine solo,
 Sed velut elato signo bellator acerbus
 Aduersus stygias diuinae parte cateruas
 Fortior oppugnat. caelestibus altera donis
 Vinctio sacro pariter dimittit oliuo
 Labentes maculas extremo in limine vitæ;
 Tartareosq; animam telis accendit in hostes.
 Nec minus obscena Veneris depellit iniquum
 Ardorem precibus sacro in limine iunctum
 Connubium, castis utens venerabile flammis
 Amborum: surgit quo proles aurea mundo,
 Caelesti deuota choro lustralibus undis.
 Addidit & sacros ritus, sanctosq; ministros
 Dilectae sponsae; sacris quos maximus aris
 Destinavit Antistes dictis, oleoq; profuso
 Sacro; gradibusq; addit succrescere multos.
 At nequid sponsae dilectae forte deesset
 Perfecti praeter septem diuinae decoris
 Sacramenta prius, statuit quae tempore vitæ
 Mortalis; Crucis immensis pietate superna
 Vndantem meritis fontem, famulumq; suorum
 Adiunxit; caræ quibus indulgere benignè

Sponsa

*Sponsa suæ soboli posset; dum pœnitet atri
Criminis; obscœnumq; nefas confessa dolore
Mœsta gemit; vitæq; Deo postponit amorem;
Iustitia miserata Dei sic debita soluit.*

*Si qua tamen caris remanerent forsân amicis
Crimina; quæ nondum iusto deleta dolore,
Aut actis; luerent post vitam carcere cæco
Diuersis acti pœnis, seu vindice flamma,
Seu gelidis undis, alioue premente flagello,
Crimine lustrantur medio telluris opaca
Tartareas supra sedes, aut orbis in oris
His nostris; Regis si non indulsit Olympi
Gratia gestorum meritis miserantis Iesu;
Seu consanguinei precibus, lacrymisq; profusis
Siue suæ stetu, caro seu munere sponsæ
Dilectæ; quantumq; stetit venialibus actis
Delectans sese vanis; in vindice flamma
Hac tantum cruciandus erit, ni iuuerit alma
Viuentum pietas fratrum, seu Regis Olympi
Magnanimi. sancta summi nam lege parentis
Fœdatum nihil ingreditur cœlestia regna.
Nec decet æternis supremi Regis amicos
Supplicijs seuas Erebi crudelis ad umbras
Exilio vitæ pulsos detrudere duro.
Quin etiam sancto Genitoris lumine summi
Clarius ut cunctis dilecti tanta Magistri
Sacramenta sciant; gestisq; ingentibus olim
Acrius incumbant, succensi pectus amore
Diuino; sanctisq; inflamment ignibus orbem;
Ingenti sonitu rutilantibus undique flammis.*

*Inclytus à summa descendit spiritus arce,
 Igne sacro claram lingua vibrante figuram,
 Inflāmans apicem capitis, quo contigit, omnem
 Orantum; cœliq; tulit Paracletus alumnis
 Munera; quæ pietate Patris promiserat olim
 Hic mortalis adhuc, ac victa morte reuisens
 Coniunctos; linguasq; sedentes clarus in omnes
 Illustrat; sanctoq; accendit pectus amore.
 Nāque Patris iussu discedens Christus ab orbe,
 Pollicitus cunctis Paracletum protinus almū;
 Tristia solatur digressu pectora natis.
 Hoc ergo sanctum demitti numen ab alto
 Orabant omnes, Genitrix sanctissima Virgo
 Prasertim de syderio succensa supremo
 Dilecti Geniti. decies sic vecta quadrigis
 Oceano surgens tenebras aurora fugarat;
 Ac decimi tandem successerat hora diei
 Tertia; cum sanctum supremo à numine donum
 Demissum sacris inflammat pectora flammis.
 Talibus ardentes diuinis ignibus omnes
 Egressi, totum donis cœlestibus orbem
 Accendunt; panduntq; viā super astra patentē;
 Muneribusq; iuuant sanctis, vitaq; decora
 Cœlesti; fastumq; omnem, moresq; sinistros
 Expellunt; animasq; nigris pallentis auerni
 Faucibus eripiunt; sancto vestigia firmant
 Exemplo, proprio testantes dicta cruore.
 Proh scelus indignū; non re, sed nomine mūdus,
 O quā supremo ingretus Genitoris amoris,
 Crimina tot reddis sancto pro munere laudis;*

*Infaustumq; nefas, dirumq; imitaris auernum
 Tot scelerum cumulo. iudex iustissimus olim
 Hoc dirum facinus iusta cum vindice flamma
 Puniet horrendis Erebi pallentis in antris;
 Et meritas seuo pœnas absument ab hoste:
 Terribiles molitus enim, quas redderet aqua
 Maiestas hosti, genitor sub tartara pœnas,
 Aeternas flammâs, sulfur, cum frigore, vermes
 Exeremo, mortisq; metum, seuosq; dolores,
 Obscœnamq; famem, morbi, tristisq; senectæ
 Supplicium, faciemq; supra crudelis acerbam
 Demonis; aternisq; feris loca consita pœnis
 Omnibus extremis; cumulûq; in fata malorum
 Perpeffi viuent aeterna morte perempti.
 Innumerasq; alias ærumnas congeret orco
 Corpore deformi, terrisq; grauamine pulso:
 Cùm iustus iudex extremo tempore Christus,
 Omnia discutiens in maiestate superna,
 Iusta cuique suis persoluet præmia gestis.
 Tartareis reprobos flammis detrudet iniquos
 Vltor in aeternum iudex; mortiq; vorandos
 Aeternæ viuos, morientes morte perenni.
 Clamabunt etiam mortem; qui fortè nec esse
 Optabunt; sed vita feret despecta dolorem.
 Qualis erit miseris etiam dolor igne nigranti
 Spiritibus; dum se conclusos ignibus atris
 Vndique perspiciunt, nullumq; è carcere dire
 Egressum; sancto iussu quæ numinis almi
 Crudeles flammâs intentâ cernere mente
 Adstrictos duris aeterna in sacula pœnis;*

*Infensumq; reis numen pallentibus umbris
 Delictis cumulum sæuis inferre malorum?
 Quin etiam miseris aderunt horrentia miris
 Sontibus ora modis; faciesq; horrore minaces,
 Exusta, veluti succensa ardoribus olla
 Aeternis, stygioq; sitim, gustumq; veneno
 Infaustum saturæ, misto fetore proteruo.
 Territat hinc clamor diris horrendus in umbris
 Stridentum; cœcæq; grauant caligine noctis
 Aeterna miseros consortia dira reorum,
 Infensis odijs, sæuisq; prementia dictis
 Infestas animas, seseq; grauantia nutu
 Atroci, toruoq; metum spirantia vultu;
 Membrorumq; dolor varius, capit isq; furentis
 Vertigo, lacrymæq; truces, & inutile vitæ
 Lamentum veteris, cœcæq; superbia mentis
 Vermibus ignitis, lapsæq; labore senectæ,
 Extremisq; necis consumpta laboribus atra
 Corpora, ponderibus nimiùm depressa superbis,
 Aeternis adstricta focus ardentibus addent
 Supremum miseris aeterna morte dolorem.
 Quin etiam imbelles, collapsa cadauera, prono
 Sternuntur vultu, congesta mole repressi
 Ingenti; veluti pisces stringuntur in orbe
 Fraxineo, fagivæ cado; diroq; iacebunt
 Ante truce[m] veluti pecudes, & inertia mortem
 Ad caulas stygias armenta voranda tyranno.
 Hinc furia diræ cinctæ serpentibus atris
 Exustos facie, gelidos aut ignibus urgent
 Concisos flagris ignitis undique fontes.*

Sæuior his cunctis surgit (lacrymabile damnum)
Pœna loco, spes ora Patris sublata videndi
Amplius æterni, magniq; palatia cœli.
Sanctorumq; boni pariter premit inuidus ardor
Felicis diras animas, & vitæ beata;
Dū memorant; celiq; arcant dū vincula lumen;
Despectiq; diu mortalis gloria felix
Pauperis infestat mentem liuore superbam.
Heu quot tartaræ stimulis agitantur acerbis
Inuidiæ; sanctæ noscunt dum gaudia gentis.
Æternum pœnas etiam deflebile tempus
Ingrauat; & miseris mortem morientibus addit;
Excusumq; reis numen venerabile Regis
Cœlicolum pariter iungit ferale flagellum,
Inuisæq; furens obiecta superbia vitæ.
Vipereusq; furor, tristisq; immane gebennæ
Supplicium, vitæq; ostensum dedecus atræ,
Continuusq; pauor, congestaq; tædia vitæ
Despectæ; dirisq; malis firmata voluntas,
Imbellis quamquam, rerumq; miserrimus indo
Luxus, & infestæ terris solatia vitæ,
Cæca fames auri, fragilisq; immensus honoris
Ardor, & æternæ longè certissima pacis
Desperata salus, odijsq; infensa malignis
Pectora, tartareis cumulant tormenta caminis
Acrius; infestisq; implent ululatibus orcum;
Cum miseri sumpto descendunt corpore fontes;
Principis Aligerum magni nam voce superna
Corporibus proprijs (cineres custodia cunctis
Quæq; legit proprios) superas ad luminis oras.
Vallis

Vallis Idumæa letho quocunque perempti,
 Dispersiq; loco cineres reuocabimur omnes,
 Seu læti gestis cœtu comitante beatis
 Aligerum iuuenum, felices corpore claro.
 Quæ tunc delicia, nostræ quæ gaudia mentis;
 Dum sanctos læto complexi pectore fratres
 Aethereos, sanctis hilares ad præmia factis
 Tendimus ante Patrem, nostræq; salutis Iesum
 Authorem, verbis dulcem, vultuq; decorum,
 Reddentem famulis felicitis præmia vitæ?
 Quæ tunc afflictæ quondam salatia gentis
 Consurgent; claro miris cum corpore donis,
 Aeriog; choro misti, dextraq; locati
 Spectabunt Regem regali in sede coruscum)
 Paruula sint quamuis) laudantẽ gesta suorum
 Edita pauperibus dilecti Regis amore
 Dilectis impensa sibi sub pauperis actu,
 Censentemq; suis coram sistentibus ore
 Dulciloquo, magniq; ferentem præmia cœli?
 Atq; infelices nimium, lapsiq; dolore,
 A diro forsan deformes demone tracti,
 Imbelles, ægri, corrosi vermibus atris,
 Aeterna veluti despecta cadauera mortis,
 Sternentur campis turpes, vultuq; stupentes
 Infami, scelerumq; nigrantis imagine formæ.
 Quæ mens tunc miseris? quæ nã sententia surget?
 Quid tunc tartaræ portæ? quid pessima mundi
 Turba virum, sectans inuisi dogmata Ditis
 Infelix? quid Romanæ sanctissima Sedis
 Iura negans; sensusq; sacros, ritusq; sacrorum

Euer-

Evertens, sectisq; nouis, dirisq; sacratum
 Christicolam totum complens ambagibus orbē ?
 Quid lapidi sculpto, surdo famulatus & auro,
 Quadrupedumue dedit deflexus tburā figuris
 Obscœnis; talpasue sacro dignatus honore;
 Crudeliqu; pios infensus marte peremit
 Christigenas, immane nefas, & demonis aras
 Spernentes, soliq; Deo seruire paratos?
 Quid peraget dirus lacerans erroribus atris
 Dilectam Christi sponsam, sponsaq; ministros,
 Romanamq; Fidem? cunctis hæc vna salutis
 Spes nostræ; nec fas est vllam sperare salutem
 Romanas extra leges; quas Spiritus almus
 Pectoribus sanctis scribens, & cortice sacro,
 Flammiferis animos signis impleuit amoris;
 Aethereoq; regens Romanum lumine Patrem,
 Cœlestes nunquam leges, ritusq; sacrorum,
 Aut Fidei sanctæ passus transcedere limen:
 Diuersis quamquam contra consurgere telis
 Impia turba studet, diris instructa venenis,
 Tartareisq; dolis: remanet sed fluctibus atris
 Tuta Petri nauis, cunctis inuicta procellis:
 Nam quæ tempestas, stygioue infensus biatu
 Euro, hyperboreisq; Aquilo reuolutus ab antris,
 Tartareoq; omnes discordes turbine venti
 Quid nauem contra possint audentius istam;
 Quam regit Omnipotens cœlesti remige tutam,
 Sanctoruq; choro defensam, & Virgine Matre,
 Erectaq; simul medio Crucis arbore cœtu
 Inuictæ; verisq; implet velamina sanctus

Spiritus, ætherea ducens feliciter aura?
 Sic dirum victrix semper quassabit auernum,
 Tartareasq; undas, scopulosaq; turbine victo
 Saxa truci stygium, sociumq; horrenda procellis
 Aequora, ventorumq; grauem, mundi; furorẽ,
 Ducta manu sponsi nauis tutissima sponsa
 Inuicta: diritandem qui criminis ultor
 In sauos surget flammis iustissimus hostes;
 Aspera nunc quamuis permittat praelia naui
 Dilecta, magnos coelis habitura triumphos
 In sanctis; veluti seuissima damna proteruis.
 Heu quali fontes concussi corda timore
 Adstabant; tantam iusti dum iudicis iram
 Desuper aspicient, cœlumq; instare tremendũ;
 Hinc hostes horrore truces adstare diro,
 Hinc sine spretos custodes crimina vitæ
 Testantes, intusq; scelus deforme remordens
 Viscera, tartareaq; adstare voragine subter
 Aerumnis grauib; succensa incendia mille;
 Quin cœlum, terramq; simul, quin omnia diris
 Intentare reis horrendam in sæcula mortem.
 Heu quali tandem consumpti corda dolore
 Inuida tabescunt: iusti dum iudicis ore
 Aeternos Erebi fontes crudelis ad ignes
 Damnati, letis cœtu comitante triumphis
 Supremum cœlos cernent conscendere Regem;
 Aeternaq; sequi famulos præconia laudis;
 Seq; reos scissam sorbere voragine terram
 Horrenda, diris cruciandos ignibus orci.
 Heu quantum miseri vultu mutantur ab illo;

Quo cœlum, terramq; simul, quo numina mundo
 Spernebant diuum; martemq; in bella vocabāt;
 Audebantq; truci iaculis contendere morte.

At vos felices nimium, nimiumq; beati
 Christigenæ magni, fortunatiq; laborum,
 Viuitis æternum cœlesti lumine septi,
 Dilecti clara Genitoris imagine leti,
 Felicem certi semper deducere vitam.

Lumine dum claro vultum spectabitur alium,
 Aspectumq; Dei sanctum, lumenq; beatum
 Immensum, sanctoq; accensi pectus amore
 Dilectum vosmet Patrem transfertis in ipsum)
 Hoc feruentis amoris opus) sic vnus amore
 Spiritus effecti, felices viuitis omnes;

Frater ubi fratris proprio ceu gaudet honore .
 Pax ibi, tranquillaq; quies placidissima mentis;
 Cunctaq; iucundæ plenissima gaudia vite,
 Cunctorumq; status cumulo presens honorum;
 Deerit & omne malum, curisq; obnoxia corda.

Quàm felices aderunt; dum morte solutos
 Aeterna sese norint pietate parentis

Immensa; flammæsq; truces, penasq; reorum
 Aspicient; totoq; ingentes pectore grates
 Persoluent humiles summo pro munere Regi.

Quin etiam Pater omnipotens pietate suprema
 Felisi concors anima, clarumq; superno
 Lumine, corporeo nexu sublimius omni,
 Ac Solis radijs, villo nec pondere tardum,
 Aeternum nobis corpus seruabit amatum,
 Subiectum penis nunquam, nec casibus ullis;

Vt

Vt quod submissum iussis celestibus olim
 Rebus in aduersis animæ fuit undique concurs,
 Plurima perpeßsum sensu reuente proteruo;
 Sic etiam donis decoratum gaudeat almis;
 Dilectiq; sui magno letetur amore
 Undique conspecti Christi; nam sola voluptas
 Corporibus nostris, æsiam sibi, corpus Iesu
 Iucundum; tanta nostri dulcedine Christi
 Splendescet corpus; cunctis qui reddet amicis
 Optatam famulis patriam, vitamq; beatam.
 Hæc est nostra fides; quam tot miracula rerum
 Inclyta, martyrijq; inuicta mente triumphus,
 Virginæ, sanctoq; virum tot sanguine passus;
 Contemptusq; orbis, rerum, mortisq; laborum,
 Demissam nobis summo testatur Olympo:
 Felices quæ sola facit seruata fideles.
 Hæc animas toties superas reuocauit ad oras;
 Hæc morbos, mortēq; instantē expellit, & ignē;
 Hæc transfert aliò suprema cacumina montis;
 Cuius & imperio parent & pontus, & æther;
 Cunctaq; subsidunt sancto fidissima nutu;
 Eumenidesq; pauent; trepidātq; horrētia Ditis
 Tartara. quis fidei referet præconia sanctæ
 Christigenum; quæ cuncta potest; sanctæq; loquela
 Humana parente Deo per maxima signa?
 Omnia testantur portentis undique claris;
 Quæ fidei maneat nostræ sanctissima virtus.
 Felix, cui pietate datur Reëtoris Olympi
 Nosse Fidem Christi, & sancta virtute tueri;
 Aeternæ quæ vera suis dat gaudia vite.

Finis Lib. octauī.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Nonus .

ARGUMENTVM.

Obstupere factis Teucris ; Laurena precatur
Coniugium sanctum ; generoq ; suadet Arista .
Ærumnas narrans Graium, commendat Alander
Hunc thalamū ; tēplūq ; petunt, & numina poscūt.
Conqueritur Pluto ; narratq ; exacta Pyrachmon.

Talibus Austriada dictis, Fideiq ; superna
Succensi ritu, simul obstupere silentes

Threicij ; vocemq ; vnā Sultana profudit
Lata sacris fidei votis, & amore Quiritum.

Felices nimium, fortunatiq ; labor :sm

Christigena magni ; celi quibus aurca summi

Sacula nosse, datum ; regni sq ; inferre beatis

Felicem post fata gradum, Patremq ; videre

Aeternum ; sanctoq ; frui tum numine Christi

Dilecti, iustis capientes premia factis.

O utinam nobis talem post funera gressum

Numina sacra darēt precibus venerata profusis

Christigenūq ; sacris meritis, & nomine Christi.

Sic dixit ; cunctiq ; eadem simul ore fremebant

Bistonij proceres, laudantes nomen Iesu

Immensa pietate sacrum, summiq ; parentis

Ingentem rerum, nostraq ; salutis amorem.

Et iam fama leuis totam bacchata per urbem

Con-

Coniugij, letis replevit pectora dictis.
 Extemplo festis aduelant limina fertis-
 Argolica matres; letamq; hoc nomine lucem
 Certatim celebrant; & diuum numen adorant
 Successu, magnaq; Ducis surgentis amore.
 At Laurena graui, sed casto vulnere virgo
 Saucia (cum primum tanti peruenit ad aures
 Coniugij nomen) penetrati in sede profusa
 Ingentes soluit superis pro munere grates;
 Felicemq; diem dono testatur Olympi
 Concessum; tantoq; vocat se coniuge letam.
 Numina sancta deum, Christi q; inuicta potestas,
 Christigenumq; decus; tuq; o sanctissime Vatum
 Priscorum Macomette pater, spes unica nostri,
 Este duces thalami (lacrymis sic orat obortis)
 Austriadaq; mei; quorum sub numine sancto
 Nostra dies ducat felices vita per auum
 Seruitio superum, magniq; parentis amore.
 Progeniemq; pio nobis videamus Olympo
 Concessam, sanctum mittentem in secula nomē;
 Hoc felix regnum nobis, hac vera voluptas.
 Diuitias curent alij; mihi sufficit vnus
 Austriades coniux toto felicior orbe.
 Talia virgineo fundebat pectore supplex
 Immemori dudum voti Laurena Sabao,
 Inscia celestium; Patremq; in vota vocabat
 Aethereum; sibi concordem det ducere vitam
 Vnanimis; lacrymasq; pias his insuper addit.
 At felix omen secum sub pectore voluens
 Diuorum, fato generum succedere talem,

Haud

Haud vllam Sultana capit per membra quietē ;
 Letitiēq; animum cumulo perfundit ouantem
 Augurijs; letamq; excedunt gaudia mentem .
 Tum genitā complexa sinu, simul oscula libans,
 Alloquitur. quando superi dant omnia votis ,
 Nata, meis; ut te felicem nomine clamem ;
 Et tanto fortunatam te coniuge dicam ;
 Sis felix; letamq; suo felicibus annis
 Ambobus longam cursu dent numina vitam .
 O mihi pars animæ, curæ suprema senectæ
 Expectata quies, vitæq; extrema voluptas,
 Felicem nimium dulcis me nata fatebor ;
 Si caros unquam manibus complexa nepotes ,
 Osculer; & nostri videam sperata laboris
 Præmia natorum ; nostra si paruulus aula
 Luserit Austriades, curis blanditus auitis,
 Brachia protendens, & anum me nomine dicēs .
 Talia materno fundebat pectore mater ,
 Oscula delibans cara tot millia fronti .
 Multa monens, iubet ornari fulgentibus ostro
 Vestibus, ac niueo gemmata monilia collo ;
 Auratasq; comas fulcro discriminet auro ;
 Regaliqu; , docet, coram consistat amictu ;
 Et rerum causam longo post ordine pandit .
 Ora verecundo diffundit pulchra rubore
 His virgo dictis; speciesq; rubore refulsit ;
 Seq; parat iussis, ac flauo nectitur auro .
 Qualis materno turgens in palmitē gemma
 Aurea, nocturnoq; leui perfusa liquore
 Effulget ; longeq; alium respicit odorem .

T

Talis

*Talis virgineo florens Laurena decore.
 Enitet; & castum vultu promittit amorem.
 Interea tanti cunctis succensus Achivis
 Crescit amor Regis surgentibus undique votis;
 Et monstrare parant, animis, opibusq; parati;
 Threicijq; duces optant, & cetera pubes:
 Austriades tanto pectus succendit amore.
 Cum Regina Ducem vultu conuersa benigno
 Alloquitur paucis. quoniam Dux inclyte gentis
 Christiadum, tantis rerum te casibus actum
 Accipimus; placidam membris, curisq; proteruis
 Oramus pacem; veramq; effunde quietem.
 Hæc tua tecta manet: tua sunt hæc omnia Graiis
 Regna, Duces, & opes: cæli pia numina testor;
 Qui te cumq; premit mæror; nos improbus idem
 Urget; & immanis mentem vexabit Erynnis
 Nec forsitan sine mente deum te turbine tanto
 Littoribus cursum fateor tenuisse Pelasgis.
 Hinc fidum paucis secretò affatur Alandrum;
 Cui, veluti carum semper complexa parentem,
 Aquabat curas; vniq; arcana recludit.
 Care Pater, patrumq; mihi fidissime Graium,
 Threiciumq; simul cæptis felicibus inquit:
 Quãdoquidem diuum præclaris Austrius heros
 Portentis nostras hospes successit ad oras:
 Nam superis reor auspiciis, fatisq; secundis
 Laurena vectum, nostræ solatia vitæ:
 Idcirco generum fati poscentibus opto;
 Felicemq; reor Laurenam coniuge tanto,
 Austriadeq; mihi genero felicia fata.*

Nec

*Nec mihi vana fides; & iam nunc deniq; nosco;
 Hunc solum genitæ thalamo designat Olympus:
 Nam tot connubijs Regum sociare potentum
 Clara deum portenta vetant; ut scire fateris.
 Quin nuper leni vigilans placidissima somno
 Incertum, genitæ voluebam sedula tædas;
 Cùm mihi per noctem vox est allata per aures.
 Quid dormis, Sultana? dijs fœlicibus altis
 Fer dignus tanto supplex pro munere grates:
 Nã genitæ thalamo diuum duce numine sancto
 Quã primũ magnus Gratiæ generospes ad oras
 Adueniet; nimiumq; sacro spectabilis ore,
 Et forma qui syderea supereminet omnes.
 Hic tibi sæpè gener claro promissus Olympo
 Accedet nimbo, fidei, vitæq; Magister;
 Virtutem factis patriam qui terminet astris.
 Externa reor hunc fatis à sede profectum
 Portendi generum; claro qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferat; famãq; attollat Olympo;
 Auctior irradiet iuncto quò sydere mundus.
 Si fatis generum nosco succedere claris
 Externum; superosq; Hispanũ exposcere Regẽ;
 Quid moror? optatæq; retardor vincula pacis?
 Quandoquidem si nulla forent insignia tantæ
 Stirpis; & Austriadum nullũ superesset auorũ
 Antiquum decus; & rerum perisset imago
 Priscarum; generum sum nunc accire parata.
 Quarè nostra Duci perfer fidissime vota:
 Tempora cùm præbèt cœptum mollissima fandi;
 Coniugiumq; suaderi, tum matris amorem,*

Tantaq; virtuti deberi premia soli
 Austriadae, studeas, fatis, cœloq; secundo:
 Nam propria deuota manent sua premia laudi.
 Annuat hoc genitor; totum qui numine cõplet;
 Felicemq; addat ventura in secula vitam;
 Optatamq; toro tribuat consurgere prolem;
 Quæ sanctum toto veneretur pectore numen;
 Et seræ referat nostræ solatia vita.
 Sic dixit. contra paucis longæus Alander
 Excipit, exultans. summo gratissima cœlo,
 Optima Graiugenum; cui nunc pia numina tãti
 Latitiam generi spondent successibus istis;
 Quàm bene connubij iungantur fœdera sacri,
 Et totus sancto latetur munere mundus,
 Nosse, reor; quanta sq; arcebunt fœdera clades.
 Oria secure peragent mollissima gentes
 Te duce; nam toto surget pax aurea mundo.
 Inuictum genus, & claro scis sanguine ductum
 Heroum, belloq; ingens florentibus armis.
 Hæc soboles totum virtutibus aurea mundum
 Supremis auxit semper, moderata benignè.
 His oculis vidi victorum insignia Regum:
 Austriadum quondã pedibus suppressis superbis;
 Quos saui reddidit viuos nunc gloria martis.
 Quin genere nullus magna pietate, vel armis,
 Iustitiaq; prior, roseo nec pulchrior ore
 Orbe manet toto; similem nec Dedala tellus
 Sustinet; aut alto prospectat Phœbus Olympo;
 Illius soboles, totum qui terruit orbem.
 Hunc rigor, hũc pietas, grauitas innexa regãti.

Maie

Maieſtatis honor decorant, & robur in armis
 Inuictum: cunctos & qua diuiſa beatos
 Efficiunt fama; genero cernuntur in vno.
 A puero, teneriſq;, vides, vt fulget ab annis;
 Quamq; ducem ſpondet celi decor inclytus oris.
 En tantam quanta claſſem virtute gubernat,
 Conſilio prudens, & maieſtate decorus;
 Inuictaq; ſimul ſeuum cum gente gerendum
 Ibreicia bellum iuueni committitur vni:
 Totq; Duces, fortesq; acies mirantur, & ipſam
 Vtraque diuinum duro gens Marte fatetur.
 Si gener Auſtriades; quanam felicior vlla
 Virgine Laurena, vel te iucundior vnquam?
 Te felix gener ille ſocræ; felicior ipſa
 Principe ſed tanto; cunctiſq; beatior ipſis
 Coniuge magnanimo ſuperis Laurena ſecundis.
 Fata viam cælo tædiſmonſtrante ſacratî;
 Inuenient: iam ſolue metû, Regina; quod optas)
 Spero quidē) miſerata dabunt pia numina votis.
 Nectanti tamen incepti (dij cepta ſecundent)
 Arguet vlla dies animam mihi forſan inertem.
 Quin etiam Graij geſtis, & amore ſupremo
 Accenſi Patres (peragit quod principe dignum)
 Suspirant, duce te, Regem; Graijq; coronam
 Imperij ſpondent omnes; animiſq; parati
 In cunctos vita, rerumq; incurrere caſus.
 Sic ait; atque Ducem penetrati in ſede reuiſit,
 Exultans animo: ſacro cum cernuus ore
 Perſoluens ſuperis dignas pro munere grates,
 Orabat cæli ſupplex venerabile numen.

*Ante Crucē; summoq; preces fundebat Olympo.
Tunc sic alloquitur. Graia Dux inclyte gentis,
Sis felix; & dexter adi spondentis honores
Arcadie, nostra spes o fidissima vita.*

*Te Pater omnipotens, patrio miseratus amore
Argolici stragem populi, regniq; ruinam,
Resq; sacras, lacrymasq; pias, demisit Olympo
Rectorem gentis, Patrem, Regemq; Pelasgum.
Haud equidem sine mente deum te turbine tali
Huc reor aduectum Regina tempore sancta.*

*Quas strages, qua furta, vides, & quata Tyranni
Crudelis patimur sauis incendia iussis.*

*Heu quoties fora nudati, dum consulit emptor,
Corpora perspiciens, Teucro ductore frequentant
Argolici iuvenes: at si deforme cadaver
Manserit; & vultu rugas sulcarit aniles;
Supplicium remanet nulli tolerabile seruo.*

*Quin etiam genitos rapiunt; qui robore præstāt;
Natorumq; animas detrudunt ritibus Orco;
Virgineumq; decus, libertatemq; paternam,
Cælestemq; fidem violant: nam cuncta proteruo
Arbitria peragunt; ut agit feritate libido
More fera. diri flammis accinctus auerni
Semper adest alter; diues cum cesserit alter.*

*Quidquid bumus, nostriq; agri, seu prædia nostra)
Hæc eheu quid nostra vocor) seu viscera tandem
Nostra ferūt; ausido veniunt populada Tyrāno.
Congesta calantur opes; nulliq; monile
Confertum gemmis rutilat; nulliq; colono
Fertilitas; cunctis infert miserabile Graijs.*

Exitium

Exitium fecundus ager: morientibus heres,
 Terribilisq; instat viuis; cunctisq; Tyrannus
 Impius; infestus pueris, metuendus adultis;
 Impositoq; gemit falso iugulandus atroci
 Crimine quisque suo; si non conuiua peremit.
 Infausta sic Graius egens miserabile pacis
 Supplicium praefert; dum non circūdatu hoste,
 Obsessi discrimen habens, per singula duram
 Expectat momenta necem. nec flere Pelasgis,
 Collo quisque impunè licet lenire dolorem
 Obductum; aut donis solatia ferre vicissim.
 Sic mentem premit Othomanis innata proteruis
 Suspicio regni. quis nos hoc turbine rerum
 In festo, lacrymisq; exoluet talibus unquam?
 Heu quae sortis erit crudelis meta furoris.
 In miseros Graios; Teucrumq; quis auferet olim
 Exitiale iugum, rerum, vitæq; timorem?
 Solus es, o praestans animi; qui vincula spernens
 Terrea, Christi genum rebus succurris egenis.
 In te spes omnis; res, imperiumq; Pelasgum
 Te penes, & nomen, perituraq; gloria Patrum.
 Te patrem, Regemq; vocant, Regemq; precantur
 Vnanimes Graij proceres, & cetera pubes.
 Publicus his ardescit amor; dum moribus æquis
 Non odium terrore cies, non fræna resoluus
 Imperio, patrijs veniens virtutibus heres
 Optime. diligimus fama, pariterq; timemus:
 Ipse timor te noster amat: gratissima surgit
 Libertas sub Rege pio. sic fallitur, vno
 Seruitium quicumque putat sub principe vero.

*Sic placidam duce te spondent in secula vitam
Innachij proceres; soloq; in nomine tota.*

*Austrriadum sperat felicem Græcia pacem,
Imperiumq; suum. misera neu gentis amorem,
Neue pias lacrymas, neu spernas vota precantū,
Oramus. miserere senum, miserere tuorum.*

*In te, germanumq; tuum, duo lumina mundi,
Sunt oculi. Graium conuersi, & Lydia pubes.
Accipe, quos lati meritos spondemus honores;
Et Graium succede bonis regalibus heres.*

*Aurea libertas priuato, & paupere tecto
Quam melior, cernis. tu nos, & pectora nostra*

*Accipe; supremo cuncti spondemus amore
Omnia, ne renuas, dictis neu dicta refellas,*

*Sunt tua; dotalesq; addit Sultana Pelasgos
Cum genita. virgo rosea pulcherrima forma,*

*Vnica progenies, vita iucundior ipsa,
Moribus eximijs Sultanae floret Ariste,*

*Sydereo species vultu (reor) vnica mundo.
Personat aula procis; certant pro virgine Reges*

Eoi; totoq; gener consurgit ab axe

Inclytus: atbereo tantum decus enitet ore

Virgineo, cœtu mentem comitante coruscant

*Virtutum: legeris tamen his ex omnibus vnus
Regibus abiectis; totus quos obtulit orbis.*

*Hanc Regina tibi stabili coniungit habendam
Connubio; regnumq; addit dotale Pelasgum.*

Coniuge te felix virgo, tu virgine felix

Syderea coniux, antiquo sanguine clara

Othomano; patriaq; effulget origine Regum.

Has

*Has miro tēdas sacras affectat amore,
 Felicemq; nimis tanto se clamat Arista
 Coniugio; cordisq; preces adiungit, & omnis
 Gracia suppliciter. forsan Regnator Olympi
 Vocibus id populi cœlo testatur ab alto.
 Neu dubita: nobis etiam sunt fortia bello
 Pectora; sūt iuuenes; dextraq; asperrima pubes.
 Et socias addemus opes; & fortibus armis
 Auxilio Venetos iusto iungemus amicos.
 Succurrent etiam Crætensi à sede profecti
 Interea; dum classis ouans felicibus auris
 Acceleret placido tranquillum gurgite cursum.
 Aduenient alacres Itali; nec Iberia bello
 Deseret hoc iusto, seuo nec Marte Philippus.
 Inuictus frater: tanto quin lætus honore
 Germani, subito validas in bella phalanges
 Mittet; & extremis regnum tutabitur armis.
 Germaniq; truces aderunt, & Tessala pubes.
 Cunctus in auxilium iustis promptissimus orbis
 Christigenum surget cæptis, depelle timorem,
 O Princeps. facilis nimium fortuna sequetur
 Inceptum: tantum iustis Rex annue votis;
 Rege caremus enim, valido non pectore martis.
 O quantum populo renouati roboris addit
 Regia Maiestas: o quantum numinis alto
 Imperio Regis species præuisa benigni;
 Præsertim trepidam si non legionibus urbem
 Vexat; & ut patriæ Consul cessantibus armis
 Omnia componit, solo contentus amore;
 Præsidiumq; sui non sperat inutile ferrum.*

Vnum

*V num te. Patrem, libertatemq; Pelasgi
 V nanimes, Regemq; orant : solare precantes
 Arcadios; precibusq; tuorum bis annue iustis.
 Te pietas, te sancta fides, te perdita rura,
 Virgineumq; decus, puerumq; immania fata,
 Ultorem, patrumq; vocat fidissima cælo
 Austriadum virtus, miserandaq; Græcia tota.
 Talibus orauit dictis longæuus Alander,
 Martus Austriades clara quem fronte receptū
 Affatur paucis; placidoq; hæc excipit ore.
 Non spernēda quidē, Græia pater optime gētis,
 Spondes; nec renuenda benignæ vota recensēs
 Sultanæ; tamen bas thalami contemnere tædas,
 Est animus; solūm quoniam non viuimus vno
 Numine; miseriq;, nefas, sine nomine Christi
 Dilecti tædas nobis; ut scire fateris.
 Christicolamq; sacris almæ decedere Romæ;
 Triste nefas, & Ditis opus. quin carior omni
 Imperio sua quemq; salus adstringit; & orbem
 Contemnit totum, vitam qui debet Olympo,
 Vulneribusq; p̄ys Christi. sed pectore toto
 Regina, dignusq; tibi, patribusq; Pelasgis
 Soluimus, & memori grates seruabimus æuo.
 At sine mente deum, claro sine numine diuum
 Nil fiat, Genitor; veniam poscamus ab alto
 Supplicibus votis, & thure calentibus aris;
 Et quæ supplicibus dantur mandata, sequemur.
 Sic dixit; solitasq; preces effundit Olympo.
 Turbatus partes animum mox versat in omnes,
 Multa putans; variosq; expēdens pectore casus,
 Hæ-*

*Hæſitat obtutu: ſancto ne numine laſo
 Momento degat Graijs inglorius oris;
 Quaq; fidem ratione tuens discrimine tanto
 Intactam, magnum Sultana equaret amorem.
 Ne decus egregium, clarum ne nomen auorum
 Inficiat paruum venturis dedecus armis;
 Degeneremq; Patrum geſtis, & laudibus almis
 Arguat vlla dies. mibi tellus ima debiſcat
 Hæc, inquit, potius; quam patrũ infidus honori,
 Indignum me me referam virtute paterna.
 Imperium curent alij, regniq; coronam:
 Regna mibi virtus, & honor ſublimis auorum,
 Et non laſa fides, ſceptrumq; imbelles bilinguis
 Arcadia; cæloq; infidæ coniugis alto
 Gloria: viuit honor iuſtus poſt funera felix,
 Præcipuè ſacri geſtis quaſitus Olympi.
 Væ quibus infelix rerum, ſceptriq; ſuperbi
 Inſtuit, fragiliſq; ardens dominatur honoris
 Peſtis, tartareuſq; animas populatus habendi
 Ardor, & æterni ſpernunt ſolatia regni.
 Quid iuuat æternis quaſiti gloria mundi
 Exuſtos flammis? quid tot fulcita triumphis
 Pelleo iuueni prodeſt clariffima fama;
 Sicupidis animis vnus non ſufficit orbis?
 Quid Craſo, Craſſoq; aurum, Cyroq;, Mydeq;
 Profuit? aut magnum iuuat victoria Regum
 Orbe triumphato? fortemq; quid Hæctora vires?
 Pelidemq; inuicta manus, vel pectus Vlyſſem
 Facendum? fortiſq; animus Telamone creatum?
 Totiuſq; orbis domitorem gloria claua?*

Contentus paruo fidus felicior illis
 Fabricius, curuoq; serens Serranus aratro,
 Submersoq; Grates sophia cupidissimus auro,
 Et Curijs angusta domus; sed celsior ipsis
 Est cælo sacra pauperies euecta triumphis.
 Heu miseri cæcos mundi quot vana fefellit
 Gloria? quot diras acuit ferus ardor habendi
 Diuitias orbis? nunquid succensa perennem
 Ora sitim possunt auro malè pellere parto?
 Nunquid fama truces exusto vana catores
 Temperat, aut nigri tenebras illustrat auerni?
 Proh scelus indignum, dirum tot dâna parantē
 Suppliciter postcunt hostem mortalia corda;
 Et verum cæli spernunt ingrata parentem;
 Qui suprema suis spondet solatia natis.
 Felices nimium, iam terq; quaterq; beati;
 Quos sacra pauperies mundi, verusq; volantum
 Contemptus rerum, propria telluris egenos
 Eximios gestis virtutis ad æthera vexit.
 Haud equidem tristes vanarum pectora rerum
 Dilacerant cura; rapiunt nec lumina somno.
 Regna petant alij prærupto fœdere legum;
 Sollicitentq; animos curis variantibus agros
 Diuitiæ tenues. sancta virtute mereri
 Aeternas summi magno genitoris amore
 Delicias; nostra iam stat sententia menti.
 Nunquid te spreto possem, mi dulcis Iesu,
 Degere more feræ? nunquid sanctissime magno
 Christe tuo miseram producere nomine vitam
 Memento vellem, leuiter vel numine laso?

Quid

Quid vitam moror infauſtam, dulciſſima vita
 Chriſte mihi, paruo ſanctum ſi crimine numen
 Vnquam laſurus per tot discrimina uiuo?
 O cœli decus æternum, rerumq; perennes
 Deliciae, ſummumq; bonum, ſamuliſq; beatis
 Omne bonum, mundiſq; ſalus; totumq; ſaluti
 Cuius amor noſtra aſſumptum pietate rependit;
 Tu mihi deliciae, tu regnum, & gloria ſolus.
 Præſtat, obire diem letho quocunq; ſupremũ,
 Aut extrema pati (vita iucundior ipſa)
 Quàm legem, ſanctũue tuum contemnere nomẽ,
 Aeterniq; tui patrium genitoris amorem.
 Sic dicens, oculos lacrymis impleuit obortis;
 Lætitiãq; ſimul molliſſima corda profudit.
 Interea magna templum comitante caterua
 Threicium Sultana petit; veniamq; precatur
 Tadarum: dextraq; hærens pulcherrima virgo
 Oraꝝ inane patris nomen Laurena Sabæi
 Supplicibus dictis (nondum molliſſima magni
 Auſtriada reſponſa ſenex narrarat Alander)
 Terq; quaterq; caput roſeum deſcendit ad auſtrũ;
 Terq; , quaterq; ſolo ſupplex molliſſima figit
 Oſcula: mox tenues vocem diffundit ad auras.
 Sãcte Pater, ſuperiſq; ingēs decus addito magnis
 Othomanum cuſtos, & noſtri gloria mundi,
 A cœlo noſtras (ſi viſum) respice tædas;
 In meliuſq; refer dilectæ vota parentis,
 Oramus: thalamo tu ſpes fidiffima noſtro.
 Solennes ex more dies, & ſacra quotannis
 Soluemus, dum vita comes, ſeriq; nepotes

Hæc

Hæc eadem nostri seruant vota parentum.
 Talibus orauit dictis castissima virgo;
 Insuper & Regina preces bis addit inanes.
 Quàm bene coniugio tali, Pater optime, mundū
 Illustras, nomenq; tuum venerabile, noscis.
 Hæc tua progenies duce te quàm coniuge felix
 Austriade, nulliq; alij deuota marito
 Stet superum fatis, olim cecinisse, recordor.
 Hunc illum ventis externa à sede profectum
 Optato genita thalamo sperare iubebas.
 Iam fatis nostra, ventisq; ferentibus vrbi
 Vectus adest, thalamo signum da dexter ab alto;
 Connubioq; sacro letantem respice mundum.
 Surgat ubique tuum tali venerabile nomen
 Coniugio; nostrisq; diu celebrabere donis.
 Talia dum supplex austro fundebat Arista,
 Threiciq; duces; sacratas Austrius heros
 Ingreditur sedes sanctorum ex more Quiritum,
 Argoliciq; Patres; vnaq; Aloysius ingens,
 Hispanosq; duces inter veneratus Alander.
 Tum sacris flexo deuoti poplite donis
 Intendunt animum: toto tum pectore sanctum
 Suppliciter magni numen venerantur Olympi;
 Supplicibusq; humiles votis, precibusq; profusis
 Rem tantam iussis commendant virginis almae,
 Cœliuagisq; viris. aris dum Chordiger offert
 Parre pio supplex æterni pignus amoris
 Nos erga; pacemq; sacrum deposcit Olympum.
 Excedunt aristandem: templumq; relinquunt;
 Deuotoq; domum vario sermone redibant;

Cium

Cùm simul ad propriã Regina reuertitur aulã.
 Incedit dextra vultu Laurena decoro,
 Sydereâ cunãtis præstans pulcherrima forma.
 Non secus ac nemorum custos castissima virgo
 Tempia petens Ephesina sacro comitante sororũ
 Agmine, pulchri comas vultu supereminet oës
 Sydereo; tantum claro decus emicat ore
 Virginis innupta; diuinaq; fulget imago
 Laurena; sociasq; almo supereminet ore.
 Iamq; propinquabant tectis; cùm martius heros
 Obuius occurrit procerum stipante caterua.
 Deflexi vultum placido sermone salutant;
 Congressumq; petunt; dictisq; affantur amicis.
 Obstupet Austriades, figens in virgine lumen
 Sydereâ; castoq; ardet succensus amore:
 Os, humerosq; dea similem, quæ præsidet oris
 Idalijs; vultuq; sacrum videt inde pudorem
 Virginis Orthygiæ; Deli quæ præfuit aris.
 Stabat virgo nitens, oculos deiecta decoros,
 Diuerso rubicunda profundens ora colore.
 Non secus ac latum tellus cùm veris honorem
 Explicat, aut sese gemmato vestit amictu.
 Aut qualis roseo se pandens fulgidus ore
 Rore leui madidus suauem flos spirat odorem;
 Letitiaq; animos, & visu lumina pascit;
 Cùm primùm superas inuisit luminis oras.
 Talis sydereo virgo micat aurea vultu;
 Austriademq; semel tacito vix lumine spectat,
 Succendens animum casto perfusa pudore.
 Tum Regina ducem dictis affatur amicis

*Austriadem, cara defigens oscula nata .
 Coniugis hoc nobis supremum pignus amoris
 Restat Halys, curvæ solatia sola senectæ ,
 Mœstitiaq; optata quies , & sola voluptas.
 Adducit quamquàm pelago duo lumina secum
 Ad bellum coniux caro cum fratre Mamettum.
 Nec te crudeli ponti, cœliq; ruina
 Littoribus nostris vectum sine numine diuum ,
 Auguror, & letor, Latia dux inclyte classis .
 Olli Regnam sensit qua mente locutam
 Talia Dux Latium; placidoq; hæc excipit ore .
 Ipse regat cursum; parent cui pontus, & æther ;
 Ac varios casus expendat dextra futuros
 Alma parens virgo; cœptisq; ingentibus adsit .
 Forsan & hanc spondent nobis diuina quietem
 Numina post varios casus, pelagiq; labores
 Horrendos: & si quid id est, felicius opto .
 Sic inter sese vario sermone serentes ,
 Regalem subiere domum; vitæq; ministrant .
 Postera iam croceo spargebat lumine terras
 Clara dies; mediumq; ferè scandeat in axem
 Phœbus; cùm Sultana Ducem per mœnia ducit
 Regia, lauriferis longè vernantia fertis .
 Hinc quondã pugnata truci certamina marte,
 Inuictamq; situ surgentibus undique vastis
 Rupibus ostendit, dextrisq; tuentibus urbem,
 Deuictam tandem concursu gentis ad undas
 Argolica sine mente ducum, sine lumine martis;
 Ingressumq; Phrygum belli discrimine nullo ;
 Ausonium, Teucrumq; immisto sanguine riuos
 Spu-*

Spumantes, Graiumq; excisa ex urbe ruentes;
 Aspera sanguineis miscet dum praelia Mauris;
 Fumantemq; diu succensis mœnibus urbem.
 Gemmarumq; ostentat opes, aurumq; superbū,
 Regalesq; domos; generoq; addicto futuro
 Spondet; & his regnum felicius addit Achium.
 Ingentem nunc lata suum miratur Iberum
 Venturum thalamo genita; fideiq; magistrum
 Romana laudat nimium: nunc coniuge tanto
 Terq;, quaterq; vocat felicem nomine natam.
 Inclyta nec cupiunt lætam sua gaudia mentem.
 Tunc sic dilectum, vultu suffusa decoro,
 Alloquitur Regem. nostri quæ gaudia Thraces,
 Supremoq; tuæ spondent genitricis amore
 Nata tibi (sum mater enim suffecta parentis
 Affectu) veteresq; addunt congesta Pelasgi,
 Accipe: sint meritis quamuis nõ digna supremis
 Ista tuis: cum te virtus præstantibus ausis
 Efferat; & gestis illustribus æquet Olympo.
 Nec te iactatum credo sine numine diuum
 In fontem; ni parva quies, & meta laborum
 Sit dijs auspiciis tranquilla in sæcula vita,
 Amborumq; grauis solatia certa senectæ.
 Me siquidem thalamis magnorū iungere Rogū
 Laurenam, vetuere deum certissima fata;
 His quia te solum te dis posebat Olympus.
 Stat satis immata tuis fidissima coniux;
 Et tanto Laurena manebit coniuge felix.
 Gratulor his equidem: gemino cõplexus amore,
 Et gener, & mibi natus eris carissimus unus.

*Nec fidei sanctæ nos hoc discrimen ab isto
 Diverse sacro nexu, thalamoq; futuro
 Separat: una fides nobis Romana manebit;
 Aeternoq; Deus solus mihi numine Christus
 Cum genitore suo magno, sanctoq; perenni
 Amborum nexu, solus qui numine Trinus,
 Aeternusq; Deus, numen venerabile semper;
 Iam fateor: tenebrisq; horrentibus eruta Ditis,
 Ingentes supplex tanto pro munere grates
 Persoluo tibi, Christe Deus, mundi, Redemptor.
 Laurenamq; idem fidei tenet unicus ardor.)
 Neu dubita) dono Christi miserantis alumnam.
 Instructasq; fide sancta lustralibus undis
 Expiet Antistes sancto de more Quiritum;
 Et nostri meritis Christi committat Olympo
 Eximij: equidem talt mihi munere sanctam
 Aeterni spero pacem pietate parentis.
 Inscia qua feci, doleo; lacrymisq; profusis
 Hanc veniam, nomenq; mei venerabile Christi
 Exaro supplex; in quo spes una salutis.
 Sic dixit. contra breuiter sic Austrius heros.
 Inceptis superi firment bis numen ab alto;
 Et reddant matri felicem in secula vitam;
 Iactatum ventis qua me suprema gementem
 Felicem thalamo reddis gratissima natae.
 Et mihi mater eris semper; rursusq; supremo
 Ardebo caræ matris surgentis amore.
 Suppliciter pacem fufis oremus ab alto
 Interea precibus; nutu tristetur Olympus
 Coniugium; præsensq; toro det signa futuro:*

Quan-

Quandoquidem sancto fidei conuiuimus uno
 Numine; sic numen idem veneremur amici
 Supplicibus votis, & thure calentibus aris.
 Teq; sacro fidei pariter superasse tyrannum
 Tartareum elypeo, tenebrasq; immitis auerni,
 Gratulor, o dono felix Regina superno.
 Teq; (scias) hodie Genitor afflauit ab arce
 Aetherea: nec enim sancto sine numine posses
 Tanta pio praecepta Dei sic ore fateri.
 Exoluens ergo Christo gratissima grates,
 Hoc donis venerare pijs laudabile nomen.
 Vix ea fatus erat, cum se complexus uterque,
 Haeret amore pio; duplicantq; ingentia vota
 Argolicæ matres superis. at dulcis Iesu
 Dilectum nomen sacras Regina per aras
 Exorat veniam, sacrataq; fœdera nata.
 Interea monstram diri Regnator Auerni
 Principis Austriadae sacra pietate deorum
 Inuictum cernens animum, noua pectore versat
 Consilia; ac talis surgit sententia menti;
 Nomine paulatim claro diffundere Regem;
 Secretoq; probat penetrati in sede priorum
 Congressu; tædâsq; tori connectit inanes.
 Concilium vocat ex templò pallentis auerni,
 Eumenides, quæcûq; ululât per tartara, pestes,
 Ignitoq; sedens solio, dextramq; tridentis
 Armatus, nigraq; caput ferrugine septus
 Undique; sulfureaq; insusstant lumina flâma
 Torua nimis, cinctamq; feris serpentibus atram
 Caesariem quatens, horrendo hæc intonat ore;

Impulsu tremefacta pauent quo tartara vasto.
 Dilecti socij, genus insuperabile bello,
 Quos immensus amor diros accendit in hostes,
 Austriadem scitis nostris ad littoris oras
 Arcadis appulsum ventis; magna; Pelasgum
 Regina blanda iam pridem peste teneri;
 Dum pontus, ventiq; truces, & nostra quiescat
 Ira ferox; Graijsq; libens uxorius oris
 Otia grata terit: quod nos sperauimus olim,
 En reuoluta dies speratos attulit ultrò
 Euentus, nostrasq; vlcisci funere clades
 Hesperio: validis ergò succingite flammis.
 Fulmineas belli dextras, odijsq; malignis.
 Acrius huic solito vigiles incumbite bello;
 In caput vnus surgit victoria cæsi.
 Instabiles ergò Pbrygios, Graiosq; bilingues
 Discordi, varioq; animi subuertite motu.
 Instaurate metum; turbataq; fingite corda
 Principis Othomani, stragè, mortemq; cruentã
 Instantè Graijs; manibus post terga reuinctum
 Ni ducant Regi, seuo seu funere perdant
 Predonem; maculare decus qui virginis audet.
 Othomana: nostrasq; sciet sic perditus artes.
 Inscia turba mea non orat numina dextra;
 Nec seuam sedant aris lucentibus iram
 Tartaream. credunt imbellem, & numinis almi
 Exortem; nec me sacro dignantur honore.
 Effusi veneranda scient mea numina ferro;
 Inuictumq; alij discent non temnere Ditem.
 Vix ea fatus erat; magno rumore Pyrachmon
 Cum

Cùm ruit ad manes diris à faucibus antri
 Tanarij; Regiq; refert exacta Pelasgum.
 Vidimus, o Princeps, sæuum crudelibus ausis
 Accinctum; nostraq; inquit, succendere dextra
 Egimus immensis paulatim pectora flammis
 Tartareis, roseo deceptum virginis ore
 Othomana; quamvis cœptis, curisq; resistat
 Obscœnis; malitq; atræ succumbere morti;
 Quàm turpi maculare fidē, seu crimine mentē.
 Attamē ardet amās, nescitq; relinquere Gratos;
 Spero quidē cœpti tandem, pater optime, palmā.
 Sydereo quid enim non vincet lumine virgo
 Aurea, si stimulat precibus, lacrymisq; decoris?
 Addit opes; regnumq; ingens ingentibus addit
 Diuitijs; thalamumq; libens exorat Arista.
 Intereā magno succendi pectora Gracia
 Gentis amore Ducis, Thracumq; ardētia iunxi;
 Quò nostram felix mentem fortuna sequatur.)
 Austriada siquidē regnū meret optima virtus;
 Hostis adest quāquam; nostrum sed vera fateri)
 Sollicitantq; pijs precibus, commissa ferentes
 Dona Duci; nullisq; virum tamen ille mouetur
 Vocibus, aut donis; qualis marpesia cautes
 Alpinis obstat Boreis: namq; obstruit aures
 Illicitis virtus mentis sincera serena.
 Nec me apud prudentem decepit dextera fraude.
 Prosequor inceptum: vultu tamen ille sereno
 Spem simulat dictis; & amico pectore differt.
 Olli tartareas delusus vertor in iras;
 Impulsuq; premens stygio, deuota Serisso

Cormiada varijs succendo pectora dictis,
 Threiciumq; aciem flauimis, multosq; Pelasgos
 Tartareos; odysq; vro, furysq; malignis
 Crudelem contra nostrum crudelius hostem.
 Othomanumq; decus prædonis crimine laesum
 Objicio; Thracumq; iubentum crimen acerbo;
 Othomaniq; minas, & seuam principis iram,
 Exitiumq; ingēs Thracum, Graiumq; supremū
 Excidium tali venturum crimine fingo.
 Extemplò trepidare metu; monstroq; sinistro
 Attonitis harere animis, & pectore cerno
 Turbato. ceptis insistens prosequor altis
 Exturbare metu trepidantes undique Graios,
 Hac duce fortuna letus. fors adiuvat ausu
 Felici. duce me secreta in sede repente
 Concilium accitur (fido nec cernitur ulli
 Regine; cuncti cælum narrantis ab ore
 Dum media pendent aula) trepidiq; requirunt
 Extemplò; quidnam tantis de rebus agendum.
 Exoritur varius dictis per tecta tumultus,
 Austriaden odys, magno vel amore sequentum;
 Et variam diuersa subit sententia mentem,
 Post varios rerum euentus, & praliū dicta.
 Tunc senior Graios inter veneratus honore
 Eximio, magniq; senis germanus Alandri,
 Regine fidus nimis (ab tunc denique noui)
 Pectore sedato tandem (silet omnis in unum
 Turba virum, reprimit clari reuerentia vultus)
 Orsa refert, socians facundo pectore dicta.
 Quis nouus, ò ciues, optata pace quietos

Iste furor turbat Graios? quis criminis auctor
 Infandi? tantos subito num fama tumultus
 Csuertit ista leuis? prudentibus inclyta forsam
 Pectora concuties parui leuis aura susurri;
 Fraternalumq; decus, nomenq; obtundet iniquo
 Crimine? Regina sacrum maculabit honorem
 Suspicio? pietas profugum regalis Iberum,
 Non scelus infandum magna suscepit Arista
 Hospitio; retinet Regem nec dira libido.
 Eximia quid enim virtute insignis, & almo
 Pectore, Threiciy proceres, deducta superno
 Othomanum soboles magnorū sanguine diuum
 Austriadem sacro iuuenem placidissima tecto
 Excipiens, Graium dono suprema petentem
 Littora, Threicios contra commisit iniquum?
 Nonne decet Reges pietas? non forsitan omnes
 Hospitio profugos tranquilla pace receptos
 Officijs cumulare docet natura benignis?
 Fas, tectum, placidoq; pium concedere littus
 Poscenti. scædetne decus Sultana supremum,
 Magnanimumq; Ducū nomen, famāq; parentū
 Aeternam gestis magna pietatis in omnes,
 Heroem tantum Graijs ē sedibus arcens,
 Regia poscentem frondenti limina ramo?
 Quæ gens crudeles seruat tam barbara mores?
 Forsan hyperboreo crudescit sanguine creta,
 Vel furit byrcano pectus succensa furore,
 Nostræ magnanimæ Sultana oblita parentes,
 Acris in Austriadem, quo non præstantior alter
 Pectore magnanimo, roseo seu pulchrior arc,

Sauies eiectum, dono sua teſta petentem?
Conſilium tanto maturius addite factò,
Magnanimi Thracæ. tantarum credere fictis,
Triste nefas, rerum dictis. decernere famam
Prudentum ſpectat maturo pectora motu.
Fama leuis; credensq; citò leuis ipſe; nec ipſis
Thracibus obijciam, nec Graijs talia noſtris.
Iamq; experta fides (Graios nunc alloquor) almi
Auſtriadum generis toties hæc noſtra tuentis
Mænia ſubſidijs. ſeu celeberrima martis
Gloria teſtatur, nomenq; inſigne parentum.
Quis noſtram ſeu toties hanc hoſtibus urbem
Eripuit? cuius cinctos hos dextera muros
Auxilio, totieſq; inimico à milite victor
Defendit? manus Auſtriadũ celeberrima Marte.
O quoties diro domus hæc defendit ab hoſte
Virgineum tibi, Graie, decus, famamq; tuorum,
Immuneſq; domos, & opes, & limina ſacra,
Reliquias ſanctas, libertatemq; Methones
Antiquam, Teucris duro bis Marte fugatis.
Hæc etiam virtus hoſti laudanda videtur
Offenſo: tanti ſolum nunc gratia facti
Sordet apud Graios. non ſic egere priores
Officij memores: cum te tibi Martius heros,
Imperioq; tuo ſubmiſit, Gracia, faſces.
O utinam dextra ſemper deſenſa fuiſſent
Auſtriada noſtri bellorum vndantibus armis.
Mænia Gratigenum: noſtro poteremur Achivi
Nos ſceptro; nec diſcordi Marathonia bello
Troiugenum dextra fatiſ cecidiſſet acerbis.

Obli-

Oblitusne sibi temeratis filius armis
 Sollicitat nobis optatam auferre quietem?
 Nau ciues fictis, tali neu credite monstro.
 Si tamen (auertant infandam numina pestem)
 Argolicis oris irrepseris vlla cupido
 Regnandi; cæpto manikis arcete paternis.
 Fratris enim seruandus honor: sunt gloria nobis
 Christigena: memorare Patrem, belliq; labores
 Caesaris Austriada pro libertate tuorum,
 Græcia, Christigerum pro religione cruorem
 Effusum: decoratq; tuum, nomenq; Quiritum
 Laudibus æternis toto celeberrima mundo.
 Austriadum generosa domus. defensor Æuita
 Num quisnam fidei ferro, proprioq; cruore,
 Diuinus veluti mira pietate Philippus,
 Gloria magnorum fulgens suprema parentum,
 Cunctorum in lumen Regum, Diuumq; Quiritum
 Eximium? fratri tantis hæc gratia gestis
 In fonti Graium crudeli à pectore forsan
 Reddetur? Patris post tot clarissima facta
 Pro Graijs, proles nostris expellitur oris
 Exul, inops, famæq; luem perpeffa decore,
 Et facti, scelerisq; insons, & criminis expers.
 Triste nefas: nostrisq; indigna per omnia Graijs,
 Prasertim tanto procerum sententia cœtu:
 Quam nec hyperboreis proferret barbara proles.
 Hæc feret ad seras Gratarum fama nepotes
 Facta tuos: memoresq; mali, memoresq; nefandi
 Hoc scelus infandū damnabūt, clara Methone;
 Quin hostes veluti fugient tua mœnia cuncti
 Ausa

*Ausa nefas tantum. quarè fuge dedecus ingens,
 Atque pias scelerare manus, fidissima proles
 Sanguinis Argolici; & patriæ sic consule fama.
 Adde, quòd ob facinus cunctis ludibria Graÿ
 Ausonijs aderunt, venturæ fabula genti;
 Quin longè detestatae pro crimine diro
 Execrabuntur, miseranda o Græcia, gentes.
 Quin etiam gestis horrebit barbara proles
 Talibus; infestisq; odijs premet umnis Achaos
 Infensus fœdos fraterno sanguine mundus;
 Argolicisq; iterum merito Sol vertet ab oris
 Indignatus equos; facinus ne triste videret.
 Quis, vel ubi letho tali prosternitur insons
 Frater? ubi placida degens in pace quietus
 Funditur; aut cæco iustus decernitur antro?
 Corpore vos pulchro, magni vos nomine laeso
 Principis insonis palmas sceleratis Achiui?
 Fraternalq; furens fœdaste cede, Metbone?
 Istane magnanimis persoluis præmia gestis
 Ausriadum? talis veterum stat gratia rerum
 Adde, quòd æthereo genitor prospectat olympo
 Insontem; diroq; incestas diruet arces
 Fulmine: nã memores fandi, memoresq; nefandi
 Sollicitat vindicta deos in fata reorum.
 Quin & Christiadæ cuncti, quin pötus, & æther
 Ultiores sceleris (iustus dolor armat in hostes
 Incestos) fœdis equabunt mœnia campis:
 Et iustè; meritaq; dabunt pro crimine pœnas
 Eversa duris patriæ discrimina fati.
 Cernite facta prius; factiq; expendite causam;*

Olli

Olli sedata casum decernite mente.
 Et memor ad Gratos veterum stet gratia rerum,
 Diuorumq; oculis sanctum super omnia numē.
 Vosq; p̄y Thraces, longo gens inclyta bello,
 In profugum vento placidam conuertite mentē:
 Non etenim muros hostis, nec mœnia ferro
 Diripit; aut martē crudelem Thracibus infert:
 Sultana sacra magna sed pace recepta,
 Et vento, fatisq; feris, & gurgite diro,
 Vt miser, exul, inops, primæ telluris egenus)
 Sic visum superis) nostris iactatus arenis
 Appulit, Argolicis, ipsi miserandus & hosti.
 Quis non hos rerum casus, sortemq; superbam
 Expertus, similis externa in sede timebit?
 Quid nobis simili sauis ex hostibus actum
 Turbine vellemus; dextro ni numine nostram
 Seruari vitam; dictisq; leuare timorem
 Exitij, placidumq; hostes ostendere vultum?
 Sic alijs natum docet pretendere mœstis,
 Et vultus bilares, & opes, & pectus amicum.
 Nunc ergo memores fandi, memoresq; rearum)
 Nam pietas vobis colitur) gens optima iusto,
 Threicy, sperate deos; qui præmia reddunt
 Egregijs, factisq; malis: nec fortē tremendam
 Regine tali magna vitabitis iram.
 Principis exitio; clara quem fronte recepit
 Hospitio; retinetq; volens; nec funus Ibero,
 Aut socijs, nauiq; inferri passa ruinam,
 Aut rebus minimam regalem hoc dedecus ingens
 Crimine magnanimæ famam macularet Ariste;

Sanctaq; cunctorum pariter violata virorum
 Iura forent, sacri sublato foedere sancto
 Hospitij; temerata fides si crimine tali
 Esset in Austriadē; premerent si vulnere paruo,
 Mœstitiaue leui susceptum Thraces inermem.
 Quenam suspitio belli ciuilis adegit,
 Aut quibus indicijs martē prætere Teucris?
 Esto, quod attulerit famam leuis aura susurro;
 Quid solus Thraces contra, quid posset inermis
 Inuictos? quid Pelides, quid maximus Hector,
 Quid ferus Alcides claua, Myriæq; phalanges,
 Threicos contra, genus insuperabile bello?
 Quid dicent etiam Latij: si solus inermis,
 Hospitio placidè Sultanae exceptus amico
 Incutiet tantum præclara in corda timorem
 Martigenum? sic Thraces erunt ludibria genti
 Ausonia; tanto Teucrum quæ lata pauore
 Ridebit; spernens audacia pectora bello:
 Audebitq; vnus Latium concurrere centum
 Threicos contra. hostilis timor auget in hoste
 Insolitas vires. ne passi id crimine Thraces
 Immerito, maculent æterno vulnere famam;
 Consulimus. vos nunc tantos expendite casus
 Threicij Patres: famam, nomenq; parentum,
 Iustitiæq; cauate sacrum non temnere numen.
 Talia Franciscus; simul hæc, & plura fremebāt
 Insignes pietate senes, Graijq; fauentes:
 Soluissentq; Patres in fontem auctore senatus
 Threicio (dictis etenim pietate fauebant)
 Ni mea magnanimis ingens prudentia cæptis

*Inſiſtens, validis ſuccenderet impia flammis
 Corda virum, dictis ſenioris mota benignis.
 Sic nãſtro (furor hos primus iuuenilis agebat
 Audentes ſine lege viros) perſuſa veneno
 Scinditur in varias pubes aſperrima partes.
 Aſt ego proſpiciens tantum munimine bellum,
 Maiori, præſenſq; adiuncto tempus egere
 Subſidio, ſocium miſi per tecta ſuſurrum;
 Qui faciem, vocemq; ſenis mutatus Achæi,
 Vix tenui primùm, mox claro murmure Regem
 Argolicis narrans ſadis, munimina martis
 Addit, ad eſſe domi Graijs res credita tandem.
 Letitiaq; replet Graiorum, & pectora Thracũ
 Multorum; quorũ mentem luſtrarat Olympus
 Iamq; diu paruo ſerpens ſtipata ſuſurro
 Fama per ora virum, vires accreſcit eundo;
 Arcadiamq; omnem vario ſermone repleuit,
 Conſtitui Regem; Thracum qui colla ſuperbo
 Sterneret imperio, reddens in priſtina Graius
 Tempora; felicemq; ferens in ſacula pacem.
 His accreſcit amor Regis, tum gaudia cunctis
 Innacbijs. duce me tandem ſic viuida fama
 Tollitur in cœlum; liquidumq; per aera currens
 Præpetibus pennis atolam enauit ad urbem;
 Threicioſq; animos rumore impleuit amaro,
 Sublimem ſceptro Auſtriadem; Regemq; vocari
 Arcadiæ; Graioſq; addit iurãſſe rebelles.
 Et ſi quod factum ſperat, fortuna ſequetur,
 Chriſtigeneq; addant ſocias in prælia gentes;
 Biſtonias arces, Thracumq; exercitus urbes*

Ingruet Ausonias; sceptroq; infletnet iniquo;
 Othomanumq; decus, gentesq; euertet Eoas,
 Ac Teutrum ritus, celebrataq; templa Sabæum.
 Adiuuat hunc ausis etiam Sultana superbis)
 Quod peius) Regemq; vocat; genitaq; dolentis
 Prædoni thalamum inuita promittit Ibero;
 Othomanumq; decus spernit, sanctūq; Sabeum,
 Suscipiens Christam; quem non coluere priores
 Othomani, magni solo prædonis amore:
 Multaq; tela parare domi, magnaſq; cateruas
 Paulatim Graium, Crætaq; accire phalanges,
 Adiunxit; sociamq; oris accedere classem
 Innachys, celeriq; alacres per cæcula cursu
 Tot misisse viros Latio, Regiq; potenti
 Bætigenum; socias poscant qui marte phalāges.
 Polliciti auxilium multi; multiq; profecti
 A patria: bellumq; ingens, damnūq; parari
 Vndique; ni sæuum Grayſ arcere repente
 Hesperium, studeant; miseram seu demere vitā:
 Instantemq; ided Grayſ accedere classem
 Addidit Ausoniam, non bello euertere Teucros;
 Insydysq; olim conceptum exurgere martem.
 Parua quidem primū res hæc est vīsa cuique
 Threiciū; quod solus homo tot damnā pararet
 Hospes; & hospitio Sultana exceptus amico.
 Sed magno tanxi tandem trepidante tumultu
 Martis in Othomanos; longa contagia morbo
 Magna forent; magnisq; simul sublime periclis
 Imperium Thracum satis versaret acerbis.

Finis Lib. noni.

F. PE-

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Decimus .

ARGVMENTVM.

Graiorum sequitur Teucrumq; peracta Pyrachmon;
Lucifer ignescit: narrans genus vnde piorum
Aufriadum, rursus connubia suadet Alander
Virginis Othomanæ; socijs quæ gesta recenset
Aufriades: tandem committunt omnia celo.

Hoc insperato turbati pectora casu
Sythony proceres, simul obstupere silētes:
Spemq; metumq; inter dubij, famamq; volantē,
Arcadia rursus quæ sint ea facta, requirunt.
Corde fides anceps dudum; nam coniugis alma
Verus amor, talisq; vetat reuerentia fama
Dedecus hoc ingens, quin & deuota Pelasgum
Turba virum; quorum studium, fusiq; cruores,
Bellorumq; labor, magnum testantur amorem,
Illasamq; fidem, sacroq; immobile pectus
Othomanum scepro: sic res nō credita primum.
Nec tantis, socij, gestis accinctus, & arte
Proficerem; falso tantum ni crimine coeptum
Iuisssem, socium mittens sub imagine Thracis;
Qui fingens veluti mercator cognitus urbi
Aetola, celeri cursu venisse Metbonē;
Falsaq; commiscens veris, id narret; & author
Sit litis, magnoq; dolens seu sedus ad aurem

Pandonio referat; succensaq; corda susurro
 Urgeat; & cœptis instant ingentibus ambo:
 Dum Graios inter Teucrosq; obscura Methone
 Prælia succendam vario discordia motu;
 Ambagesq; seram varias; an funere perdant;
 An claudant antris saltem terrentibus hostem.
 Paulatim dant ficta fidem, magis ordine recto,
 Quàm vero. sic omnino res credit a Teucris.
 Olli subreptæ furijs uxoris acerbis,
 Et genitæ succensus Halys, tantæq; ruina
 Principis Othomani fati agitated amaris,
 Aestuat, infrendens; curisq; ingentibus ager,
 Horrendoq; furens impulsu concitus orci,
 Turbatam casu mentem per cuncta volutat.
 Num sit cedendum fati; an pectore firmo
 Obstandum; vitam magno sacrare decori,
 Seruitioq; Ducis iustis occumbere cœptis
 Magnanimi statuit: veri nam principis unam
 Aextimat hanc vitã venturæ laudis honorem.
 His tandem accensus furijs, & numine nostro
 Ismarius Princeps, hanc rupit pectore vocem.
 Pro scelus indignum; nostris illuserit hostis
 Perfidus his oris? Graiasq; impune per urbes
 Barbarus hic prædo spolijs orientis onustus
 Ibit; & Argolicas fædo violauerit oras
 Congressu? nostrone sacro, genitæq; pudori
 Dilectâ lata tentarit coniuge crimen?
 Eheu quàm ferale nefases tristior ausus
 Incestis prædomanibus, num regia virgo,
 Barbare, prædatais palmis hic digna scelestis?

Quid

Quid moror infelix? quod me crudelis adegit
 Sors miserū? meritas equidē dabis improbe penas
 Hostilem prostratus humū quater ore remordēs
 Hac dextra: crimenq; tuus cruor abluet atrum.
 Arma, facesq; citò, socj; date vela secundis
 Iam nunc, o nauta, boreis. quid demoror auras
 Ultrices scelerum tantorum? incumbite ponto;
 Præpetibus celeres discurrete cæcula remis;
 Ultorem vindicta vocat miserata superbum.
 Talia dicentem, furijq; immitibus actum
 Circūstant proceres, ingens Portanus, & ingens
 Ocyalus, Pialisq; ferox, & feruidus Assas,
 Magnanimiq; duces alij; dictisq; benignis
 Incipiunt fando tristes auertere curas.
 Hæc commenta quidem, caraq; hæc cōiugis arte
 Omnia consieri, dicunt. absentis amore
 Dilecti succensa viri munimina finxit
 Talia; quod thalamo, iustoq; inuisere posset
 Amplexu; tædetq; absentis ferre laborem.
 Quin hæc de genita, fidaq; uxore fateri,
 Triste nefas. demunt acres bispectore curas.
 At alij dubio iam dudum crimine pendent;
 Instabilisq; animi varios expendere casus
 Incipiunt; & quàm regnandi infesta cupido;
 Fæmineumq; leui pectus mutabile vento.
 At dictis Halys, & furijs agitatus auerni
 Turbatum partes animum vertebat in omnes:
 Infelix quid agat. supremi cedere Regis
 Iussa vetant; stimulis ingens sed dedecus urget.
 Hæc tandem potior sedit sententia menti,
 Cedere;

Cedere; prædonemq; atro prosternere letbo,
 Vxorē me truci macula sine crimine tantæ
 Amplecti, supremâ moræ solatia longa.
 Sed vetuere duces; cunctas dum milite naues
 Compleat armato; martemq; lacessere possit;
 Austriademq; petat socijs in vincula cæsis.
 Tunc acies omnes Teucrum, Sariaeq; phalanges
 Terribiles subiere rates; lætaq; morantur
 Surgentes auras, tranquillaq; cærulea ponti.
 Continuo telis ineant, & sanguine martem
 Horrendum classes fatis speramus acerbis
 Fluctibus Ionjs; pontumq; insternere bustis.
 Interea magno succenssi corda furore
 Testantur casus, & quanta pericula surgunt,
 Hanc differre luem, Thraces, mistiq; Pelasgi.
 Author ego litis. vacuas it rumor ad auras.
 Neu, Patres, hæc per nostram contagia gentem
 Tranquillam serpat (surgit vox omnibus una)
 Primus adest error; peior fortuna sequetur
 Argolicis; seuæ si non occurrere pesti,
 Consultum. patriæ iam iam via prima ruina
 Panditur; & nostris optamus prælia damnis.
 Quid tandem, Thraces, fandi doctissimus arte
 Cormiades, nostroq; magis succensus auerno,
 Rebus, ait, longæua feret patientia nostris
 Vtile; si sæuam patimur consurgere môstrum?
 Sit Dux Austriades fidus; sit fida Methone
 Austriadum generosa domus; sit magna senatus
 Gloria Romulidum; sitq; urbis dextera Romæ;
 Id magis in Teucros surgit memorabile nostros;

Sollicitatq; magis quidnam de rebus agendum:
 Hostis enim scuit iam nunc furialibus armis;
 Instruētq; truci classes stant undique bello.
 Quid nobis ergò Teucris id proderit unquam;
 Quòd Graij memores referant præclara priorum
 Gesta patrum; Teucras cōtra ni Marte rebellem
 Excitet Arcadium memorati gloria belli;
 Spēq; addat victis? mereat tot clara triumphos
 Austriadum pietate sacra generosa propago;
 Digna quidem. sed laus talis sublimis honorem
 Principis Othomani magnū uelut hostis æerbat;
 Sollicitatq; animos Graiorum in Regis amorem
 Austriada; Thracumq; almo decedere sceptro.
 Sit potior quamuis pietas, absoluerè fontem,
 Vnquam quàm seuis in fontem addicere pœnis;
 Aequius, & tutum partem seruare benignam;
 Hospitioq; homines primæ telluris amico
 Alma parens natura frui commendat, & unda;
 Horreat & violare fidem gens barbara sacri
 Hospiti; quidnam id fuerit, sibi vester Atrides
 Cognouit: magnaq; decus maculetur Aristæ
 Fœdere sic læso, sed non prædonis amore.
 At quid Tbreicium tantis occurrere damnis,
 Triste nefas? nobis quid consuluisse pigebit;
 Funere tum solum tantos pepulisse timores
 Vnius Austriada; iustum seu debita soluant
 Vinclametum? forsàn fatis optamus acerbis;
 Vt doceat victos bello fortuna dolere?
 Esto; quòd sauo deposcant pectore Graij
 Periuri Regem populi; sceptrumq; rebelles

*Austriada tradant; cingantq; imbelles corona
 Fortè caput; sociaſq; ferant in prælia gentes;
 Quis tibi tunc ſenſus, Patrum venerāda ſenectus;
 Ni culpare moras, & pacis querere leges?
 Nec tutā cobibent noſtrā tunc arma Methonē.
 Hoſtis habet muros: ſunt propugnacula circum
 Hoſtiles turma; ſubito qua mœnia pandant;
 Diſtaſq; acies, inimicaq; tela receptent;
 Vicinaq; vrbes, vlturæ damna ſuorum,
 Quos ferro toties Teucri ſtrauere cruento,
 Extemplò ſe iungent auxiliariſq; armis;
 Inſtructaq; fero properabunt milite claſſes
 Heſperia ſubito; ſtammiſq; furentibus urbem
 Aequabunt campo caſis tot millibus antè;
 Et noſtro, Patres, cernetis ſanguine campos
 Vndantes; manibuſq; ſenes poſt terga reuinctos
 Threicioſ; & qua domuerunt fulmine mundum
 Inuiçto, palmas ſtringent fera vinculo ferro
 Imbelles, genitaſq; vna cum matre dolentes
 Crinibus effuſis ſuffuſas lumina ſetu,
 Barbarâ progenies prædam conducet opimam;
 Priſcorumq; manu ſeruata palatia forti
 Iſta ruent exciſa ſimul (lacrymabile viſu)
 Non mortem quamuis, nõ quauis funera primū
 Optaret quiſquam; patria ne tale videret.
 Excidium? quidnam rueret ſi Græcia tota,
 Thracia ſi felix, totumq; à culmine magnam
 Imperium Ducis Othomani? ſperate Methone
 Principium victa tantæ feræ ruine,
 Threicy proceres: oculis iam cernite noſtrum*

Exci-

Excidium. tantum oramus feralibus ausis
 Consulite, o Patres; surgentem extinguite pestem;
 Imperiumq; sacrum quaesitum sanguine tanto
 Othomanum, quod tot magni peperere labores
 Threicium seruate Ducum, famamq; priorum:
 Neu patriæ tanto belli flagrante tumultu,
 Tantorum furijs operum consumpta iuuentus,
 Consumptiq; senes pereant, simul omnia Graiis.
 Quin pœnas solus potius pro talibus ausis
 Pendat inops; exul patrijs eiectus ab oris
 Infandum facinus cœco luat improbus antro
 Deuinctus tereti ferro, seu funere iusto;
 Qui Graiis leges, Thracumq; immobile scriptis
 Magnanimum telis ausus violare nefandis.
 Sic discant alij, sanctum non temnere numen;
 Et pacem Teucrum, vitamq; agitare beatam.
 Talibus accensi dictis, furisq; malignis
 Regis apud multos res est iam credita Thraces,
 Præcipue sacro magni sermone Seriffi.)
 Exitium poscunt subito, mortemq; cruentam
 Insonti; raperentq; nasci dant impia corda
 Crudeli; duro contra ni Marte fauentes
 Obstarent: totaq; furor seuissimus aula
 Bachatur Teucrum; nec sat rationis in armis:
 Dissensuq; alitur rumor; velut aestuat undis
 Impacata quies ponti bellantibus Baris.
 Fit strepitus; magnusq; oritur p̄ tecta tumultus.
 Non secus ac toto discordes aethere venti
 Nubibus inter se densis, & flamine sauo
 Incurfant; magnoq; gerunt horrentia Marte

Prælia; nec cuiquam cedit victoria forti
 Dum sceptro pater Aolise non iusserit aula.
 Tales inter se dictis, & pectore firmo
 Bella gerunt omnes; ac feditione cruenta
 Saxa, facesq; , sudēsq; simul, densq; volarent
 Tela niuis ritu, caderent & millia campo
 Corpora casa virum: sed iam poscente Serisse,
 Regina: verito ne fama feratur ad aures
 Bellorum, strepitusq; feri, cunctosq; trucidet
 Authores scelerum, reducemq; remittat Iberū,
 Contiamere omnes; dextraq; silentia ponens.
 Elata, rursus solio sedatus ab alta
 Verba mouet. tantis equidem decernere casus,
 Est nostrū, Thraces; surgentē extinguerē pestē,
 Sicut & in fontem cunctis arcere periclis.
 Ergo rem tantam, Teueri, maturius omnes
 Cernemus; iustumq; dabit sententia finem.
 Assensere omnes dictis; aulaq; profecti,
 In varias animum partes, curasq; trahabant:
 Qui nocent, faueantq; alij; Regemq; sequatur.
 At ego tartareas asuens in cordibus iras,
 Inuidiaq; dolis iuuenum feruentia corda
 Succendens nostris, dixi certamina martis
 Moliar; & belli fit inextinguibilis ardor.
 Insisto ceptis vigilans; ne fortē supernum
 Ardentem numen nostram spiramine dextram
 Euentu tanti belli frustreretur; & Orcum
 Optata nostrum defraudet funere mortis.
 Sic diris odijs, animisq; feruntur amaris.
 Gratulor; & tanto casorum plurima corda

Dissensu spero; nostras hoc Marte cruenta
 Vlciſci lacrymas, omnemq; timore ruina
 Ventura pugna noſtro letabar auerno
 Auferri. votis ſed iam contraria noſtris)
 Prob dolor, infandumq; ſcelus) ſeuiffima nobis,
 Felia qua quondam magni cariffima Ditis,
 Nunc erga ſeuum pietate reſiſtit amicis
 Heſperium; ſpernitq; patre; cunctoſq; Pelasgos,
 Threicioſq; duces urget deſiſtere cepto;
 Vt primum tanti tenuis peruenit ad aures
 Fama mali; dictiſq; minas regaliter addit.
 Addidit & nobis maiorem in corde dolorem
 Impia lucifugis; ſpreto ſuſcepit auerna
 Aeternum Chriſti numen; lymphiſq; ſacratu
 Imminet; & multos ſacras adducet ad undas
 Exemplo Teucrum tali, dictiſq; benignis.
 Principio quantum tali, pater optime, damnum
 Ingruat, & qualis nobis hac pace ruina;
 Aſpicis; auxiliſq; egeat res tanta tuorum:
 Ne totum ruat inuiſa lacrymabile pinu,
 Infauſtiſq; undis regnum Plutonis; & omnes
 Inuicti proceres ſuperis ludibria victi
 Noctiuagi cæco perſoluant carcere pœnas.
 Talibus accenſus dictis regnator auerni
 Acrior exarſit; totoq; in vertice flammis
 Vndat apex; rabidoq; furens hæc excipit ore.
 Ergone ſupremum nomen crudelis Ariſta
 Inuictu noſtrum ſpreto deſpexit auerno?
 Ergone crudelem lymphis luſtralibus hoſtem
 Dira ſequens, magnum dictis irridet amaris

Luciferum? scelus indignum: mibi perfida tandem
 Cum prædone tuo meritas pro crimine pœnas
 Igne dabis; votisq; meum laudabile numen
 Supplicibus detrufa scies miserabilis Orco.
 At vos tartarei proceres, gens inclyta bello,
 Afflictis alacres tantis succurrite rebus.
 Sed tu, cui meritis est aucta corona Pyrachmon,
 Artibus, innumerisq; dolis insignis alumne
 Magnanimi Ditis, generoso accingere cœpto:
 Rumpere moras omnes; inceptaq; perfice tanto
 Auxilio; fatis iuuat hæc fortuna secundis,
 Tartareis miserata duces. nec prima furoris
 Prælia fœminei pauas; ceu mollis arando,
 Fœmineæ pietatis opus variabile vento.
 Accendet mutata faces (absiste vereri)
 Ferales odijs citius Saltana malignis,
 Ingrato delusa feri prædonis amore.
 Quam frustrata fidem, qualem succensa furore
 Ingenti seclata modum, pacemq; pudoris
 Fœmna? nescit amans mentis delusa quietem.
 Sic dicens, ira socios accendit in hostem.
 Interea petit Austriadem longæuus Alander,
 Sollicitatq; toro Threissa virginis aures.
 Quanta per Argolicos consurget gloria campos,
 Nate, vides, inquit, qualis solatia vitæ
 Contagiotali Graijs, & quanta salutis
 Præmia Tenerorum summo gratissima cælo;
 Qualis honos, & quale decus felicibus ausis
 Principis Austriada. teneros annosa senectus
 Consumptos steriles frustra reminiscitur annos;

Et

Et dolet, illecebras puerum, nomenq; saane
 Non audire patris, vitæ nec præmia nosse.
 Quin etiam iusti totus componitur orbis
 Principis exemplo. sic te, iustissime, tota
 In sanctum reuoluta modum Marathoniam Regem
 Florebit rursus: priscum sic Græcia nomen
 Vendicat. his ergo iustis nunc annue votis,
 O Princeps; precibusq; tuos solare Pelasgos
 Susceptis. tua sunt etenim (neue despice) regna
 Arcadiæ. defende Patrum sublime tuorum
 Imperium saltim; tædas si coniugis istas
 Despicias Othomana, Graium si vota precatum,
 Trucrorumq; preces: saltim miserere tuorum
 Argolicum, lacrymasq; tui genitoris Alandri
 Dilecti, sortemq; senis; mentisq; quietem
 Optandam, varijq; agitatum respice vitam
 Fluctibus. at tanti quod scire negotia possis
 Imperij, Patrum cernens genus unde tuorum
 Inuictum; mentem dictis intende futuris:
 Nã domus Atræiadi quondã ditione Pelasgos
 Eximia tenuit; rexitq; illustribus actis.
 Sed primã repetam fortes ab origine Reges,
 Magnanimumq; genus, primæ cunabula gentis
 Incluta (si visum) cunctos hoc codice namque
 Heroes (aperit librum sub veste latentem)
 Depinxi quondam getidis regressus ab oris
 Peonia, magni solim genitoris amore
 Succensus; famamq; patres retulere priores.
 Principio Pater omnipotens pietate superna,
 Cernis, ut athereas acies, cælumq; profundum

Condidit; ac recto distinxit in ordine mundum
 Eximio; belloq; truces cecidere rebelles
 Culmine sydereo noctis pallentis ad umbras.
 Cœlestem statuens impleta sede ruinam
 Agmine laudantum deuoto pectore numen
 Aeternum reparare virum; turbaq; beatæ
 Alicherum plaudente choro descendit ad orbem.
 Aera tum miscens ætheræ, laticesq; solumq;
 Membra Damasceno primi surgentis in agro
 Format Adæ; spiratq; animâ; quæ duxit in almas
 Delitias; sociamq; Euam coniunxit habendam;
 Quò repleret homo cœlestis damna ruinæ;
 Aeternumq; patris numen laudaret amantis,
 Subditus æthereis tantum super omnia iussis.
 Crimine deiectis sacra de limite sedis
 Ad varias rerum ærumnas genitoribus ortus
 Seth iustus, cædis solatia magna prioris;
 Quo genus Austriade ducunt a principe Reges.
 Filius huic Aenos sancto succensus amare
 Aeterni Patris primus venerabile nomen
 Inuocat; ac varijs mortalia pectora signis
 Sollicitat summi reuereri numina Patris.
 Prosequitur magna patrem pietate Cainan
 Insignis; cœliq; Deum deuotus adorat;
 Inuitatq; suos dictis, factisq; supernum
 Deuoto solum venerari pectore numen.
 Hoc genitore satus, diuum de semine Planta
 Malalehel dictus sequitur; patremq; Cainan
 Aequat amore Dei: magnus succedit Iareth
 Filius huic, dictus robur: nam roborat orbem

Pro-

Progenie Pater æternus, cœliq; ruinam.
 Aspice, sit quantus iusto de semine Larath
 Natus Enoch; primus sacrâ qui viuus in Eden,
 Vnde parens primus pœna deiectus uterque,
 Cœliuagis liquidum transfertur in aera bigis.
 Prosequitur cari iustus vestigia patris
 Mathusalem; laudatq; sacrum fumantibus aris
 Aeterni numen Regis, precibusq; veretur.
 Ne tamen ille cti misera dulcedine vitæ
 Fortè superbirent homines, numenq; supernum
 Despuerent: cœlo demittitur aurea proles,
 Mathusalem genitus iusti de semine Lamech.
 Cernis; ut æternus genitor flagrante tumultu
 Pestiferae carnis Noen de sanguine Lamech
 Edoceat primam tabulis intexere nauem
 Ingentem piceis; seuis surgentibus undis
 Quò genus humanũ, pecudũq; à morte reseruet?
 Diuino Noe seruatus, & equore nati,
 Mortali complent paulatim semine mundum.
 Hos inter magna excellens pietate parentem
 Sem fouit; patriumq; iniecta veste pudorem
 Opperit auersus; frater quem spreuit iniquus.
 Non minus assequitur diuino insignis amore
 Sem genitore fatus, mortalia pectora sanans,
 Alphaxat dictus; lethalia vulnera sanat
 Rector enim cœli, post oblita crimina fletu.
 Filius illustris magna virtute parentis
 Cœlicolum, primo maior, dictusq; Cainan,
 Accedit; cari; auget genitoris amorem
 In superũ Regem, precibus veneratus, & agnis.

Aurea progenies iusto genitore Cainan
 Nascitur inde Sale, summo demissus olympo
 Interpres diuum, magniq; insignia Regis
 Venturi portans, nostra qui caussa salutis.
 Seinditur in geminam prolem tunc gētis origo;
 Huic genitus nam primus Heber; quo principe
 Hebraei, mundi q; salus. succedit Ierar (cuncti
 Germanus; genus Austriada quo sāguine ducūt.
 En nō dignus auo natus patre Ierare Nēbroth:
 Cernis; ut ethereum patrem, dulcesq; penates
 Deserat; & vento Dictæas appetat oras;
 Regna locet; curuq; vrbes accingat aratro?
 Ut letus, tumidusq; nouo præcordia regno
 Filius accedens surgentes augeat vrbes
 Dictæas? terræ sapiens hic dictus; & ipsum
 Antiqui dixerunt Demorgogona Graij.
 Ecce satus magna virtute coruscus Orion;
 Cui diadema sacrum capiti, regniq; coronam
 Imponit; gratumq; sibi vocat insula Regem;
 Seq; Ducis Cræten dicit de nomine Cræsi.
 Qui tamen auricomis redimitus tempora fertis
 Filius accedit Cræso genitore superbus,
 Aetherus est dictus; placidusq; virentia regna
 Græsia pace regit; turbataq; pectora mulcet.
 Filius etherea (cernis) præclarus ut arte
 Vranus assequitur, proprio quoq; nomine dictus
 Cælius; ut cæli motus speculetur, & astra
 Sedulus; immittatq; æternam in secula famam?
 Ut satus Alberides vites, & rara colenda
 Edoceat, pacemq; simul, tempusq; caducum;

Inualidusq; senex tandem noua gurgite quærat
 Arua fuga; Latiumq; fugæ de nomine dicat?
 En illum; cui templa vides tot condita mundo,
 Vt diuum patri, Saturni sanguine crotus
 Iuppiter Austerius dictus; qui subdidit alto
 Arcadas imperio; doctasq; adiunxit Athenas.
 Tantalus hûc sequitur; qui letus origine diuum
 E Nympha genitus, Phrygijs dominatur in oris
 Armipotens; superatq; acie trepidante superbû
 Troada, succensum rapti Ganimedis amore.
 Hoc genitore Pelops, humeroq; insignis eburno
 Alphæi circa lymphas, atque Elidis orbem
 Ambito Regis poscens connubia nata
 Auriga, potitur commista coniuge regnis.
 Prosequitur patrem Alcæus; regnoq; paterno
 Succedens, Cadmea colit regalia tecta.
 Totaq; sub magno (placida nam pace regebat
 Subiectos) submissa volens est Gracia sceptro.
 Cernis, vt Amphitrîo sedes extollat auitas
 Prole sua; cuius totum diffusa per orbem
 Fama volat belli magnis fulcita triumphis;
 Thebanosq; duces armis supereminet omnes?
 Vt totum claua mundum tremefecit, & Orcum
 Filius; vt victa cessit Iunonis iniqua
 Ira ferocæ, & monstra Deum, cælûq; profundû
 Inuictis bumeris; tandem perimente veneno
 Tollitur è terris, Latio iam prole relicta,
 Maximus Iasius: cælo quem sæpius audis
 Alciden miris attolli laudibus alto.
 Sic genus Austriadum florentes rexit Achiuos

Innumeris annis, redeunt en secula prima;
 Accipe dotales, quos dat tibi gentis origo
 Herculeæ; magni genus à quo principe ducunt
 Austriadae. belli sed iam trepidante tumultu
 Cedit Auentinus Latio; quem Rhea sacerdos
 Alcida genuit magno; monitisq; paternis
 Heluetros superat populos comitantibus armis
 Ausonia, fatiq; deum. tectisq; locatis
 Arcis Auentinae nomen de nomine dixit
 Ipse suo. validis succedit filius armis.
 Huic nouus Alcides; & auû sub Marte ferentē
 Aduersi sensere duces, gelidæq; feroces
 Saxoniae populi. diro tamen impia turba
 Excipit incautum ferro; prolemq; requirit
 Perdendam: sed fata vetant, & Rector olympi.
 Inuictus bello succedens feruidus ultor
 Sanguinis Antennor patrij, debellat iniquos,
 Rura, domosq; feris linquens crepitantia flâmis.
 Euersis tandem fati exercitus omnis
 Bella diu luget: firmat Marcomirus armis
 Filius exanimis monstro, fatiq; deorum,
 Ac victo deinceps spolijs ex hoste relatis.
 Alter & Antennor (cernis) succedit auitis
 Imperijs; nomenq; æternum ad sydera tollit
 Bellorum, pacisq; bonæ: populosq; feroces
 Vt tandem cara vocet ex uxore Sycambres?
 Cui redimita vides tercentum tempora fertis,
 Victor adest Priamus; qui belli in secula famâ.
 Laudibus æternam miris æquauit olympo:
 Gallia mille suis insignijt arua trophæis.

Non

Non tamen hic patrē sumptis imitatur in armis
 Priamides Helenus, nec auū, sed pace quiescens,
 Otia grata terit; partamq; labore quietem
 Magnanimi genitoris habet; præbetq; petitam.
 Filius horrendo succedens Marte Diocles
 Consilio prudens, pietate insignis, & armis
 Hostibus auxilium præbet liuore remoto
 Antiquis: soluitq; Gothorum Saxonas armis,
 Sanguineis ferro sternens tot millia campis.
 En Bruto similem: genitum dat pendere pœnas
 Iustitia speculum claro Bassanus honore;
 Regnorumq; decus patrio præponit amori.
 Desuit haud equidem proles: sic numina diuum
 Exposcunt. heres regnis Clodomirus altus
 Succedens, belli magno trepidante tumultu
 Gallorum florem telis extinxit acerbis.
 Filius huic medijs ingens feruentibus armis
 Nicander ferro proscindit densa Gothorum
 Agmina; dum sæuis Germanos cladibus urgent;
 Diripiuntq; agros; ac miscent omnia fletu.
 Magnanimo succedit auo Marcomirus alter
 Assimilis, magna pietate insignis, & hasta
 Inuictus; longèq; feroces distinet hostes:
 Dum magnū trepidāte refert in Marte parentē.
 At qui sectatur deiecto lumina vultu
 Clodius infelix; fati adductus acerbis
 Audet in Ausonio nimum; sed tristibus ausis
 Amittens acies, fudit cum sanguine vitam.
 Non tamen Antenor fati permissus iisdem
 Sanguineo sortem ferro genitoris iniquam

Vlciſci; potius gratis terit otia Muſis,
 Pace regens populos cunctis gratiſſimus alma.
 Fortuna telis cedens Clodomirus atris
 Filius, optata compoſtus pace quieſcit;
 Subiectoſq; regens placida ditione Sycambres,
 Aurea magnanimi ſequitur veſtigia patris.
 Filius at validis acer Merodorus armis
 Vltor a deſt; cladeſq; atavi, ſamamq; ſuperbam
 Sanguine Romulidum redimit, ſpoliſq; receptis:
 Fulmine dum Latios horrendo diripit agros.
 Haud patris ſortem ſupremo in Marte ſecutus,
 Succedit Caſſander auo; ferrumq; recondit:
 Dulcia Muſarum delectant otia mentem;
 Contriſtatq; cruor, ſœdataq; ſanguine tellus.
 Caſſandri genitus ſectans veſtigia patris,
 Fronte gerit pacem; tum ſœdis abſtinet armis
 Anthyrius: tædet belli perferre laborem,
 Et galea crines, corpusq; vrgere metallo.
 Nō tamē id genitus ſequitur; ſed fortibus auſis
 Irradiat; dicitq; ſuo de nomine Franchos
 Franchus; quos olim priſci dixere Sycambres.
 Seruat adhuc eadem magnum gens Gallia nomē.
 Flebilis heu fatiſ diuorum Clogius atris
 Filius in nigram Gallorum fulmine noctem
 Proditur; ac terram ſœdō quater ore momordit:
 Tempore quo cœli nobis lux alma refulſit.
 Non tulit hanc patris cladem ſucceſſor inultam
 Tertius inuictis ingens Marcomirus armis;
 Vicinoſq; atro proſternit Marte rebelles;
 Gallorumq; ſimul diffundit ſanguine terram.
 Aſpicis;

Aspicias; ut Gallo genitus, fusq; Quiritum
 Inficiat Latios acer Clodomirus agros
 Sanguine; Romanosq; patres diu Marte fatigās,
 Infandum facinus, mortemq; ulciscitur atram?
 At non fata fidem genito sectantur eandem:
 Cernis; ut effusus Romana per agmina ferro
 Occubat Antennor; fœdusq; in sanguine crines
 Voluitur, hostili delibans oscula terra?
 Succedens, olea gaudet; donisq; Mineræ
 Ratherius; sanctæq; libens gratissima pacis
 Otia sectatur; seuumq; accendere Martem,
 Cum fortuna vocat, medijs in millibus audet.
 Ratherio genitus fatis succedit ijsdem
 Bellorum, pacisq; ingens Nichimerus amica;
 Fortuneq; negat totum committere regnum;
 Ad dirum ni iusta vocet consurgere bellum.
 Magnanimus iustis sectatur Odomarus armis,
 Aurea phœbeis redimitus tempora fertis,
 Felicis ramo clarus frondentis oliæ;
 Subdita dum placidis demulcet pectora dictis.
 At qui paciferis sequitur fortissimus ausis
 Succedens magnis atavis Marcomirus alter,
 Magnanimiq; libens imitatur gesta parentis,
 Seu pacem, Martemue vocet fortuna superbum.
 Nec minus insignis bello, fatisq; secundis
 Filius accedit, gestis Clodomirus altis.
 Alter hians; magnisq; extollit nomen auorum
 Laudibus; æternamq; infert per secula famam.
 Fulmineus sequitur dextra Summonius acri,
 Gallorumq; truci conquassat Marte pbalanges.

Ausoniosq; duces; aciesq; in frustra trucidat;
Dum flauos lata Gallos ditione gubernant.
Inuictis referens atavos Pharabertus in armis
Prosequitur; mittitq; ingens in secula nomen.
Quanta (vides) sacra vigeat prudentia menti;
Parcere subiectis, ac debellare superbos.
Armiger egregio Pharaberti sanguine cretus
Cbildericus auum, duroq; in Marte parentem
Secutat; seuoq; hostes errore subactos
Effundit: tandem compositus pace quiescit.
Filius his atavi ceptis praestantibus acer
Bertherius sequitur bello, pacisq; triumphis;
Inuictaq; domus auget praecoxia fame,
Heluetios claris exornans arua trophaeis.
Proximus huic genitus, bello mauortia proles,
Acer Vualtherius deuinctus tempora quercu
Assequitur patrem; patriusq; inuictus honore
Auget; & aeternam linoquit per secula famam.
Clodius huic genitus, bellis insignis, & alto
Consilio; nulli veterum virtute secundus.
Testantur Galli; quantus consurgat in ensen;
Ingentemq; feroc quo turbine torqueat hastam.
Nec minus egregio succedit pectore clarus, (ci;
Marte ferens atavos magnus Dagubertus atro
Fulmineaq; hostes dextra, ferroq; subegit.
At non crudelis genito seruauit eandem
Sors mutata fidem; fatiq; obiecit iniquis.
Clodius infelix est hic; quem ferrea texit
Telorum seges; & letho demersit acerbo;
Progeniemq; simul subuertit origine rectam:

*Succedat frater quamuis Marcomirus hæres.
 Cernis; ut ulciscens germani funera cari,
 Ense Sueuorum sternat Sinibaldus iniquos ?
 At Sueuos inter validosq; exorta Turyngos
 Prælia componens, diues decessit ab orbe.
 Fræchonas huic genitus prisco de nomine dictos
 Maiorum, patrêq; ferês Dagubertus in armis,
 Inuictis regit imperijs, & pectore claro.
 Consilio, fama; ingens, ingentior ausis
 Filius assequitur præclaris Clodius alter.
 Fulmineo Rbeni transegit flumina ferro,
 Cunctaq; deuastans, quâ plures occupat vrbes.
 Nō indigna gerês patribus Marcomirus hæres
 Interea Clodi, belli, pacisq; magister,
 Occidit. at diris rerum tot casibus actō
 Sic visum superis) remanet spes nulla nepotū.
 Horrendo siquidem belli flagrante tumultu
 Confixus binis gemina inter tempora frontem
 Gallorum iaculis letho Theudomirus atro
 Flebilis occubuit nulla sibi prole relicta.
 Suscitât Austriadum gentis generosa propago
 Progenië consanguineus Pharamûdus, & altis
 Cingitur auriferis Gallorum tempora fertis.
 Martius huic genitus Romanis Clodius oris
 Bella mouet; rapidosq; atro certamine Gallos
 Infestat; sternitq; solo; subigitq; superbos
 Imperijs acri deuictos Marte Turyngos.
 En cunctis maior, clarissima gloria martis,
 Exuperat Meroueus auum; dum dira deorum
 Flagra manu superat forti, mûdiq; superbum*

Terrorem. versoq; ferox fugit Attila tergo.
 At qui prosequitur redimitus tempora quercus
 Hildericus, auro dignus, patrisq; triumphis,
 Heluetios victor, Sueuosq; in sceptras rebelles
 Subdidit; & regnum supremis finibus auxit.
 En sacras venit supplex qui primus ad undas
 Maior auis, atavisq; suis; quod vouerat ante;
 Germanis dum bella ciet seuissima regnis,
 Dona capit Clodouæus sacra lilia cœli,
 Liquoremq; sacrum, Gallorum insignia sceptri.
 Clotharius sequitur ritu lustratus eodem,
 Magnanimi patris non inferiora secutus.
 Quattuor hic genitos, omnesq; in sceptras reliquit
 Venturos: Gallos regit Hilpericus atroces,
 At Theudobaldus Sueuos, Belgasq; secundus
 Childebertus habet; sed eunt sine prole secundi.
 At genus Austriadum māsuris Austria sceptris
 Regna Sigisbertus tenuit, non libera diræ
 Clade tamen fertis; germani coniugis arte,
 Cernis, ut extinctus iaceat deflebile bustum;
 Progeniem sectatur adhuc fortuna flagello.
 Ecce Sigisberti claro de sanguine cretus
 Frugibus ut diris deflet lacrymabile funus
 Vxoris Childebertus suprema secuta.
 Excitat armigeros odijs in fata nepotes;
 Tingat ut alterius fraterno sanguine ferrum
 Infandum crudelis anus; magnoq; Latino
 En similē Theudobertum cum sanguine pronū.
 Excerptit Theudoberti duo pignora ferro
 Brumia crudelis. priscos ad Francobas alter
 Tendit;

Tendit; & Heluetiū (patruus cū missus ad um-
 Regna dedit cōsāguineo Rex Gallus amico (bras)
 Inde Sigisbertus recidiuæ (hoc nomine dictus
 Incolumis fato) genitum præfecit Obertum
 Arcis Auentinæ Comitem (quo principe cuncti
 Aufriada dicti Comites sunt tempore longo;
 Imperij quamuis ingentia scepra tenerent)
 Ecce Comes, regniq; hæres succedit, & ingens
 Laudibus æternis tollit super æthera nomen,
 Non indignus auo claris Bibonius armis;
 Expellitq; acer totis à finibus hostes.
 Vtq; Gothos, Dacosq; satus mucrone Rubertus
 Fulmineo sternat campis; terraq; mariq;
 Victor ad auroræ fines expellit abactos,
 Martigenumq; (viden?) depellit limite pestem.
 Qui sequitur, pietate grauis, mauortia proles,
 Ratherius magnus, non inferiora secutus
 Patris honore sacro; victor qui flumina Rhæni
 Contudit imperio, iussis parere benignis.
 Filius egregio succedens clarus Obertus
 Sanguine, deuictos conculcat Marte secundo
 Belligeros hostes; patrijs dum fortibus ausis
 Aemulus æternum mittit per secula nomen.
 Lapsa diu fortuna fero contendere Marte,
 Inuictosq; duces, prolemq; laceßere ferro,
 Paciferis patitur dudum requiescere gestis
 Galbona, tranquillumq; frui felicibus oris.
 Succedit Latis generoso Galbone cretus
 Rampertus regnis, sanctaq; allectus ad omnes
 Pace fruens, placidi sequitur vestigia patris;

Non est passa diu quamquam fortuna quietæ.
 Aspicias, Heluetios ut aperto Marte rebelles,
 Subiectis parcens, magno Gultramus amore
 Conciliat; nutuq; sibi parere coegit?
 Aurea paciferis deuincto secula Marte
 Austriadum surgunt generi lætissima ramis.
 Felicisq; oleæ redimitus tempora sertis
 Optata fruitur compositus pace Luthardus.
 Paciferum sequitur patrē Luthfridus; & oris
 Concedit placidam subiectis undique pacem.
 Nullus eum contra præ tendit nubila lior:
 Hostis amat priscus; talis prudentia Regis.
 Succedit magno Luthfridi sanguine cretus
 Inclytus Enfridus; sacrasq; Heliconis ad undas
 Dulcia mellifluus caristerit otia Musis,
 Tædiferas linquens curas, & Martis amorem.
 Phœbigenum genitus sectans vestigia patrum
 Guntramus placidis seruat Saturnia regna
 Legibus; æternumq; animo subiecta sereno
 Mellifluus sacris demulcet pectora dictis.
 Illustri genitus fama iam dignus auorum
 Bezzelinus adest; magnosq; immobilis alma
 Pace refert atavos; placidamq; immittere pacē
 Discordes inter patrio conatur amore.
 Prisca sequens præterate domus vestigia magnæ
 Insigni, patres validis Radepotus armis
 Corde gerit; verum ramis frondentis oliuæ
 Euinctus, lætæ deducit tempora vite.
 Tranquillis genitus regnis succedit auitis
 Radipoterus, auos referens: seu Marte secundo

Sive

*Siue sacra victor compositus pace quiescit:
 Cessit enim fortuna pie contraria proli.
 Inclytus auriferis euinctus tempora fertis
 Inde Berengarius sequitur, patribusq; benignis
 Aemulus, aeternum pietatis ad aethera nomen
 Attollit, nullis delendum casibus unquam.
 Nec minus egregia sequitur clarissimus Ottho
 Paciferae virtute manus, martisque, superbi;
 Si qua fero fortuna vocet consurgere bello,
 Inuictasq; manu valida depromere vires.
 Pace vigens, belloq; simul celeberrimus acri
 Tollit Vuarnerus supremum nomen auorum
 Aeterna caeli fama super aethera notum;
 Pacatasq; regit patrijs virtutibus vrbes.
 Nec minus insignis bello, magnaq; Ridulphus
 In miseros pietate viros, nec spernit egenos,
 Pupillosq; iuuat, viduaeq; observat bonorem.
 Inclyta quos seruat sacros domus Austria mares.
 Albertus felix, hostisque, ignobilis Oti
 Succedens, regnum profert; subigitq; potentem
 Assaciam; Solymaq; sacras dum pergit ad oras
 Felicem meritis animam demisit alympo.
 Filius hunc sequitur supremo Marte Ridulphus
 Inuictus, iuuenile sacrum cui cineta coronant
 Laureaserta caput; primusq; electus ad altum
 Imperij culmen, crudeli Marte Boemum
 Austria regna Ducem cogit sibi cedere victum.
 Haud genitore minor sequitur clarissimus armis
 Inclytus Albertus; campoq; effundit Adulphum.
 Imperium profert; ac terris aurea reddit*

*Sacula, dura petens deuinctū in vincula martē:
 Sternitur at diritutor mucrone nepotis.
 Qui tamen assequitur belli virtute coruscus,
 Moribus egregijs referens, & nomine patrem
 Albertus, manes horrenda clade paternos
 Vindicat, hostili sumens à sanguine pœnas.
 Hæc genitore satus cœlo gratissimus alto,
 Cuius odorifera cingunt sacra tempora palme,
 Cernis, ut Heluetium malefido sternitur ense
 Pro sanctis, Christi; libens Leopoldus amore?
 Fulmineis clarus succedens filius armis
 Extemplò iusta feruens ulciscitur ira
 Hænestus cineres patrios; sternitq; rebelles
 Heluetios; placidaq; regit ditione subactos.
 Euinctus sequitur Fredericus tempora lauro.
 Pace fruens, belloq; potens, patiensq; laborum,
 Terminat Oceano victor fortissimus altum
 Imperium, claris tollens super astra triumphis.
 Filius Augustus bellis, & pace coruscans
 Maxmilianus adest; Rhæni ppe fluminis undã
 Victor en ut Gallos superat, Geldrosq; feroces,
 Et Menapos, reprimitq; Getas, populūq; Boemū.
 Suscipit armigeros dotales natus Iberos
 Mortales inter vultu pulcherrimus omnes,
 Adiungens regnis latissima regna Philippus.
 Sed non fata diu vitæ florentis honorem
 Concessere: vocant etenim super astra virētem.
 Cui Regum lumen, magnorum gloria patrum,
 Mauortis specimen, pietate inuictus, & armis
 Filius assequitur diuino Carolus ore,*

*Malleus hares eos, Teucrumq; acerrimus vnus,
 Gallorumq; ingens domitor, Mauraq; caterua:
 Cuius & herculeos transiit gloria fines,
 Romulidum decorans immensis sceptris triūphis.
 Sed patre diuitijs maior, regnisq; superbis
 Iuppiter Austriades diuinus & ore Philippus,
 Iustitiæ speculum magna succedit, & alma
 Religione sacer, pietate insignis, & armis,
 Irradiat nostri celeberrima gloria mundi:
 Cui nunquam similem viderunt secula Regem.
 At tu Mauortis fulmen, iam dignus & orbis
 Imperio, cui regna parit clarissima virtus,
 Succedis verus patrijs virtutibus haeres.
 Ergo quos laeti Graium spondemus honores
 Accipe regnorum: tua sunt; iam prebet Arista,
 Totaq; suppliciter magnum tibi Græcia sceptrū.
 At qui prosequitur; nondum feliciter aura
 Vescitur ætheria; nondum sacra limina vite
 Attigit; at famam genitus superabit auorum;
 Maiorumq; premet nomen virtutibus altis
 Supremum magni soboles Iouis alma Philippi,
 Cætera ceu radijs obtundit sydera Phœbus:
 Inclyta nam sancto diuum duce numine virtus
 Excedet claris mortalia pectora gestis,
 Prasertim fidei sanctæ fidissima dextra,
 Infessoq; sacri defensor Marte parentis
 Romulidum, sponseq; omni munimine Christi.
 Iamq; propinqua vocant felicem secula Regem;
 Mellifluisq; alma rorant dulcedine montes
 Principis aduentu tanti, Regisq; supremi.*

*Aurea progenies sacro generate Philippo,
 Martis aui specimen, nostriq; o gloria mundi,
 Et communis amor, cunctis & certa voluptas
 Maeste sacra virtute puer, diuine Philippe,
 Affice iam tandem fatis ingressus amicis
 Latitia mundum; nam tu fidissimus vnus
 Expectata quies Romano sceptrifer orbi
 Inuictus, seuum contundens undique martem
 Surgentem. iam nunc felicibus utere fatis.
 Te penes imperium Laty; tu sola Quiritum
 Dextera; magnanimæ tu spes fidissima Romæ;
 Inq; vno fidei res inclinata recumbit.
 Te solo, dextra, regnisq; tuenda supremis.
 Iam patrij magnas orbis cape letus habenas;
 Te vocat heredem solum sibi dedala tellus;
 Romano quocunque venis qui Casare maior,
 Et sceptro, dextraq; potens, & sanguine diuum
 Austriadum, sanctaq; fide felicior illis.
 Qua dignum te laude feres, quibus ipse triūpbis
 Euebet ingentem fama super aethera notum
 Bellorum, pacisq; bonæ gratissimus orbis:
 Cum lapsura tuis humeris moderamina mundi
 Collapsi tranquilla pijs in secula gestis,
 Substantans, dextro diuum duce numine reddes?
 Surge pio generate Deo, generate Philippo,
 O magnos geniture deos, iam tempus, ut ipsa
 Dona recognoscas populorum; & reddita leto
 Sit duce te toti iam nunc pax aurea mundo,
 Cælestisq; fides. orbis iam suscipe magni
 Sceptra tui: nimiumq; exultant omnia regna*

Imperio deuota tuo; Regemq; salutant.
 Felices nimium, fortunataeq; laborum
 Cbristicolæ gentes; læti quibus aurea mundi
 Sacla videre, datum, tanto sub principe solo.
 Otia securæ peragetis mollia vitæ;
 Flauaq; currentis cernetis flumina mellis;
 Cunctaq; tellurem vitæ producere sponte.
 Nec caulas Vrſi, seuo nec dente Leones
 Vaſtabunt pecus, aut rabies inuiſa Luporum:
 Inclytus Auſtriades aderit defenſor ubique.
 O fortunatum tanto sub principe mundum;
 Terq; quaterq; ſuo felices Rege Pelafgos.
 Tu partem iam nūc orbis cape Regna Pelafgum,
 Incipiens magno ſuprema parare nepoti
 Scepra tuo; nam tu Teucrum via prima ruina.
 Ne renuas, Princeps; ſed iuſtis annue votis;
 Et quæ fata deum ſpondent, nunc accipe regna.
 Talia narrabat, relegens grandæuus Alander
 Auſtriade; factoque hic tandem ſine quieuit,
 Herentem terræ deiecto lumina vultu
 Aſpiciens Regem: contra cū reddidit heros
 Auſtrius hanc tandem ſedato pectore vocem.
 Magna quidem noſtræ narras primordia gentis,
 Et thalami, genitor, ſacri ſperanda futuri
 Præmia, magnorumq; omen venerabile diuum:
 Quidquid id eſt, lator; nec me cœleſtibus auſis.
 Auerſum, nec fortè pigrum duce numine dextro
 Arguet vlla dies: tantum det iuſtus ab alto
 Signa pater thalami: lætiq; ea iuſſa ſequemur:
 Namq; mihi nullum ſurget ſine numine ceptū.

Sic dixit; sociosq; remota affatur in aula,
 Reginae narrans, procerumq; optata Pelasgum,
 Susceptamq; fidem caeli. mihi credite, dixit,
 Dilecti socij, dextro nos numine vectos
 Huc forsán superum, Teucrum, Graiũq; salutē.
 Hoc quám sit superis gratum, magnoq; parenti
 A tenebris sacro reuocare cruore redemptas
 Obtusas animas in lumen amabile Christi
 Dilecti, scitis. quæ sit fortuna, videtis.
 Nil super imperio moueor, nec virgine sponsa;
 Nil hæc Austriadum generi, magniq; Philippi
 Germano; tantum Teucrum mihi cura salutis.
 Salsa mihi potius, vel tellus ima debiscat;
 Quám degam vitæ turpes inglorius annos.
 Nulla meis, socij, sine vestro gloria rebus
 Consilio surget; nec erunt solatia vitæ.
 Quos tulit has mecum casus miserandus in oras
 Concordes animis, ipsa num morte relinquam?
 At varios rerum euentus expendere primùm,
 Fas erit, atque modum cœptis præstātibus aptũ.
 Sacratine deum thalami sit certa voluntas;
 Et quæ tunc dederit genitor, mādata sequemur.
 Hæc eadem Sultana petit duce numine dextro.
 Consiari; nec enim vitam sibi poscit olympo
 Inuito. Teucros bilari sed fronte receptos
 Tractemus, Thracumq; oblata pace fruamur
 Interea; diuum pateat dum certa voluntas.
 Sic ait Austriades. mirati talia cuncti,
 Obtutu defixa solo simul ora tenebant,
 Spemq; , metũq; inter dubij, quo maxima tãdem

*Res hæc inclinata ruat; cùm fronte serena
 Excepit paucis surgens Requesenius heros.
 Maxima res equidem nobis oblata repente,
 Maturoq; diu (fatur) Dux inclyte, nostro
 Consilio, precibusq; magis peragenda profusis.
 At quoniam socios iactatos tristibus undis
 Cernimus; & vento, & fatis quibus orbis in oris
 Iectentur, forsân seu sint hoc æthere cassi,
 Nescimus. nobis ideò nil Marte superbo
 Tentandum; quoniam victi superabimur armis
 Teucrorum; nec spes horrenda in bella futuri
 Auxilij sine classe manet: nec Gnosia regna,
 Nec Latij patres, nec Iberia nostra supremo
 Subsidio fuerit nobis: nec gurgite mersam,
 Illisamue struent scopulis, & turbine classem;
 Qua possent subito miseris succurrere rebus.
 Nec longo stabiles mansuros tempore Graios
 Speramus, firmamq; fidem protendere cœptis.
 Ingenti quamquam patrio complexus amore
 Prosequitur, vincetus donis, & amore paterno,
 Et fidus cum fratre manet longæuus Alander;
 Totaq; fida domus nobis, multiq; Pelasgum;
 Attamen hæc felix non semper vita manebit.
 Sed tantos inter Teucros quid paruula turba?
 Aut ultro foret insidis quid stultius unquam
 Hostibus, & rabidis vitam committere Teucris?
 At si sors mutata fidem fortuna notarit
 Nos cõtra (nec enim stabilis cõprenditur unquã
 Crinibus) extremo Sultanae lumina somno
 Clauserit atra dies, caræ seu coniugis ora;*

Qua-

Quarum nos Graij succenssi pectus amore
 Complexi, spondent & opes, regnūq; Pelasgum)
 Instantes fas est omnes expendere casus;
 Consilijsq; prius miserandæ occurrere sorti
 Ventura) quibus auxilijs, opibusq; receptis
 Fortunam profugi externis superabimus oris
 Aduersam? quos subsidio speramus amicos?
 Quid tamen è contra viuens Sultana Pelasgum
 Afflictis vnquam poterit succurrere rebus;
 Si sceptro nil iuris habet? certamine vasto
 Quin omnes surgent præcepta virgine Thraces
 Nos contra, Graijq; simul felicibus hostes
 Romulidis, Romæq; dolent parere parenti.
 Quocirca socios, oro, Dux inclyte, nostros
 Sperandos. forsan felix ingentibus ausis
 Inueniet fortuna viam. tamen omnia votis
 Cœpta regi, precibusq; pijs, poscamus ab alto:
 Supplicibus nec enim desūt sacra numina diuū.
 Sic dixit: cunctiq; eadem simul ore fremebant
 Vnanimis socij: sociamq; exquirere classen,
 Decernunt; cœptumq; deum committere iussis.
 Hinc Sultana Ducem regales ducit in aulas
 Hesperium; generoq; omnes lætissima magno
 Eoas ostentat opes, & cœpta suorum
 Inclyta diuorum fati felicibus acta,
 Picæq; bellorum viuis certantiæ gestis;
 Quæ mira Graius depinxit præsciis arte.

Finis Lib. Decimi.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Vndecimus.

ARGVMENTVM.

Deiictum sauis Teuctum Byzantion armis,
Inuictamq; ausis Scodram, sed pace subactam,
Inde Rhodum vider Austriades, belloq; profusum
Rhesinum, Melitemq; inuictam Marte superbo,
Serbinumq; atro concussum fulmine Teuctum.

P Rincipio viuis certantia vultibus era
Othomanum Regū circū spectantur in aula.
Inde videbatur magnam saeuissimus urbem
Cingere supremis Teuctum Byzantion armis,
Innumerisq; furēs noctemq; diemq; Mamettus
Vndique labentes muros contundere bombis.
Sed Stygijs deducta focus Caligaria rumpens
Dira magis sternebat propugnacula campis.
Immisto lapsos fundebant sanguine muros
Hinc acies amba: Teuctum mole superba
Obtecti magno complebant aggere fossas.
Mœnia sternebant horrendo hinc grandia ferro
Ryphei: valido noctu reparabat arane
Aggere fulmineis mox hinc Lygur iclytus armis
Cōtēptor Teuctum; viresq;, animūq; ministrās,
Addit Ioannes focus, etū maximus Hector.
Effossa subter Martem tollere parabant
Horrendum Galatæ; diro sed sulfure cœcas

Insydias, mistoq; arcebant fulmine Graij.
 Baetatinae ruens bombo concussa superbo,
 Ingenti campis equabat fragmine fossas.
 Aggere sed grandi replebant lapsa repente
 Ardentes Itali, Teucros horrore premendo.
 Nec procul armato tercentum milite naues
 Angusti Phrygiotexebant ostia portus.
 Inderates Graium rostris, ferroq; vetabant
 Ingressum Phrygijs: celsa sed mole triremes
 Descensu placido ductae tranquilla subibant
 Aequora; terribiliq; ruebant moenia ferro.
 His actis, timido trepidabant pectore ciues;
 Armatoq; statim vallabant milite muros.
 Machina longa magis suspensos equore Graios
 Terrebat, Phrygium deducens agmina muris.
 Nec procul in vasto certamen gurgite naues
 Quattuor inuictae miscebant fulmine diro
 Christigenum Phrygiae contra miserabile classē.
 Antennasq; graues, remos, & transtra, forosq;
 Turritae stygio rumpebant igne carinae;
 Bellantumq; ingens feriebat sydera clamor.
 Spectabant lati ciues; Phrygijsq; dolentes
 Horrendum fuso Teucrorum sanguine martem
 Victricesq; subire rates felicibus ausis
 Bellorum portus inuitis limina Teucris.
 Hinc Phrygium tanto turbatus pectora casu
 Vectus equo Othomanus conscissa veste petebat
 Littora; Bartoldumq; feris arcebat ab armis,
 Millia clade decem perdetem corpora Teucrum.
 Acrius infestas victricem hinc gurgite classē,
 De-

*Desuper erecto ferratis colle premebat
 Glandibus: at fatis unam mergebat acerbis;
 Cetera sed muris remanebat tuta Perynthi.
 Inde procul multas Graiorum fulmine cymbas
 Sternebant Teucri; captosq; furore necabant
 Alternos discobellantes undique saui.
 Inde videbantur vigiles, noctemq; , diemq;
 Inuictis muros acies seruauerunt
 Militis; magnanimiq; duces instare superbi.
 Ordinatam longo nupta, castaq; puella,
 Grandaeiq; senes, pueri, mistaq; parentes
 Effusa lacrymiaduum delubra petebant
 Suppliciter; pacemq; sacras, numenq; per aras.
 Oppressa votis querebant urbis amicum.
 Nec minus et arto Rypheus lumina diuo
 Hinc accendebant; spsum, vatemq; Sabaeum
 Supplicibus triduo votis in bella rogabant
 Ieiunij, validisq; omnes addebat amissis
 Urbis opes victis, sacro sub numine diuum
 Pollicitas Teucri Princeps, hominesq; , murosq;
 Olli iactabant tetras ad sidera voces
 Othomani; tantisq; vocabant numina prode.
 Interea proceres omnes, magnumq; Senatam,
 Magnanimosq; duces placido, clarissimus ore
 Regia Graiugenum Princeps ad lecta vocabat;
 Exunio sermone animum, viresq; ministrans
 Fulminis accendebat fortissima gestis.
 Pectora, magnanimum memoras incepta parētē
 Incluta; Christigenūq; extrinā hoc Marte ruis
 Funera spondebant omnes, belliq; labores (nam.*

Supremos, fusosq; tueri sanguine muros.
 Quæq; suum legio muri sortita periculum,
 Mœnia vallabat bello ferunda superba.
 Et iam surgebat duri prænuntia fati.
 Tibitoni conixæ vultum ferrugine septas.
 Cum seua denso telorum turbine ballantes.
 Feruentes acies ambæ crudele ciabant.
 Ingenti roseos starentes funere campas.
 At fusco terras illustrans lumine Phœbus
 Terrebat visu mundum; sæuismq; ferabat.
 Undique sanguinais gestis in præliæ pœnora.
 Olli fulmineis feruens exercitus arvens.
 Instabat muris; magna sç ad sidera caetera
 Tollebat. subito fœta; subito sçq; micabat.
 Per muros ignis; densaq; à gurgite natura
 Sternebant diro habentia maxima ferro.
 Scandebant alij vitros; mox indurabant.
 In præceps; superiq; alij conuulsa volabant.
 Fragmina mitorum; fusosq; cruore adentes.
 Sternebant alios; sese contulsa rueris.
 Agmina frangebant. eorum ista grandine nimbe
 Desuper ignitans fundebant, quidique magnis
 Audentes acies; fusi sçq; à membris hostiorum
 Arcebant; magna complentes aggeres passas
 Gasorum: non enim penitente à marce superbo
 Cedebant acies Teucrorum: quin viribus altis
 Hortate sese pondere in bella ferabant.
 Impulsu; rursusq; audebant scandere cistæ.
 Instabant actæ rursus testudine Teucri
 Audacesq; iterum superabant micis ferro.

Pre-

Præcipitesq; iterum sublimi à moleraebant
 Ignibus exusti diris, & sulfure sauo,
 Martis ubique furor duri surgebat, & horror
 Pallentis misera comitatus imagine mortis.
 Iam tandem socium perculsi pectora casu
 Cedebant bello Phrygi, vel spicula lento
 Tendebant cornu. cernens tunc martius heros
 Othomanus socium merentia pectora bello,
 Accendens omnes placidis in prælia diotis,
 Præcipites iterum pagna stimulat acerba.
 Hærebant iterum scala; rursusq; superba
 Scandebant acies muros; ac bella ciebant
 Horribiles; iterumq; gradum, rursusq; præmebant
 Mœnia: sed summo pellebant culmine magna
 Christi gena; Latijq; in mæsti Marte superbo
 Præcipue campis fundebant agmina Teucrorum
 At tandem versis iugebat Græcia fatis
 Infelix; fusiq; ruebant undique Gray,
 Ex oculis misere sublato principe gentis
 Vulnera perpeffo: sed non à Marte Quiritis
 Cedebant tanto; sacro dum spiritus ore
 Errabat; validoq; alacros sua funera ferro
 Laude paciscentes, sternebant fulmine Teucros
 Inuisito; mistaq; audaces morte cadebant.
 Mœnia sic sauis intrare miserissima Teudris
 Fata dabant; Gratosq; atro prosternere campis
 At sacro redimitus adhuc pia tempora sorpente
 Graiugenum Casar revivens lacrymabile bellum,
 Devictamq; orbem, fatis agitatus acerbis,
 Diuorumq; memor generosi sanguinis olim,
 cool

Magnanimos proceres hortatus, in arma ruebat.
 Quiq; cupit vitam miseram, dicebat, in alto
 Effugiat montes: sed qui pro laude pacisci
 Aeterna mortem, medijs in millibus ardet.
 Quisque suum sævi in discrimen martis euntem
 Sponte sequi studeat per aperta pericula Regem.
 His dictis, medias acer delapsus in hostes
 Milia fundebat validis interritus armis
 Teucrarum; magnaq; duces, fortesq; phalanges
 Agmina quassabat Phrygium delapsa per urbem.
 At tandem supra miseranda stragis acruum
 Othomanum cætu lapsus comitante iacebat
 Extinctus; nec morte suos linquebat in agra.
 Tunc circumfusa miseris per mœnia victis
 Ciuibus errabant acies; prædamq; superbant
 Restina versa ad naues ex urbe trabebant,
 Grandænos atq; senes post terga reuinctos,
 Fœminarumq; globum tollentem lumina celo,
 Vltoraq; deos orantem cladis inique.
 Sanctaq; diuinis spoliabant limina donis.
 Incestis Cylices manibus; tumultosq; ruebant
 Egregios; misera miscentes omnia luctu,
 Vertebant magnum diris Byzantion armis
 Dardanij; sæuaq; replebant mœnia cede.
 Iam tandem victor subiens deuiseta triumpho
 Limina Priamides, folioq; innixus eburno,
 Dona recensebat populi; miseræq; Peryntbe
 Ingenti mistas capsebat munere clausas;
 Et sua lauriferis redimibat tempora sertis;
 Romanusq; vocabatur cognomine Casar.

Indo

*Inde videbatur seuo certamine Scodra
 Innumeris primum caesis expellere Teucros
 Finibus à patrijs victrix; tantoq; triumpho
 Priamidem magnū, dictisq; excelsa premebat.
 Hinc magno Princeps accensus corda dolore
 Othomanus, seuis iterum victricia telis
 Mœnia cingebat; fumantibus undique duris
 Montibus, euerfisq; ruebant omnia campis.
 At ciues saxis urbem, bombisq; tuentes,
 Fulmineiq; atro telorum turbine Teucros
 Arcebant muris alacres; multosq; necabant:
 Multaq; per nigram sternebant agmina noctis
 Othomanum; rapidoq; subibant mœnia cursu.
 Hinc alij vallo, pennisq; ingentibus urbem,
 Extremoq; acres vallabant aggere muros;
 Insydiasq; Pbrÿgum pellebant arte latentes
 Eximia; primisq; instabant undique caëptis.
 At longo Turca sternentes ponte Drilonem,
 Oppida vexabant magnis vicina ruinis,
 Oblitasq; agros; validaq; instare cruentum
 Excidium dictis suadebant protinus urbi;
 Ni sceptro ciues subeant parere supremo
 Sponte Pbrÿgū, magno terrētes funere Graium:
 Inuictosq; animos frustra terrere parabant
 Ingenti: iussiq; mori pro mœnibus altis
 Consilium firmo pellebant pectore dirum.
 Interea duris aderant è montibus acres
 Agricole, saua Rÿphaeos clade prementes;
 Dardaniamq; alacres vexabant sæpè cateruam.
 Hinc binis validam tabulatis turribus urbem*

Fulmineisq; alacres hominis contunderet Teucris.
 Instabant, valloq; altos excindere muros.
 At sanctis ciues dictis praeculis olympi
 Eximij fano succensu pectora bello
 Obstabant firmi; pulchraeq; in vulnere mortem
 Querebant alacres: superisq; hoc Marte benignis.
 Vanitates humili statuebant pectore vitam.
 Mœnia sed Teucris flammis, nimboq; pilarum
 Ignito, piceaq; globo tabulata cremabant.
 Intrepidi ciues subitis excoingere flammis
 Instabant lymphis, muros, urbemq; tuentes.
 At Fœces facis validam volitantibus arcem,
 Telorumq; truci furibundi clade premebant,
 Terrestes tanto bellorum turbine ciues.
 Hinc vita, patriaq; ingens, Christi; benignis
 Succendebat amor ceptis ingentibus urbem.
 Iamq; feris circum bambis excisa ruebant
 Mœnia, Fœreiciq; instabant urere flammis
 Lignea compactis hinc propugnacula castris:
 Seruabant alacres illi; Martemq; superbum,
 Commissoq; atram miscabant sanguine stragem;
 Sæpè tamen Teucros atroci Marte fugabant.
 Hinc tanta Princeps succensus clade suorum
 Othomanus, muris alacres instare iubebat
 Fulmine crudeli Sarios, validasq; pbalanges;
 Horrendumq; cedere truces certamen Asappos.
 Sed magna muris cedebant strage fugati;
 Augebantq; Ducis supremi in corde dolorem.
 Miscabant iterum per propugnacula saevum
 Confusa totis acies, & sanguine Martem.

Casorumq; atrox sternebant funera campos.
 Cedebant tandem crudeli Marte profusi
 Threicij; validoq; instabant pectore ciues.
 At bonus Othomanus casu indignatus acerbo,
 Threiciumq; fuga, bellum crudele iubebat;
 Obscuraq; Pbyges scandeant mœnia nocte
 Per gyrum; latus complentes agmine fossas.
 Inde truces bellum Solis sub lumine primo
 Undique Ryphai muris immanis ciebant.
 Exhibant adytis ciues; arisq; relictis
 Intrepidi diro pellebant fulmine Teucros:
 At foribus valide magnis crudelius urbis
 Surgebant maiora truci certamina Marte,
 Eiecto Teucrum per propugnacula signo.
 Gaudebatq; iugo Martem miratus acerbum
 Othomanus, muriq; suum super aggere signum.
 At magni sauo succensi pectora bello
 Ausonij, iussiq; mori pro mœnibus altis
 Intrepidi ciues in præcops millia Thracum
 Agmina vertebant muris; & plura necabant.
 Hinc magno Princeps succensus corda furore
 Effertur in pugnam, Martemq; redire iubebat
 Eiectos muro Thracas, Sariumq; phalanges.
 Olli supremis accensi viribus urbem
 Acrius aggressi, magnas super æthera vaces
 Tollebant; sauoq; instabant pectore muris.
 Interea turres ingenti mole ruebant
 Scodrenses, diro concussa fulmine Thracum.
 Audaces acta subito testudine Teucri
 Fragmina nouorum celeres effusa subibant.

Hinc accurrentes subitò certamine vasto
 Ausonij, ciuesq; alacres horrentia telis
 Prælia miscebant commisto sanguine fœdi.
 Hinc proceres Ibraciũ striçto mucrone superbi,
 Cogebant acies martem glomerare cruentum.
 Sæuus ubique furor, mortisq; vrgebat imago
 Belligeras acies; & mars sterneret utrasque.
 At viuis intus saxis ex arce cauata
 Corpora sternerant Teucrum tot millia ciues.
 Sed Sarii dictisq; horrendum pectus Asappi
 Succensî procerum condensa mole superbi
 Rumpentes, subitò pulsî concussa subibant
 Mœnia Christiigenis, statuentes culmine signa
 Murorum; fatîsq; ingens gaudebat amicis
 Othomanus, palmæ iam spe delusus inani.
 Interea media iuuenes ex vrbe profecti
 Fulmineis alacres scandebant mœnia dextris;
 Eiectisq; simul Teucris vexilla superba
 Sternebant campis, erecto in bella Leone;
 Innumerosq; Phryges inuictò Marte necabant.
 At alij pauido fugientes pectore fossas
 Instantes tergo flammis, lethumq; timebant.
 His actis ira feruens ad castra redibat
 Efferus Othomanus, sortem execratus acerbam.
 At leti ciues belli felicibus ausis
 Deuoto superi soluebant pectore grates
 Suppliciter, flammis, & thure calentibus aris.
 Hinc reuoluta nouæ cernentes cornua Luna
 Inuictis Sarsæ renouabant prælia dextris
 Alterni; primaq; ciebant nocte superbum

*Peruentes acies commisso funere martem.
 Inde noua leti venerantes cornua Luna
 Suppliciter Teucris, magnas ad sydera voces
 Tollebant; superisq; pijs sacrata benignis
 Carmina Torlachii pariter, laudesq; canebant.
 Hinc humiles deuota Phryges responsa ferentes,
 Aurea supremis feriebant vocibus astra.
 Interea concussa tremens Aquilone superbo
 Rupe videbatur diuelli Scodra ruenti.
 Clamorem tanto tollebant omine leti
 Threicij, victam sperantes protinus urbem.
 At mutata fidem Teucris fortuna notabat
 Aduerso referente diem felicior Austro,
 Inuictisq; simul Scodrenses agmina ferro
 Othomanum rapidi dira cum cade fugabant:
 Sancta q; suppliciter conspecto numina diuum
 Lumine tela super venerati vocibus altis,
 Fundebant leti deuoto peccore laudes;
 Precipue nomen laudabant Virginis almae.
 Hinc acies telis infensa, & peccore firma
 Alterna dudum uariabant praelia cade.
 Hinc feruens ira, furijq; agitatedus amaris
 Othomanus Princeps tormentis agmina diris
 Threicium, Scodrae q; simul permista premebat,
 Plurima Teucrorum prosterbens corpora letho.
 At ciues patrio pellentes limine sauos
 Bistonios, diris fundebant agmina fatis.
 Christigenumq; cruore pio spumantia tandem
 Maenia victores leti consumpta subibant;
 Ac tanto superis soluebant munere grates.*

Sic

Sic tandem aerverso misceri namine bellum
 Credentes Phrygij, magno fruente Senatu,
 Cedebant, bellumq; ingens ferale subibat
 Inuisa princeps nullum cum gente gerendum.
 Sed quam non potuit bello, superabat amiso
 Fœdere iam tandem, Venetis cedentibus, urbem.
 Interea bello magnus vicina Mammetus
 Mœnia cum Lisso sceptris subdebat, & oras.
 Nec procul inuisctam Ibracum circūdabat ingta
 Classe Rhodum magna Princeps, cæpsq; superbo
 Agmine Dardanidum; martēq; ciebat acerbum.
 Christigenæ contra tormentis agmina diris
 Sternebant, longè arcentes à littore classem.
 At dictis, seuisq; minis regaliter almi
 Principis adiunctis mulcebant arma timorem.
 Hinc magna trepidos tanti formidine belli
 Seditio Teucros infanda peste premebat.
 Hinc procul indomiti rupes, monte sq; superbos
 Agricola campis equabant mœnia circum;
 Ingentesq; alto tollebant aggere montes.
 At Rhodij seuo succensi pectora bello,
 Sternebant primo bombis, mox agmina ferro
 Egressi Teucrum; pauidosq; à rupe fugabant
 Agrestes, Sarium fundentes agmina leto.
 Hinc dirò rabidi vastabant imbrepitarum
 Tecta Phryges, rapidas iacutat in mœnia flamas
 Aere cauo, Rhodium sternentes corpora morti.
 Nec minus horrendo quassabant fulmine muros
 Insensu Ibraces, tabulatis effera castris
 Pellentes tormenta Rhodi, belliq; furores.

Interea diris ingentem in littore turrim
 Tormentis Teucro vastabant Marte superbi
 Horrendo; Rhodijq; Phrygasterrere premebant.
 Hinc seuo Thraces quassantes castra fragore
 Anglia, Tartareo quatiebant moenia nigri
 Pulueris impulsu dudum tremefacta repente;
 Audacesq; urbem crudeli Marte petebant
 Threicij celeri per aperta foramina gressu.
 At illi stricto ingressum mucrone vetabant
 Oppositi dextris, animisq; ingentibus acris.
 Martius interea multis cum millibus heros
 Vilius pugnam magno properabat ire utram
 Subsidio; miste q; acies in fata cadebant
 Undique; fulmineoq; instabant praelia ferro:
 Miscebantq; acies placidis certamina dictis
 Dira Ducum firmi, sternentes funere campos.
 Hinc tandem pauido fugiebant pectore Thraces,
 Multaq; Vulcani seuo combusta furore
 Corpora Threicium campis inbumata iacebant.
 Tum Rhody tanto lati certamine magnis
 Soluebant superis dignas per moenia grates.
 At procul insydias bellorum, & furtatimebant;
 Armatisq; domus seruabant limina cunctis.
 Inde videbantur seuo munimina bello
 In sensu concussa subire Britannia Thraces;
 Fulmineosq; atris insternere cladibus Anglos;
 Subsidioq; ingens caeta comitante Phileppus
 Victores contra validos instare superbo;
 Inuictaq; manu Teucros expellere maris:
 Inuictaq; manu nec posse resistere Teucro.

Hinc dictis, sauisq; minis horrentia Thraces
 Heroum duro furibundi praelia ferro
 Congressi rursus, voces super astra ferebant;
 Miscebantq; truces horrendam funere pugnam.
 Commisto; validiq; aduerso mare cadebant;
 Intrepidiq; iterum renouabant horrida bella:
 Sed victi tandem vertebant terga pauore
 Ingenti; Rbodijq; instabant pectore sauo.
 Nec procul extremo Latios munimine magnos
 Pyrrhus atrox, Gallosq; inuictos Cassius ingens
 Certatim bombis, vallisq;, dolisq; petebant.
 At paucis Italum supra munimina caesis,
 Sanguineis subito surgebant praelia campis
 Horrida; victoresq; simul, victiq; cadebant
 Permissi, denso sternentes funere terram.
 Subsidio lapsis audaces inde subibant
 Sublatis Thraces; martemq; horrore ciebant.
 Inuictiq; tamen Latij munimine vasto
 Pellebant Sarium turmas, Thracesq; superbos.
 Interea Teucrum martis data signa secuta
 Insydia, positis superabant mœnia scalis;
 Predebantq; manu clypeis fastigia tecta.
 At feruens oleum ciues, dirumq; bitumen
 Desuper audentes care pro mœnibus urbis
 Voluebant contra Thraces, & grandia saxa;
 Telorumq; truces iaculati pectore sauo
 Omne genus, diro fundebant agmina letho;
 Diuersisq; Pbryges vallis, bombisq; premebant.
 Hinc atra socium concussi pectora clade
 Paulatim Thraces linquebant undique martem.

Inde

Inde cauo muros conquassans tramite flammis,
Hispanas acies telis Achimettus acerbis

Aggressus, lapsi cæca caligine muri.

Vexabat septos, belloq; premebat atroci.

Nec minus horrendo succensus Marte Britannos

Infestabat agens telis, & fulmine Mustas.

Anceps pugna diu, dubiusq; errabat in armis

Mutua belligeris Mauors dans funera turmis.

Nomine quemque vocans, dictisq; affatus amicis

Threicios Mustas bellis urgebat atroces.

Tunc valide tantis succendens agmina gestis

Acer Vualderius, ducibus vexilla peremptis

Bina Phrygum Theuton magno tollebat honore:

Fulmineoq; hostes victos mucrone fugabat.

Nec procul horrendus fatis Achimettus acerbis

Cedebat victus; multisq; cacumine cæsis

Othomanum, muros inæstus linquebat, & arma:

Hinc casu tristi, furisq; agitated iniquis

Conquatiens acies hominis vexabat Iberos.

At alij validos contra certamen Auernos

Diffusi diro miscabant fulmine seutum,

Sulfureisq; cadis cæca tellure repositis.

Sed duris miseris fatis fors impia Teucros

Spe lapsi ludens muri mergebat inani:

Mussanteq; feris acies reuocabat ab armis.

Ingentes strepitus, magnasq; per æthera voces

Iactabant Thraces per omnia silentia noctis

Interea, bellumq; ingens, stragemq; parabant

Audaces, ac spe capiebant mœnia grandi. (ges

Hinc bonus Othomanus Sarias, validasq; phalā.

Spe

Spe præda, laudisq; simul venientis amore
 Accendens, dictis animos urgebat amicis
 Ad bellum spatiamq; suis spondebat in armis.
 Martius interea clarissima lumina belli
 Vilerius magno laudis surgentis honore
 Accendebat ouans dictis insignis, & uulsis;
 Aethereamq; fidem Roma, nomenq; sacratum
 Heroam, sanctamq; Crucem defendere dextris
 Inuictis, solitaq; manu deproponere vires.
 Quales Orbomani senserunt undique victi.
 His accendentem dictis, & plura parantem
 Dicere Vilerium trepido sermone vetabat
 Nuntius, exclamans concussis membris hostes
 Aduentare feros, martemq; inferre superbum.
 Cedebant aula subitò; murosq; subibant
 Audaces Rhodij, procerumq; iuncta cateru;
 Fulmineoq; truces vallabant pectore muros.
 Ingentem caeli clamorem ad sidera fœta
 Undique tollebant acies; rumorq; ruentum,
 Armorumq; horror, strepitusq; acerrimus atro
 Martis inhorrebat, pellens à corde timorem.
 Fundebatq; atro casum sanguine campos.
 Hi longè bombis, illi propè Marte cadebant
 Horrendo; missaq; tangebant funere terram;
 Ac totum de nise telorum turbine caelum.
 Tunc fera disiecto surgebat pugna Mamiæ;
 Subsidijsq; acies validis utrinque subibant.
 Fœmineusq; globus, parvi, castaq; puella,
 Consumptiq; aetate senes conuulsa ferebant
 Fragmina; militibusq; cibum, virisq; superbas

Auxilijs, precibusq; pijs, dictisq; benignis.

Sic misto validi cardamina seu a gerebant

Agmine Christigenae, sacri, mistiq; profani,

Chordigeri sacro praesertim pectore fratres:

Nam dubius sauis Maouors errabat in armis.

Femineaeq; manus oleum cum sulfure feruens,

Saxaq; fulmineae torquebant grandia muro;

Deniq; crudeli quassabant agmina letbo.

Interea quotiens acies vexabat Iberas

Hinc Achimettus atrox ferro; virosq; subibat

Militibus casis: acri cum Marte Philippus

Accurrens, diabis socios urgebat amicis

In bellum; Thracesq; fero mucrone necabat.

Spemq;, metumq; inter dubia diu culmine summo

Certabant acies; permisistaq; funera fossis

Turbabant; sed dira fero tormenta furor

Vertebant martem validos terrentia Teucros:

Dictaeq; truces cadebant fortia ferro

Rectora Threiciam; seu celsa à sede ruebant.

At, tanto foris concussus pectora casu

Fulmineus subiens maros Achimettus in alto

Quassatis acies signis sternebat Iberas,

Attollens abacer aethricem in praelia Phœben.

Et iam sedebant collapsa à Marte phalanges;

Quo bellis aderat foris defensor acerbis

Vilerius, Rhadieg; inuictum gentis asylum;

Accendens animos dictis, viresq; ministrans.

Odis fulmineo; veluti si nulla fuissent

Praelia, terribilem congressi pectore martem,

Turbine saxarum, flammis, ferroq; cruenta

Agmina sternebant Teucrum; bœbisq; superbis
 Dardanijis atrum cumulabant funus Avernî.
 Interea iuvenum succedens effera turba
 Christiadam, Teucros atro mergebat averno.
 Innumeros; pauidos acri seu Marte fugabat.
 Id cernens, casu socium turbatus amaro,
 Martius Othomanus, folio constructus eburno
 Infaustis Thracas mœstus reuocabat ab armis;
 Mustantemq; fero, sociumq; à funere Pyrrhium
 Principis irati fufis clementia tandem
 Militiæ precibus soluebat victa benignis.
 At tanto donis superum certamine læti
 Victores Rhodij, spolijq; Orientis onusti
 Capta sacris suspendentes in postibus arma,
 Sacrato superis reddebant limine grates.
 Sed non Graiugenum soboles in veste virili
 Gaudebat Rhodium felici fœmina Marte,
 Dilecti nimio concussa dolore perempti.
 Tum dulces amplexa satos, simul oscula libans,
 Obsignansq; Crucis sacro munimine sanctæ,
 Traiecit atrox ferro; rapidisq; cremabat
 Semineces flammis; tanti ne dulcia forsas
 Præda forent Teucris dilecti pignora cari;
 Exuviasq; simul roseas succincta viriles,
 Armaq;, thoracemq; genas, & pectus amantis,
 Hostiles acies crudeli Marte petebat;
 Inuidæq; animo Teucros sternebat, & hasta
 Et tandem supra miseranda stragis aceruum
 Threicium, telis felix confixa iacobat.
 Interea Tyrj tentabant prælia frustra,

*Insydiasq; Phryges, promissaq; dona rebelli.
 At Solymanus atrox furij agitata acerbis
 Erepta bello palma, martisq; cruenti,
 Consilijs iterum socios in castra vocabat;
 Tum mæstos solidas animos, & premia spõdens,
 Othomanas acies bello reuocabat atroci.
 Extemplò ferro quatiens Achimettus iniquo
 Fundamenta solo misera seuissimus urbis
 Vexabat, frustra retrahens, & fragmina restè;
 Sed multa socium pœnas cum cæde luebat:
 Cæsumq; tamen per aperta foramina mortem
 Christigenum fatis ultus, labentia campo
 Infensus bombis æquabat mœnia diris.
 Oppositos intus subitò munimine vasto
 Ingenti ciues statuebant aggere muros:
 Cydonijq; truci seruabant mœnia ferro;
 Quæ collapsa solo pandebant limina Teucris.
 Aera per liquidum, telumq; volatile seuos
 Consilij procerum Tbraces arcana monebat
 Proditor at patriæ nimium crudelis amanda:
 Sed pœnas tanti sceleris dabat impius atras.
 Interea procerum per regia castra vigeat
 Dissensus belli varius, pacisq; decoræ;
 Cùm tales magni tollens sententia motus
 Principis, Othomanos spolijs ditabat opimis
 Pollicitis urbis victæ, laudisq; suprema.
 His ducis accensi dictis, & amore superba
 Allecti prædæ, seuissima bella ciebant.
 Stabant oppositi dextris, & pectore firmo
 Fulminei Rhodium proceres, & martia pubes,*

Pellentes versis crudelem à mœnibus hostem.
 Interea ferri stridor, martisq; superbi
 Horror atrox, muriq; fragor, tegulaq; cadentis,
 Armorumq; furor, terrorq;, timorq; suprema
 Inuisa necis, ac strepitus, fremitusq; ruentum,
 Plorantumq; ingens cœli super æthera clamor,
 Concussis miseram quatiebant mœnibus urbem.
 Hinc sæuo classis vexabat littora cursu;
 Infensorq; minax retinebat prælia vultu.
 Vna salus clausis tantum surgebat in armis,
 Sanguinea solum dextra sperare salutem.
 Virgineumq; decus, natos, thalamumq;, senesq;,
 Victoresq; truces, patriæq; incendia mœsta,
 Spectabant oculis; vires, animumq; superbum
 His accendebant monitis; hostemq; cruentum
 Fulminei denso pellebant agmine muris.
 Pro vita, rebusq; pijs, & numine diuum
 Certabant alacres, laudisq; insignis amore,
 Quærentes pulchram per aperta pericula mortẽ;
 Fœmineusq; globus sociabat vulnera bello.
 Hinc dictis alacres procerũ, precibusq;, sacratis
 Pugnabant, iunctis tollentes lumina palmis
 Ad cœlum, tantis superos orantia cœptis.
 At bonus inuictõ succensus pectore clemens
 Signa gerens dextra nostra veneranda salutis,
 Urgebat dictis Rhodios, & amore supremo
 Collapsos valido muros defendere bello;
 Hinc magnos alij proceres, fortesq; Latinos
 Sanguineis vita cœptis imponere finem.
 His Tentavillus succensus pectora gestis

Christi ferum medios acer delapsus in hostes
 Vilerio signum magno comitante ferebat,
 Innumeros spermens Teucros, Sariaſq; phalāges.
 Hunc circum valido certabant Marte caterua
 Permista; seuisq; anceps errabat in armis
 Sanguineus Mauors, diffundens corpora campo.
 Hinc pulsi muris Teucrici, casuq; sinistro
 Succensi, magno rursus clamore frementes
 Prælia fulmineis glomerabant horrida dextris;
 Concussoſq; solo muros, urbemq; petebant
 Audaces; celeriq; premebant fragmina cursu.
 At denso validi telorum turbine ciues
 Audentes seuo sternerant funere Teucros
 Desuper; ingressumq; horrendo Marte vetabant.
 Hinc gemitus vacuas, ingēsq; vlulatus ad auras
 Surgebat Ithracum crudeli cæde ruentum.
 At tanta socium concussi strage suorum
 Othomani proceres, acies in castra vocabant
 Belligeras; lethoq; horrendum linquere Martē.
 Inde truces longo vexabant mœnia vallo,
 Fundamenta solo quatientes eruta flammis,
 Vertentesq; acri noua propugnacula ferro.
 Interea ciues fossis, atque aggere parua
 Cingebant urbem; diro velut vltima bello
 Castra forent; & si qua manet, spes vna salutis.
 At Ithracū Princeps stragē miseratus vtrāque,
 Fœdere quarebat submittere mœnia sancto.
 Hinc Rhodij sacris euincti tempora ramis
 Obside Ithreicio Teucrorum castra subibant.
 Dissidijs, scriptisq; minans terrebat amaris

*Mœnia Threicius; vitamq; addebat amicam
 Subiectis, & res spondens, placitumq; recessum.
 Hinc varius Rhodium per regia tecta tumultus
 Exortus; tandem victori subdita magno
 Mœnia pandebat, miris populanda ruinis
 Militis infidi, gestisq; in sacra nefandi.
 Sic tandem dictis, factisq; utrinque benignis
 Complexi, Princeps victor, victusq; Philippus
 Fœdera firmabant, pandentes Thracibus urbem.
 Hinc mœsti ventis præbebant vela secundis
 Christigenæ victi; maternaq; rura petebant.
 Inde truci victor Rhisium Thracius heros
 Vexabat bello: placido tot flumine captis
 Threicijs, casuq; animum turbatus acerbo,
 Fulmineis bombis noctemq;, diemq; fatigans,
 Undique sanguineis æquabat mœnia campis.
 Instabant ciues contra, validæq; phalanges
 Batigenium; celsisq; arcebant mœnibus hostem.
 Inde nouum diro versans sub pectore Princeps
 Consilium frustra, ciues tentabat iniquis
 Insydijs, urbemq; Phrygum submittere sceptro.
 Inde videbatur furijs agitatius acerbis
 Arriadenus atrox, Teucros succendere bello,
 Tormentisq; urbem centum contundere diris;
 Belligerisq; viris pariter spoliabat, & armis,
 Horrenda nimium confusus cæde suorum.
 At bonus æthereo ciues Sarmentus amore
 Succendens, precibus sanctos exposcere diuos,
 Agmine fulmineo socium comitante superbus
 Rumpebat portis medios moriturus in hostes;*

Hor.

Horrendamq; dabat stragem per inertia Thraci
 Agmina; vertebatq; fugæ confusa repente.
 Victor ouans letam socijs stipantibus urbem
 Sanguine Threicio, spolijsq; petebat onustus.
 Hinc profugis urbis miserae referentibus arma,
 Militiaq; statum, lethoq; accensus acerbo
 Threicum, subito bellum crudele parabat
 Othomanum Ductor; tenebrisq; horretibus atrâ
 Aggressus diro belli munimine pugnam,
 Sternebat muros bombis: hinc milite forti
 Mœnia fulmineus scalis concussa premebat.
 At ciues, iussiq; mori pro nomine Christi
 Christigenæ duris mergebant agmina fatis
 Thracia: vertentes in præceps culmine Teucros
 Millia tot roseis sternebant funera fossis.
 At semper globus ablati à culmine cæsi
 Surgabat telis Teucrum furibundus acerbis;
 Sternebatq; neci miseris cum ciuibus urbem.
 Iam dira tandem pressi formidine belli
 Christiada lapsos linquebant undique muros;
 Miscebantq; alacres seuum per strata viarum
 Collecti martem; densiq; cruore cadebant
 Permisso supra confusæ cædis aceruum.
 Hinc fusas acies validam rapiebat in arcem
 Sarmentus. fædis inbumata cadauera campis.
 Hinc alij Phrygio cæsi mucrone cadebant.
 Interea rabidi rapientes mœnia Teucris,
 Vertebant igni, miscentes sacra profanis.
 Fædere tum sacro, fati q; prementibus urbem,
 Deuictam tandem pandebant Thracibus arcem

Christicola trepidi rerum: sed fœdere læso
 Aspera senserunt, deuincti vincula transtris.
 Hinc procul borreâdo Melitē certamine pulchrâ
 Martius Othomanus noctemq; diemq; fatigans,
 Vexabat; grauidamq; inuictō milite frustra
 Obsidione premens, bombis quassabat acerbis.
 Inde videbatur Pyalis seuissimus arcem
 Inuictam tentare manu; sed milite caeso
 Vexilloq; redire furens in castra relicto.
 Nec procul excelso furibunda cacumine bella
 Miscebant, mistis montem sternentia bombis.
 Hinc acri surgebant propugnacula marte;
 Illinc quassabant Melitenses fulmine vasto,
 Terrentes pauidos occiso milite Teucros.
 At illi frustra præcelso à caluine murus
 Tormentis, orbemq; feris, portumq; premebant.
 Anselmiq; sacrum vallabant aggere castrum,
 Ignibus urgentes diris; multaq; patebant
 Insydia Teucrum, profugisq; arcana Latinis.
 Auxilio multi veniebant vndique Teucris
 Interea; Meliteq; suos vallata rogabat
 Subsidiū; belliq; modum, martemq; monebat.
 Hinc septum paruo superabant aggere vallam
 Terribiles Sarii; proprio sed sanguine fossas
 Implentes, seuas pendebant funere pœnas:
 Subsidio tamen obsessis gens nocte subibat.
 At rapidi telis arcem volitantibus Apbri,
 Tbreiciq; truces, Syria, Meroesq; phalanges
 Vndique vexabant alacres certamine vasto
 Certatim; longoq; inuictas marte premebant

*Aufonias acies. at bello nescia vinci
 Pectora rumpebant vallo; stragemq; cruentam
 Othomanis ferro miseris, lethumq; ferebant,
 Cetera versu fugæ sectantes agmina turpi.
 Dedecus hoc tantum Thraces terrentibus umbris
 Aufonios contra validis abstergere coeptis
 Quarentes, culpis addebant crimina primis.
 Sic iterum, rursusq; truces concussa superbo
 Anselmi ferro diui munimina Thraces
 Congressi, dirum furibundo pectore martem
 Miscebant tandem, complentes milite pontem;
 Infestoq; arcem vexabant undique bello.
 At tantos Teucrum conatus, martia proles,
 Christigenæ magni, fortis Baragamus, & ingens
 Medranus, proceres inter clarissima martis.
 Pectora, fulmineo sternebant agmina ferro
 Thracia; vertebantq; fugæ vox cætera turpi;
 Binaq; per terram Teucrum vexilla trahabant:
 Nec procul Othomanos vallo fumante fugabant.
 At Thraces rursus validis contundere bombis
 Tentabant arcem, duroq; insternere ferro.
 Hærebant subito scalæ; celeresq; phalanges
 Scandebant; subitusq; ignis, subitæq; cateruæ
 Cadibus instabant. sternebat funere campos
 Undique telorum densa cum turbine nimbus:
 Instabant etenim valido lectissima ferro
 Pectora Christiadum, seuos sternentia Thraces,
 Audacesq; alta Teucros ex arce fugabant.
 Inde videbatur casus contendere Leptim
 Consilij ingens saxo feriente Dragutbes.*

Hoc indignati ductores Marte cruento
 Threicij, rursus crudelia bella parabant.
 At tanto nunquam concussi pectora bello
 Christigena magni, sancto pro nomine Christi
 Audentesq; sacro morituri in martis honore,
 Spernebant Phrygias certa cum morte phalæges,
 Laudibus æternis tollentes nomen Olympo.
 Interea Thraces cingebant undique bello
 Inuictos hostes animo; terraq; , mariq;
 Infensi misto sternebant corpore muros.
 Hærebant iterum scæla; rursusq; superbi
 Armato stabant feruentes milite pontes.
 Hinc ascendebant; illinc effusa cadebant
 Agmina Threicium; seuisq; ululatibus auras
 Implebant rabidi: rursusq; , iterumq; cruentum
 Congressi Martem, commissa cæde furebant
 Othomani, Stygijsq; furentibus undique bombis.
 Nec lapsas intrare dabatur Thracibus arces;
 Dum sacro Latij errabat anbelitus ore
 Magnanimis; felixq; regebat spiritus artus.
 At tandem seui clarissima lumina Martis
 Threicia supra miseranda stragis acervos
 Spirabant animas cæli super æthera lætas.
 Hinc Thraces tanto victores Marte superbi
 Heroes Cruce magnanimos belloq; peremptos
 Mergebant pelago supra fulgentibus armis;
 Versabantq; urbi vectos ad littora venti.
 Hoc casu Latij turbati, & nota videntes
 Ora ducum, seuum spirabant lumine Martem
 Fulmineo; captosq; iubebant cadere Teucros;
 Paci-

Paciferumq; minis renuebant limine Thracem;
 Immensamq; feris augebant Thracibus iram.
 At bonus Othomanum Latij arcana ferebat
 Lascarius nando, telis ereptus iniquis.
 Interea nebula densa caligine septi
 Mœnia subsidio magni vallata subibant
 Ausonij; seuoq; tuendam Marte petebant
 Militiæ sacram celorum Principis arcem.
 Inde truces acri fundebant Marte cateruas
 Sythonas aruis; stygiumq; in frustra secabant
 Graiugenam sub nube caua fera bella parantem.
 Interea lapsu lauo lacrymabile celum
 Sternebat Teucros, socium noua tela petentes:
 Instabantq; hostem diris contundere flammis
 Vndique; continuoq; urgebant mœnia bello,
 Ingenti socium populantes funere campos.
 At Mauri Latios contra fera bella parabant,
 Inuictamq; arcem remeantibus vndique cymbis.
 Arcebant hostem trabibus, grauibuscq; catenis
 Ausonij; ferroq; instantes scindere vallum
 Cbrisifugas acri per pontum Marte fugabant;
 Mergabantq; alij tormentis inde superbis
 Millia tot Teucrum Melitensi corpora ponto,
 Immissasq; rates, pariterq; furentibus armis.
 Hinc denso Latij vastabant funere Mauros.
 At Thracum Ductor casu succensus amaro
 Fulmine crudeli saeuus noctemq; , diemq;
 Inuictum cessante premebat milite castrum.
 Sed diris instaurabant quassata ruinis
 Nocte sub obscura, bellis vastanda futuris
Mœnia

*Mœnia Christiada; Tbraceſq; horrore premebāt.
 Intereā ſtrato tranſibant vimine foſſas
 Biſtonij; fruſtraq; arcem certamine terno
 Tentabant alacres; proprioq; cruore madentes,
 Ingenti ſocium ſternebant funere vallum;
 Talis Chriſticolum feriebat martia virtus.
 Hinc ferus inſydias Muſtas tellure latentes
 Molitus, ratibus vexabat mœnia binis.
 At Latij contra ceſſo certamen eodem
 Audaces antro congreſſi, turpia flammiſ
 Agmina Tbreicium rapidis, ferroq; fugabant;
 Ignitoq; alacres perdebant fulmine pontem.
 Sic varijs letho fundebant corpora bellis
 Belligeri, miſto ſœdantes ſanguine campos.
 Hinc trepidi magno complentes aggere foſſas
 Othomani: Teucros illi ſed marte fugabant.
 Inde fero rabidi quaſſata ſuburbia marte,
 Inuiſtamq; arcem pariter certamine vaſto
 Sythonijs, flammisq; atris, ferroq; premebant.
 Ibat atrox cœlo clamor, ſtridorq; metalli,
 Bomborumq; fragor, rumorq;, furorq; ruentum;
 Texebatq; atra nubes caligine cœlum.
 Inſtabant contra valido Maortia ferro
 Pectora Chriſtigenum, muris pellentia Teucros.
 Exibat campis ingens equitatus apertis
 Intereā; Marzaq; horrendam flumine pugnam
 Agglomerans, letho Mauroſ mergebat acerbo;
 Belligeroſq; Pbryges bello vertebat ab atro:
 Seuus ubique tamen Mauors dabat impia fata.
 Hinc leti ſubitò belli ſelicibus auſis*

Chriſti.

Christigenæ placidis soluebant munera diuis.
 At miseri tantis concussi pectora Teucris
 Gladibus, atroces horrebant fulmine pugnas
 Christi adum fusi; martemq; timore ciebant
 Incusso; varijsq; inuictam assultibus arcem
 Vexabant, murosq; orbis: castrumq; superbum
 Tentabant frustra scalis superare repostis.
 Nunc flammis bellum, cæco nunc sulfure martē
 Miscebant; pugnamq; caua sub rupe gerebant;
 Sed multa retrò remeabant cæde suorum.
 Hinc trepidi Thraces percepto nomine classis
 Hispanæ, patrias scandebant undique naues;
 Tranquilloq; mari stabant in prælia cincti.
 Inde feris iterum tormentis mœnia campo
 Aquabat, latamq; viam pandebat in orbem
 Horrendas Pyalis; sed Mustas efferus arcem
 Principis ætherei; bellumq; immanè parabat.
 Mox dirum seuo glomerabant milite bellum
 Othomani: sed ubique manu, ferroq; profusi
 Christicolum, magno vertebant terga pauore;
 Ingentiq; simul traiecti clade ruebant.
 Instabant iterum, rursusq;, iterumq; superbi;
 Sed victi tandem cedebant agmine verso.
 Namq; senes, pueriq; simul duce principe magno
 Miscebant dextris horrentia bella superbis;
 Fœmineusq; globus saxis pugnabat acutis.
 At qui murorum congressi in culmine martem
 Bistonij, duro cæsi mucrone cadebant;
 Tergaq; vertebant alij turpissima retrò.
 Sic iterum longo, rursusq; asperrima Marte

*Infesti frustra tentabant praelia Thraces.
 Obstabant etenim, clarissima lumina belli;
 Sternebatq; Phryges rigida tum Cencius hasta.
 Hinc tanto dignas soluebant munere grates
 Christicola læti superis, & carmine laudes.
 Instabant iterum Teucris; rursusq; cruentum
 Accensi furij glomerabant undique martem.
 Fundamenta solo quatientes omnia flammis,
 Congressiq; urbem, muris vexilla locabant;
 Ingressiq; atro fundebant funere ciues.
 Pallidus interea miserandam nuntius urbem
 Thracibus ingressis Regi referebat in aula.
 Stipabant omnes denso tunc agmine Regem:
 Pellebantq; truces audacem audentius hostem;
 Threiciaq; atra complebant omnia morte.
 Audaces iterum, veluti si nulla fuissent
 Praelia, bella duces Thracem furibunda ciebant,
 Vexantes arcem tabulato, ac mœnia castro:
 At Latij subito vertebant omnia flammis
 Fulmineis, duro sternentes funere Teucros.
 Tum socium cedis furij agitatus amaris,
 Horrendo Mustas sacrum certaminis castrum
 Oppugnans, socios spolijs stimulabat, & auro.
 Sed Francisciades sacro sublatus olympo
 Deuotis mentem precibus, lacrymisq; profusis
 Audaces Teucros sacra pellebat ab arce,
 Christicolis letho sternentibus agmina Thracum.
 Hinc muros supra manifesto numine visi
 Terrebant superi Teucros; murisq; fugabant.
 Hinc conspecta pios niueo candore columba*

Christigenas tanto validos spe. Marte fouebat.
 Hinc castrum, vallumq; simul cum milite caeso
 Vastabant Latij Teucrorum, & corpora flammis.
 Vltima bella Phryges tandē furibunda parabāt;
 Cūm pauidus classē ripis referebat Iberam.
 Scandebant subito trepidi formidine classē
 Threicij, ratibus belli tormenta ferentes.
 Tu quoq; cernebas trepidātes Bormula Teucros.
 Inde videbantur lati dare pristina ventis
 Christicola supra castrum vexilla receptum.
 Interea taciti per amica silentia magnis
 Mœnia subsidijs Melites obsessa petebant
 Christigenę: at cōtra properabāt agmina Thracū.
 Inde procul verso fugientes agmine Teucri
 Ingenti passim montes, & funere campos
 Sternebant proprio, scēdantes littora cœde.
 Sic miseri diris concussi pectora fatis
 Vela dabant Thraces; mœstiq; orientis ad oras
 Exanimi seuis remeabant agmine morbis.
 Inde videbantur sociorum funeris acres
 Vltiores Teucri Serbinum inuadere bello.
 Peones interea sternebant agmina campis
 Threiciū; spolijsq; redibant gentis onusti
 Bistonia; tum capta solo vexilla trahabant.
 Hinc alacres validis omnes in prœlia dextris
 Iurabant; vitamq; iubebant fundere muris.
 Agmina mox densa pugnando grandine ferri
 Thracia sternebant, per vallum plena cruenta
 Cedis in obscuram ducentes prœlia noctem.
 Hinc stygijs Teucri quatientes mœnia bombis,
 Tolle-

Tollebant voces, complentes aggere fossas;
 Peonia caesi dextra sed Marte cadebant:
 Missilibusq; truces iterum, vastoq; metallo
 Aggere vexabant tuti noua mœnia magno.
 Linquebāt trepidi quassatā hinc Pānones urbē:
 Priscaq; congressi vexabant mœnia Thraces
 Tormentis, longum sternentes flumine pontem.
 Hinc Saryi muris arcebant sistere ciues
 Aggeribus tuti. misto sic mœnia letho
 Intrabant tandē Thraces: mox sternere castrum
 Instabant bellis alacres; victiq; ruebant;
 Victoresq; truces iterum noua bella parabant.
 Attamen à summo pellebant culmine ciues.
 Sed tandem flammis trepidi crepitantibus omnes
 Interiora domus præcelsæ tuta petebant;
 Multaq; gēs Teucris remanebat præda superbis.
 Hinc seuo miserum victores fulmine castrum
 Vexabant: nec spes victis erat vlla salutis.
 Tum ductor socios accendens Martis amore,
 Exhibat valido per aperta pericula ferro
 E flammis medios alacer moriturus in hostes.
 Sanguineoq; vltus mortem sed ponte ruebat,
 Dilectiq; simul socij fera vulnera passi.
 Sic Thracum Princeps capiebat mortuus urbem
 Serbinum, multo mercatus sanguine muros.
 Hinc procul ingenti genitus certamine Cyprium
 Inuadebat atrox; urbemq; furore premebat
 Leucosiam, bello vexans Salamina Selymus.

Finis Lib. vndecimi.

F. PE-

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Duodecimus.

ARGVMENTVM.

Aduenit interea Nestor; fictiq; Pelasgi
Insydias, ac bella Cypri nocturna recenset:
Exposcunt Cyprij pacem; negat Astor acerbam.
Mars itetum surgit; Graius cremat horrea martis.
Sic omnes pacem poscunt; & moenia spondent.

T Alibus inter se gestis, & amore trabebant
Tēpora fraterno Princeps Hispanus, et ipsa
Graiorum Sultana patrum stipata Senatu,
Anxia diuersis agitati pectora curis.
Appulit interea victa Salamine profectus
Littus in argolicū: validusq; ad salsa Methones
Auster agit, Maleæ sulcantem gurgitis undas.
Austriadesq; vidēs Aquilas, venerabile signum,
Agnoscit subito: secumq; exterritus hæsit,
Tristia multa putans: sortisq; misertus acerba,
Accessit tentare ratem, casumq; dolendum.
Flectit iter velis; proramq; aduertit arenæ;
Hesperiosq; Duces, Teucros, mistosq; Pelasgos
Exultare videns, secum miratur, & hæret;
Longinqua quæ causa vie. tūc pluribus anceps,
Affatur breuiter Latios. quid sola Pelasgum
Austrias hæc puppis, iuuenes, terit otia portu?
Dicite, qui casus, vel quæ fortuna fatigat?

Sum

Sæm Nestor Cypri fatis ereptus acerbis.
Obstupere viri dictis; stupet ipse Michael :
Nomine Nestoreo; casuq; exterritus hæsit
Idalium; mæstoq; erumpens pectore vocem,
Huc seuis, inquit, ventis duce numine veeti
Venimus; & Graiũ trãquilla intrauimus arua.
Dux est Austriades nobis; quem læta Metbone
Hospitio Sultana tenet; dum salsa quiescant.
Talibus accensus dictis Mauortius beros,
Compellare Ducem, Cypriq; exponere casus
Euerse, parua subito descendit ab alno;
Austriademq; petit cœtu comitante Latino
Exiguo; portæ magnus cum limine primo
Elmius occurrens, vestes miratus, & ora,
Sic prius alloquitur. nobis agè fare vicissim;
Quisquis es, o iuuenis. fatis iactatus, & alto
Aduersis, Graiosne sciens, an amore Pelasgum
Accedis? contra placido sic pectore Nestor
Excipit. extrema pelagi, Dux inclyte, sorte,
Non errore via venio: data fata secutus,
Casibus ereptus Cyprijs, iactatus & austro,
Italiam quæro patriam; magnumq; Metbone
Austriadem sensi, Regemq; reuisere posco:
Ostendat lapsos si fors inopina salutem.
Ergone Threicijs Salamis est diruta flammis
Impia? fata deumpœnas sumpsere Cethinæ
Excidio, Latijs num cæsis hostibus ante?
Elmius exceptit. dudum felicia nobis
Gesta refers. iam dexter adi, rebusq; secundis
Optatus; laudem referes, & præmia dicti.

His

*His inter sese gestis, ad regia gressum
 Limina tendebant pariter; cum martius heros
 Austriades tecto fidum miratus ab alto
 Nestora dignoscit; casu stupefactus acerbo
 Tristia multa putat; dictisq; affatur amicis
 Sic prior. Ausonia Nestor carissime gentis,
 Quis te casus habet; vel qua fortuna fatigat;
 Gentis ut Inachia terras ignotus adires?
 Eversa fors an suprema incendia Cypri
 Causa mali? seu te poscentem rebus egenis
 Auxilium seu iactarunt aequore venti?
 Me quoque per similes iactatum gurgite casus
 Excipit hospitio miserans Sultana benigno:
 Sic dixit, magno venientem amplexus amore,
 Incolumi dudum caro letatur amico.
 At Nestor tristes auertens pectore curas
 His dictis, latus genibus reuolutus inhaesit
 Magnanimi Ducis; ac lato sic excipit ore.
 O decus Hesperiae, spes o fidissima Romae,
 Excidium miserae vexat lacrymabile Cypri
 Auersis belli fati extrema secutum,
 Et proprijs, durisq; meorum cladibus actum.
 His oculis vidi miseranda strage cadentem
 Idaliam, Cypriusq; immisto funere campos
 Instratos; veluti folijs autumnus abactis
 Pallidus insternit concusso vimine terram.
 Quid repetam Teucrum strages, casusq; meorum
 Ingentes; refugit si mens exterrita luctu?
 Sat vidisse semel; satis est sensisse dolorem
 Extremum, lacrymasq; super fuisse ruinis.*

His dictis ardent animi perpendere casus,
 Supremamq; Cypri subuersæ audire ruinam.
 Tunc Sultana Ducem dictis affatur amicis.
 Nunc agere fare Cypri casus, stragemq; nefandam,
 Hospes amice, virum Latij, Thracumq; meorum,
 Erroresq; tuos: petit hoc & martius heros
 Austriades. contra dictis sic Brixius orsus.
 Ingentem quamuis iubeas, Regina, dolorem,
 Et lacrymis iterum Cypri sentire ruinam:
 Aggrediar breuiter, recto tamen ordine summam,
 Euersamq; Cyprum. fatis crudelibus acti
 Duceres Thracum, miserandaq; funera passi
 Fulmineis Italum dextris, noua pectore versant
 Conflit; atque dolis urbem sabuertere tertis
 Decernunt (alias duro Salamina bello
 Concordes stabili firmarant mœnia Parca
 Subsidio) stygijs pollentem noctis opacæ
 Artibus, instructumq; dolis pallentis auerni,
 Fallendiq; legunt Mallenum nomine Graium;
 Qui medio belli stratus flagrante tumultu
 Exoret pacem; dextramq; extendat inermem
 Victori Latio; Romanaq; iura receptet,
 Dissimulans; tum tēpla petat; fundatq; per aras
 Ore preces supplex; & Christi numen adoret
 Assiduus: dum res cunctis sit credita veri
 Romulidæ. at quocunque dabunt se tēpore vires;
 Aut tacitus reseret portas in nocte silenti:
 Aut tacitis seui flammis cremet horrea martis.
 Venit: & ausonio fusus lustralibus undis
 More sacro, lacrymisq; oras pia numina Christi

Ausonios inter supplex degebat amicos.
 Errabatq; libens ciues impune per omnes
 Vt ciuis: simulata fides sic credita Cypro.
 Horrendum labente die manimine magno
 Threscy martem glomerant (ad praelia namque
 Ex turpi rediere fuga; quæ turpiter olim
 Bistonias petierat) sic spicula librant
 Fœdèrè iam læso tottes; & Marte profasti.
 Acceduntq; alacres pugnam; murisq; superstiti
 Fune; veluti Bellonâ; furons in moenia saltu
 Armatis facibus lævam; dextramq; superbo
 Fulmine; præcipitem sese dedit inclytus heros
 Vngrutius; patrij; qui nuper denerat oris
 Bybritij; Cyprijsq; domos; & templa deorum
 Inuoluit flammis; populamq; in frustra trucidat
 Imbellem: subito concussam conquirit urbem
 Immanis terror; sensitq; per æthera clamor;
 Infelix rueret Salamis velut hostibus atris.
 Audijt à longè gemitus Bragadenus; & unâ
 Bybritium contra districto apparuit ense.
 Nec dictis instant; coniectis eminus hastis
 Incurfant clypeis alacres; dextraq; superbas
 Agglomerant; gemuntq; ictus; & flumine largo
 Sanguinis effundunt terram; mistamq; cruore
 Corporis auulsi partem. Vi martius acris
 Corripuit tandem ferro Bragadenus acerbo
 Bythinum; fœdaq; effusum extendit arena.
 Sic Cyprio fusus campo lacrymabile bustum
 Magnanim' iacet Vngrutius; Veneti; tropheum.
 Tunc urbem gemitu; pauideq; remittit ad arma;

Obsessisq; suis Antonius astitit ingens.
 Interea campo exierat Maortius Astor,
 Obuia multa Pbrggum demittens corpora letho,
 Inuictiq; duces alij, Rondachius heros,
 Insignisq; Arum, & atrox in Marte lyores,
 Fulmineisq; simul iaculis insignis Amazon,
 Astora, quae nuper magnum lustralibus undis,
 Bellorumq; ausis fraterno amplexa Latina
 Legis amore ducem, bellis comitata superbis
 Deseruit nunquam; extrema nec morte reliquit.
 Mustantem tandem aggressus Balionius heros,
 Collapsam vario foedauit vulnere corpus.
 Mersissetq; Erebi, caesum pallentis ad umbras;
 Nil gens Threicium contra se uiret; & ipsum
 Cedere victorem pariter non atra coegit.
 Sic Astor magno redijt Salamina triumpho
 Cum socijs post tot miseranda funera cadis.
 Malloniq; animum cuncti laudamus in armis.
 Hoc tanto Thraeces percussi pectora casu,
 Abstinuere fero paulum decernere ferro.
 Corpora caesa cremat; menteq; in plura uolunt.
 Haec potior tandem surgit sententia menti,
 Cedere; egruleoq; sinu se cedere ponti.
 Ast ubi uictrici Teucrum fuga credita Cypro;
 Nocte sub obscura telis inopina superbis
 Bella cedere truces; lapsosq; inuadere muros.
 Discedunt: pelagoq; incumbunt: seq; recondunt
 Ex oculis Italum. ripis remeasse paternis
 Credimus; & magna canimus cu laude triumphos
 Aeterno Patri; ac votum immortale sacramus,
 Lati-

*Letitia munus, miserae velut ultima Cyprì
 Sacra forent, festa velamus limina lauro.
 Mallenumq; omnes circum pauitantia lati
 Astantes Cyprìj ridebant agmina Thracum;
 Fusaq; per Cyprìos querebant funera campos,
 Dardanidumq; metum bello, vilemq; timorem.
 Non tamen omninò falsis confidimus ausis;
 Instamus bello; vigilesq; accingimus urbem.
 Tempus erat; quo grata quies per mēbra soporem
 Lapsa rigat; grauibusq; afferè obliuia curis;
 Quinta; iam vigiles exciuerat hora secundos;
 Cùm stratis somnus, tectisq; silentibus instat,
 Lapsa soporifero perfundens pectora rore.
 Baliades tamen insomnis vigilantibus astat
 Solus; & umbriferae non cedit lumina nocti.
 At miseris vix primà quies laxauerat artus;
 Cùm furtim tacito repens per mœnia lapsu,
 Auribus arrectis nocturna silentia captans
 Mallenus, miseram Teucros adducit in urbem
 Umbriferae per tecta domus, & deuia saxa;
 Quà limosa palus patitur vestigia lenta.
 Interea ventis, potius feruentibus alis,
 Defensi tenebris aderant; & turbine nigro
 Threicij ripae proceres; murosq; tenebant,
 Repentes nigrae per tanta silentia noctis;
 Quòd non sentitur gressus, nec cernitur ulli.
 Terribiles visu telis furialibus omnes
 Obsedere fores paulatim, & strata viarum
 Principio circumfusi per mœnia Teucri.
 Sic extra pariter vallo Salamina superbo*

Accingunt; validoq; fures cum milite servant.
 Hinc toto pariter sonuerunt aethere voces
 Horrenda, quibus astra tremunt, & limina terra.
 Caduntur primò vigiles; qui vulnera passi,
 Assiduisq; umbra, lucisq; laboribus hausti,
 Haud poterat oculis inuictum expellere somnũ.
 Defendunt alij strictis obfessa viarum
 Strata truces gladijs, mortemq; minantur acerbã
 Egressis, martis, mortisq; apparet imago.
 Stricta parata neci miseris mucrone cruento
 Stat Cyprijs acies, mox hinc Parathonius heros
 Impulit aratas ambe so cardine portas
 Vi multa; portisq; agmen committit a pertis.
 Vndique tunc ingens clamor, furit undiq; terror
 Horridus; armorũq; horredus inhorruit horror.
 Tum stridor ferri, strepitus, clangorq; tubarum
 Clarefcunt tenebris; & mars horrore superbit.
 Vix primam tristi capiebat nocte quietem
 Astor, ab excubijs rediens armatus, & ipsa
 Tempora nudus adhuc galea; cum turbine martis
 Excutitur somno; strepitusq; interritus haust.
 Egreditur porta clypeo munitus; & ense
 Fulmineo Teucrum turmas inuadit atroces.
 Vt Leo, getulus raptis à fame natis,
 Effossusq; acri generosum cuspide pectus,
 Torua fremens, cæcus fertur per tela, per ignes.
 Irruit infer sos tandem moriturus in hostes,
 Vnguibus excerpens, & diro corpora maxsu.
 Haud secus in densos dextra Mauortius heros
 Irruit inuicta Teucros; agmenq; profundis

Tbrei-

*Threicium: fusi; duces, fusi; manipuli
 Astoris aduentu, fugiunt & Marte phalanges:
 Tanta viri virtus, ac talis gloria martis.
 Hac habet accessum paulatim in praelia Mauors
 Idalys; multiq; Duci velut agmine facto
 Addunt se socios; ac denso compita Thracum
 Funere contexunt: aucta sic pectore vires.
 Excitor interea: martemq; exterritus acrem
 Auribus arrectis specular. tunc hostibus atris
 Immissis rumor miserandam vuntiat urbem,
 Nocte dolis intempesta sub luce maligna.
 Lamentis, gemitu, magnisq; ululatus omnis
 Tunc abrupta quies; stratisq; excita iuuentus
 Arma fremit; clypeoq; inuadit; & effera martem
 Agglomerat; Teucrumq; atro dat funera letho.
 Precipiti furibunda gradu pars altera dextris
 Inconsulta ruit patrios defendere muros.
 Pars delubra petit votis; velut vnica rebus
 Spes foret afflictis. tota discurritur urbe.
 Martis vbique furor tamen, & terroris imago.
 Sic Cypru, mistiq; Phryges per mœnia fusi
 Diffugiunt; tristisq; urbem diuexat Erinys.
 Collucere faces, & passim culmina flammis
 Inuolui, miserosq; senes, miserumq; parentem
 Amplexum genitos, flentes super æthera matres
 Ingentem iunctis clamorem attollere palmis,
 Horrendamq; necem, cernens quis talia iustis
 Temperet à lacrymis? duris furor ossibus arsit,
 Agglomerare manum, morteq; miserrimus opto
 Cum socijs: Thracumq; suo moriturus in agmen,*

Extinctos credens socios feralibus armis.
 Olli se iungunt nobis sub luce maligna,
 Numine seu dextro potius, fidissima corda
 Magnanimum herou, Bogones, & Tutius ingens
 Insignesq; duces alij, quos ira superbos
 Praecipitat, seuas Thracum consumere turmas.
 Irruimus certam in mortem; sed numine nostro
 Tendimus in Phrygios: pugnas, quos talibus hor-
 His pietas seruata malis obiecit acerbis, (tor.
 O socij, veraeq; auctor pietatis ab ipso
 Seruabit (spero) defensos limine lethi.
 Non tamē est absumpta salus: iam Regis Olympi
 Auxilio restat nostris spes unica dextris.
 Sunt illae gentes; ferro quas saepius olim
 Fudistis; furtoq; ausa, non perdere dextra.
 Vos ergo solidas contra depromite vires:
 En medijs illis vester vocat Astor ab armis.
 Sic dicens, medios labor moriturus in hostes,
 Acer in arma fremens, oculis, & pectore solum
 Astora prospectans; simul & Mauortia proles
 Astoris ingenti dextras accendit amore
 Magnanimi, certā spondens hoc Marte salutem.
 Hinc furit in Lycios seuis Rondachius armis
 Cum socijs, trudens Erebi pallentis ad umbras
 Aeratas acies: veluti Bellona, flagello
 Ante duces omnes insignis sauit Amazon
 Virgineo stipata choro: moritura per hostes
 Irruit; ut tygris natis orbata peremptis.
 Nec minus hac ingens Aruns, acerq; Lyores
 Agmina rumpebant Cylicum certamine vasto.

His medius venit fati clarissimus Astor,
 Cade rubens Teucrum (bello notissima virtus
 Claruit in tenebris) lati spectauimus omnes.
 Incolumem; cunctos quo sospite spernimus hostes.
 Tollimus extemplo lætas super æthera voces
 Astoris aduentu: nostræ spes vna salutis.
 Venisti tandem socijs, clamamus; & ipse,
 Tempus, ait, seuo tectis, o martia proles,
 Exturbare Phryges; solita sç; ostendere vires.
 Latius hæc olim forsân meminisse, tuuabit.
 Vix ea; cum duro transfixus pectora telo
 Aufugiens, in te (fatur) clarissime bello
 Baliade, suprema salus; miserere tuorum.
 Observant soli portas Bragadenus, & ingens
 Grandenius senior: hos circum mille superbo
 Marte fremunt acies. subitò volat acer in hostes
 Baliades: sequimur cuncti: portisq; cruenta
 Tot letho Teucrum deiectis prælia surgunt.
 Nec minus excisam miscent horrenda per orbem
 Prælia succensî socij; Phrygiosq; trucidant.
 Martis ubique furor: sternit mars funere misto
 Idalios campos; oriturq; miserrima cædes.
 Nec minus in portis lethali vulnere fixi
 Confusi cadimus. duris cadit inclytus armis
 Tutius; assequitur Bogones, ac martius Hector;
 Magnanimiq; duces alij, lætissima corda,
 Sectantur socios claro super astra triumpho.
 Multaq; cade duces sequitur sine nomine turba
 Martia, cælorum sacris decoranda trophæis.
 Fûdimus hinc Teucros tamen; euersaq; per urbē

Aspera

Aspera miscemus per cœcamprelia noctem
 Sanguine Teucrorum. vasto velut ore Leones
 Impasti taurum consumunt corpora marsu.
 At fera bellatrix, inuictaq; dextra sororum
 Millia dant iusto Lyciorum pectora letbo.
 Asequitur magnus iaculis Vrsatus, & ingens
 Strambalius, dextraq; inuictus Tutius alter,
 Germanoq; truci non inferiora secutus
 Acer Alexander, Petrusq; ingensq; Philippus,
 Idalyq; duces alij, dextrisq; superbis.
 Dardanidum cumulāt miserādā funere stragem.
 Sic omnes misti Teucris concurrimus armis
 Nocte sub obscura; stragemq; immittimus atrā.
 Occurrit magna Carames stipante caterua
 Meonium; dictisq; Italos irridet amaris.
 Non tulit inuisas voces Mauortius Astor
 Principis insani: stricto petit obuius ense;
 Nos socios, illum tandem crudelibus virbris
 Effundit; multamq; necat sine nomine turbam
 Meoniam; sociumq; alij quassauimus agmen.
 Hinc petit Assantē Bragadenus; & agmē aperto
 Marte secat, primum sauo Rectore perempto.
 Hoc rumore ferox ingenti occurrit Amycles,
 Dardanidaq; duces alij, tum seuior Axus;
 Et socium querunt vlcisci funera ferro.
 Nos contra iaculis alacres irrumpimus omnes;
 Effususq; breui tetro committimus orco.
 At seuum dextra Mauortius Astor Amyclen
 Aggreditur; magnaq; incusat voce superbum.
 Non fuga te digno rapiet, saeuissime, letbo;

Nec

*Nec deusq; capibent socij. cęlestiatandem
 Funera tot socios vlturo numina prębent
 Hęc tu, iam Cypro, iniusto quam Marte petisti,
 Mortis erunt meta. contra sic orsus Amycles
 Terribilis, capiti potius cane talia demens
 Fata tuo; nam te mors hęc vesana referre,
 Infelix docet. at nostro cesidisse iuuabit
 Fulmine, non belli pudibundo vulnere victum.
 Sic dicens, Martem clypeo commiscet, & ense.
 IncurSAT contra duro mucrone coruscans
 Baliades; fœdoq; ducem cum sanguine multo
 Vi magna tandem moribundum extendit arena.
 Hic horrendę iace ciuis telluris amata;
 Ardor ubi mentis tantus Salamine manendi.
 Hęc ait; Hyrtbacidęq; petit; qui cęde perempti
 Terribilis contra visa veniebat amici.
 Torua tuens, ac cęca fremens, vix talia promit.
 Infelix monstrum, procerumq; vorator Eoum,
 Vsque deum quod fata ferent te leua cruentam
 Dardanidum pestę magnorũ? an crimina nostra
 Diratno seuas augent in pectore vires?
 Heu quãm parua Ducum descędis victima caris
 Manibus. heu quãm sis vindicta indigna meorũ
 Heroum, Cypriumq; almi domitoris Amyclis.
 Sic dixit. contra subridens martius Astor,
 Vnanimem quid spernis, ait, clarissime bello
 Hyrtbacide, socium? verus decedere nunquam
 Absque suo vita socio, belliq; laborum,
 Passus amor. cur non fidum sectaris Amyclen
 Delicijs Thracum? caro tamen ibis amico.*

Sic terrebis aues dictis, non Marte Latinos.
 Fulminat his dictis horrenda cade superbus.
 Horrui Hyrtbacides primò; sed corde timorem
 Pellit honor subito; reuocatq; in praelia vires.
 Effera sic tecti clypeis certamina miscent,
 Fulmineaq; manu. viam dant æra fauillam
 Ictibus horrendis: multo mox sanguine fuso
 Terra rubet. sed quid mortalibus Astora telis
 Magnanimum cõtra fas est confidere cuiquam?
 Effusum tandem seuo detrudit auerno
 Hyrtbacidem magnũ; sociosq; ad tartara iungit.
 Interea socium validis interritus armis
 Heroum cõtus, diroq; acerrima bello
 Sarmatias, tota Teucros Salamine profusos
 Expulerant: nec stant nobis hæc praelia paruo;
 Tot nigris quãquã Phrygios demissimus umbris,
 Immistosq; duces; Cyprios & sanguine campos
 Threscio, densq; Aphrum fœda uimus urbem
 Funere: nec possunt atra mœstissima noctis
 Funera, nec belli censerifortia facta.
 Mustantem solum bello Mauortius Astor
 Querebat: castris pavidus sed fugerat antè;
 Incutit horrendum dum mœsta aurora timorẽ.
 Ast ubi nostrorum deflendam funere cladem
 Thitoni coniux fuscis inuecta quadrigis
 Pallida monstrauit cõmistam sanguine Thraciũ:
 Idaly proceres audita cade suorum,
 Exitioq; urbis, lapsisq; ad praelia rebus,
 Conueniunt, adeuntq; Ducem; cui talia fantur.
 Nunc ad te flentes (nostra dux inclyte gentis)

Confugimus, rebus miseris consulta petentes:
 Quãdoquidẽ nullã nostris spem ponimus armis;
 Desertiq; sumus, rerum iam martis egentes.
 Lumina tot cecidere ducum, validæq; phalanges
 Ausonia; tum spes omnis sublata salutis.
 Quassatas at opes omnes, totamq; superbo
 Consedisse Cyprum luctu, miseramq; videmus
 Lamentis Salamina pijs incendere cœlum.
 Quassata nutant turres; & mœnia fœdis
 Aequa iacent campis: nec propugnacula bello
 Tutamaneant: pendent hæc interrupta; minæq;
 Murorum cecidere solo. non arma iuuentus
 Sanguinolenta capit, diris exterrita fatis.
 Quinetiam superata dies iam tertia cari
 Muneris experkes Cereris, patrisq; Lyæi
 Vexat; nec fruges adsunt, nec dona Mineræ:
 Nec vicina queunt victu conferre salutem
 Oppida; nos hostes accingunt undique bello.
 Quin exhausta manent seui munimina martis
 Venturi, perijt miseris spes cuncta salutis.
 Aspice nos pietate, Pater; decus aspice nostrum,
 Supremamq; Cypri venturo in Marte ruinam.
 Te ciues omnes, pueri, castæq; puellæ,
 Confectiq; ætate senes, matresq; dolentes,
 Oramus miseri pacem; miserere labantis
 Idaliæ. fusi tenebris sat funera diris
 Vidimus; atque viris miseram spoliauimus urbẽ.
 Quando sic visum superis pro crimine nostro)
 Poscit enim vindicta deos iustissima pœnas
 Ob scelus infandum Cypri) poscamus ab ipso
 Opta.

Optatam iustis pacem Ductore Pelasgum.
 Legibus: Ausonios proceres; sociosq; remittat
 Incolumes patriæ: maneant Amathusia regna
 Imperio Thracum: ritu sed pristina seruent,
 Et veteres Cyprii leges, Cypriiq; vocentur.
 Ius solum regni cedat Bragadenus, & Urbem,
 Optatam iungens æterno fœdere pacem;
 Agger murorum parvus dum distinctet hostem;
 Nec circum recalent effuso sanguine fossæ:
 Pax facilis forsân paruis sic viribus orbis.
 Nulla salus aliter miseris; Vbi cæsa iuuentus,
 Idaliq; patres. Veneti pro culmine sceptri
 Iam miseri toties in aperta pericula ciues
 Iuimus; & stetit confixi pectora telis.
 In te nostra salus: in te committimus omnem
 Hanc vitam, vitæq; omnem mortalis bonorem.
 Sit fas Idalijs ergo nunc dicere leges
 Infæstæ pacis; Teucrosq; in sceptrâ vocare.
 Idaliæ miseri pacem te postimus onam.
 Quantas ærumnas bello, quantosq; labores
 Pertulimus, nosti; atq; animis superavitm^o æquis.
 At quoniam diris belli percussa ruinis
 Cuncta iacent; interq; manus certissima nostras
 Mors volitat; nostriq; urget iactura pudoris;
 Ad te confugimus. testamur numina diuum;
 Non tantum miseram præsentia funera mentem
 Nostra premunt; quantû decoris, rerûq; sacrarû
 Exitium, miseræq; incendia dira Cethina.
 Talia dicta dabat Cyprium mitissimus heros
 Grandenius; lacrymæq; verendâ per ora seniles

*Rumpebant: cuncti in cæsto simul ore frementes
 Hæc eadem Cyprij, stæbant: & numina diuum
 Orabant: bilari paucis quos fronte receptos
 Baliades sequitur, reprimens in corde dolorem.
 Vnde, Patres, claris est hæc effusa repente
 Tempestas animis? quidnam formidinet tanta
 Inuictas strauit mentes? quæ caussa timorem
 Idalijs indigna tulit? quæ dura superbo
 Sors strepitu inuictâ lacrymarû cõcutit orbem?
 Non hæ sunt illæ gentes, quas semper in isto
 Fudistis campo? Teucrum non ossibus albent
 Idalijs campi? non istæ semper eadem
 Victrices mecum dextræ? non pectora Cyprî
 Hæc eadem, mecum medios quæ lapsa per hostes,
 Fulmineos proceres, inuictaq; pectora Thracum
 Tot coaceruarunt letbo? si noxia vires
 Cum pelago fortuna tulit; num robur, & arma
 Perdidimus? magnis etiam quassata ruinis
 Agmina Dardanidum languent: martëq; cruore
 Ancipitem misto fati variantibus horrent.
 Soluite corda metu, socij, tristemq; timorem
 Pellite. non absumpta salus. Deus æthere summo
 Prospiciet pietate Cyprum; finemq; labori
 Imponet: reuocate animos, o germina Christi;
 Quo duce vos toties in aperta pericula mecum
 Existis; totiesq; truces strauistis Eoos
 Numine felici, duris obfistite fati,
 O passi grauiora; manumq; accingite ferro
 Christigenam; rebusq; animum seruate secund;
 Sunt & opes nobis; nec enim fortuna recessit;*

Nec

*Nec sperata fugit nostram victoria dextram.
 Sunt Itali mecum, genus insuperabile bello)
 His campis vidistis enim) Cressæq; pbalanges,
 Auxilioq; Duces Cyprj, pubesq; Cethina.
 Quin mos Ausonj's contempto lucis amore
 Mortalem clara vitam pro laude pacisci,
 Nullaq; ferre Patrum fœdo dispendia fame
 Fœdere, barbaricisue assuescere colla lupatis.
 Quin etiam fortes acies, classemq; potentem
 Rege sub Austriade, quo non felicior alter,
 Aduentare Cypro, scitis; missiq; reportant
 Exploratores: certam quo principe palmam
 Spondemus; Cyprj's unquam si venerit oris.
 Sin aliter visum superis; si crimina nostra
 Exposcunt aliud; iussis paremus ouantes,
 At memores sperate deos pietatis ab alto
 Interea; tristesq; animo depellite curas.
 Vix ea fatus erat mœstis Mauortius Astor,
 Concussos solidans animos: cum Marte superbo
 Threicium pubes volitans ruit effera portis;
 Ingentemq; unâ clamorem ad sydera tollit.
 Lesbades circum dictis instigat amicis,
 Dilectos socios vlcisci funere multo
 Idalium; mirisq; accendit pectora donis.
 Ex templo scala, subitusq; apparuit ignis;
 Saxa, facesq; volant; densæq; in mœnia nigro
 Imbre sudas, celeresq; cadunt in strata sagitta,
 Et diro pariter liquefactæ fulmine glandes.
 Vndiq; bella ruūt; furit undique, et undiq; Ma-
 Arduus; & mortis propior apparet imago. (uors*

De.

Desuper Ausonij speculis, & turribus altis
 Projiciunt flammam, oleum, calidumq; bitumen,
 Telorumq; genus librant quodcunque superbum.
 Subsidio subeunt matres; & mœnia ferro
 Inuictæ seruant; martemq; in limine primo
 Exquirunt; iussæq; mori pro mœnibus altis
 Confixa spirant animas; & dulcia solum
 Funera pro patria dicunt: seu vulnere tarde
 Agglomeratur bumi; iunctisq; ad sydera palmis
 Supplicibus lacrymis ultricia numina poscunt.
 Succedunt alij pugna. ferus undique Mauors
 Tollitur; accelerant muris; simul aggere muros
 Exuperant: alij tædas ad culmina sacant;
 Obsessumq; alij primum conamine magno
 Limen habent; alij probibent considerare muro
 Idalios, dextraq; obstare petentibus urbem.
 Sed ciues, iussiq; mori pro nomine Christi
 Ausonij duro substantant prelia ferro;
 Effunduntq; Phryges: scalis simul agmine verso
 Precipitant muris: socium nec funere tanto
 Concussis cecidere animis: maiora superbis
 Audaces Turcæ certamina viribus audent.
 Undique terra rubet: riuus fluit undiq; sanguis
 Ad pontum; lataq; implet cruor undique fossas.
 Crudeles odijs pugnant, furijq; malignis
 Audentes acies ambæ; ceu cætera nunquam
 Prælia; nec cæco curant contendere Marte:
 Vulnera contemnunt, & atroci vulnere mortem.
 Tantus amor belli; talisq; insania mentem
 Implicuit miseris. certatur pectore firmo.

*Vndique: nec ferro, nec letbo, ceditur unquam.
 Interea sacra panduntur limina Nappa)
 Namque domi, murisq; angustis, nescia vinci
 Pectora concladi, Marte, mq; aere, secretò
 Non patitur Latium bello, clarissima, Virtus)
 Tunc ingens Astor, portæ stans limine, fatur
 Hæc breuiter socijs; seuisq; accendit in armis.
 Ausoniae decus, & sæcli celeberrima nostri
 Gloria; qui magnis olim virtutibus orbem
 Rexistis, Latijq; decus, famamq; supremam
 Seruastis; ferroq; Phrygum sunt agmina vestro
 Mille solo prostrata Cypri. quin Romula tellus
 Subiecit totum venerationis fascibus urbem:
 Quin solo tremuit Romano nomine mundus.
 Vos eadem genuit felici germine terra.
 Ausonia; dextra addictos ingentibus ausis
 Inuictæ; simul hæc bellis est barbaraturba;
 Quæ sædo terram toties hanc ore momordit.
 Italiae memorate decus, nomenq; parentum
 Martis honore sacrum, magnaq; accendat amore
 Sancta fides, & templa deum, nomenq; supremæ
 Virginis intactæ. quidnam sunt Italia necuræ
 Pectora; sufficit; validis & Amazones armis;
 Et martis specimen Regina inuicta superbi.
 Quis timor; ò socij; forti se pacore nunquam
 Vllus inest timor Ausonium; martisq; sororum
 Inuictis animis; Cyprijsq; audacibus istis?
 Dixit; & horrendus densos erumpit in hostes
 Prosequitur deleta manus, densosq; sororum
 Sarmatius dispersa choro; montemq; minatur.*

Ex

Extemplò contra furibundo Marte cateruas
 Edonias magnus nestrum rapit acer in agmen
 Lesbiades, dictisq; suos accendit amicis,
 Pectore Dardanio bellum glomerare cruentum
 Insequitur ferri stridor, rumorq; cadentum
 Cum gemitu; & martē lacrymosis vocibus auget.
 Stant acies valide contra; rit uq; cadentis
 Tela niuis fundunt; & obumbrant aethera ferro.
 Et iam prostrato campos texere cruentos
 Funere: sanguineiq; fluunt per gramina riuus
 Permisti; multiq; cadunt, crudelia passi.
 Vulnera; vulneribusq; obcunt exinde refusis.
 Nec minus horrendo surgunt certamina bello
 Per gyrum muri: densiq; ad mœnia Thræces
 Marte ruunt cesso; cognataq; funera xalcant;
 Nec metuunt: spernūtq; inuisa pericula pugnae;
 Succensiq; ruunt socijs succurrere caesis.
 Pugna ferox, ancepsq; diu furit undique martis,
 Mutua fata ferens: acri dum martius Astor
 Inuicta virtute manus, & pectore firma,
 Diuorumq; magis fatis defensus amicis
 Agmina prorumpit ferro; proceresq; trucidat:
 Bis-tonios, Sariaq; acies, fortesq; phalanges.
 His oculis vidi celsò procul aggere porta
 Afflicta siquidem mansi bellator in urbe.)
 Agmina sternentē Teuscrum densissima campis.
 Credebam primò fulmen, seu fulmine martem
 Inuictò: talem bello fert inclyta virtus.
 Astorea laudi cadant Mauortia quondam
 Pectora magnanimum heroū celebrata vetustis.

Vatis: herculeos superavit Marte labores
 Astoris inuicti clarissima gloria dextra.
 Namque deo similis magno, qui praesidet oris
 Othrysijs, acies campis sternebat, & ipsos
 Ductores; miserisq; tamen parcebat amico
 Pectore subiectis: nec enim furor improbus unquam
 Implicuit mentem, stratis non parcere Teucris.
 Prosequitur fera bellatrix; aequatq; laborem
 Aemula virtutis Perusina illustribus actis;
 Et misera cumulat Teucrorum stragis aceruum;
 Virgineaq; manus, inuicta; tela sororum
 Non minus horrendo prosternunt Marte phalanges;
 Astoreo postquam ferro diffusa cruento
 Agmina Threicium campos liquere patentes.
 Hinc furit in Lycios validis Rondachius armis
 Fulmineus, fortisq; Aruns, ingensq; Lyores,
 Illustresq; duces alij, simul inclyta pubes
 Italiae; vastoq; absumunt agmina ferro
 Dardanidum: virtus etenim, non millia pugnāt
 Pectora, nec numerus, sed gens inuicta superbis
 Viribus. Idalios passim sic fusa per agros
 Corpora caesa iacent Teucrum; fusi; manipuli
 Tuta petunt: nec enim possunt obstare furori
 Ausonio, magniq; inuictis Astoris armis:
 Quandoquidem deerant, clarissima lumina belli,
 Threicij proceres tristi sub nocte perempti.
 Sic acies trepida fugiunt, & vulgus inerme:
 Inconsulta ruit pubes; fugit omnis ab urbe
 Othomanum legio (fugiens sic dissipat unus
 Inuictas acies) Teucrumq; exercitus omnis

Castra

Castra petit trepidans, seq; alto condere vallo.
 Ceu quondam petiere rates: nec sistere bello
 Lesbiades placidis, dictisq; minacibus vllis
 Substantare valet: pavidas timor obstruit aures.
 Insequimur cursu celeres; & sorte benigna
 Vtimur in Teucros; & tandem passibus arctis
 Assequimur: casosq; imo demittimus orco
 Quamplures: alij ratibus formidine turpi
 Aufugere; vel obscœnas cecidere sub undas:
 Præpetibusq; fugit pennis Parathonius heros
 Threicijs auersa videns sacra numina cœptis.
 Sic Cypria Teucros flamma, seu tela Latina
 Absumpserunt. furor finem tunc regius atrum
 Hæc habuit miseris prob quantum in rebus inane.
 Quis diuum Thraces feralia sumere bella
 Idaliam contra suavit; totidemq; cateruas
 Ducere; quot nunquam in Troia venere Mycenis
 Irridens fortuna leuis deduxit ouantes,
 Aurea delusis promittens sacula Teucris.
 Attollit cœlo miseros; mox inde superbos
 Deprimit; ut volucris nemo se credere sorti
 Audeat; & tenui vitam committere velo.
 En Thraces olim felices, terq; beatos
 Agminibus magnis, animisq; , opibusq; superbis
 Acquavit fortuna solo contraria primis;
 Magnanimumq; Ducem ferrugine lumina clausit
 Aeterna, multam sternens sine nomine turbam.
 Nec minus elatos Latinos hoc Marte secundo
 Idaliosq; duces (sic dii voluistis) & urbem
 Culmine felici terris equavit ab alto

Impia sors, seu linqvens monumenta furoris:
 Fas etenim nihil inuitis confidere diuis.
 Hæc dum victores dedimus sæuissima fata
 Edonij; vnus miseram clam subripit urbem
 Mallenus; dignis persoluens præmia factis.
 Dum cuncti magnis alacres insistimus ausis;
 Et verso sequimur fugientes agmine Teucros:
 Ecce tonat strepitu vasto miserabile monstrum;
 Quod totam luctu concussit funditus urbem:
 Horrea nam martis tractu nigrantia longo
 Immissa longe succendit perfidus igne
 Mallenus, dudum paulatim fune cremando
 Talia motus tenebris incendia multis;
 Immistusq; semul socijs effugerat armis
 Nocte sub obscura, rebus sic ritè paratis.
 At Vulcanus atrox tectam concussit; & imis
 Auulsum quassat muris; tenuesq; per auras
 Extulit impulsu; strepitumq; ad sydera tollit
 Horrendum; quo discors tonat arduus æther
 Nubibus; ac nebulis obnubilat æra densis.
 Mœnia dissultant sonitu; motuq; superba
 Tecta ruunt vasto; subitis & operta fauillis
 Pallefcunt, tanquam luctus pallentia magni.
 Extemplo tanto perculsi pectora monstro,
 Deserimus martem, palmamq; in marte supremã
 Funere Threicio; miseraq; accessimus orbi
 Auxilio properi: cunctis nam frigidus horror
 Mœbra quatit; gelidaq; riget formidine sanguis:
 Quid portenta deum, quid diuum tristior ira
 Posceret; & tanto iubeat quid numina monstro.

Affi-

*Afflictis urbis tandem quid rebus agendum,
 In partes animum varias deducimus omnes.
 Interea fisis ingens concursus ad ipsa
 Concava fit lacrymis diris conuulsa ruinis.
 Inferna sedes, & regna videntur auerni
 Horrida, tartareo veluti teterrima vultu
 Per gyrum; diroq; ambesi sulfure muri
 Ignibus ostentant stygijs immane barathrum.
 Horruimus visu; lacrymosaq; vortice pallor
 Occupat ora graui: sed non in pectore vires
 Effeta Latium; vitam qui laude pacisci
 Eximia; pulchrâq; petunt per vulnera mortem.
 His maius misera iunxit fortuna Cethine
 Exitium, tanto luētū, flagrante tumultu.
 Armato Lycias sex denas milite naues
 Auxilio Teucrum felici sydere venit;
 Concussamq; furens contra Salamina, superbas
 Iungit opes, additq; ingentes pectore vires
 Magnanimo Latium mortis cum laude futurae.
 At Bragadenus (vbi claram certissima mentem
 Ira deum monuit manifesto numine cladem
 Extremam Cypri) desperans Marte salutem,
 Cogere concilium statuit, proceresq; Latinos,
 Idaliosq; patres, vna cum virgine forti
 Intra tecta vocat: solitum dat buccina signum.
 Conueniunt omnes, simul & Mauortius Astor,
 Ancipites, tanto quae res agitata tumultu.
 Tunc sic illacrymans folio Bragadenus ab alto
 Verba mouet, dictis, dextraq; silentia ponens
 Fletibus: erumnasquales, quantasq; videtis,*

Hostili vibrare sudas, & dira furoro
 Spicula mortales contra, vitæq; periculis
 Fortunam nostram certis intendere vires.
 O fragilis nimium damnosa superbia sceptri,
 Te duce curarum tetro quæ turbine fertur
 Infelix genus humanum? quibus inclyta mundi
 Gloria parta malis? quantis quæ sita periculis
 Fama leuis? quantis oneras mortalia curis
 Pectora pro sceptris infausæ Marte tuendis?
 Omnia quæ tamen ad nihil leuis arripit aura.
 Instabilis varios ergo perpendere casus
 Orbis, & infausæ nobis libramina sortis,
 Est animus, socij, dirisq; occurrere fati.
 Dum felix fortuna fuit; proteximus urbem;
 Fulmineaq; manu fortes, & pectore firmo
 Egimus heroes; famamq; æquavimus astris
 Laudibus æternis; nomenq; immisimus ævo.
 Nunc autem versis video concurrere fati,
 Et superum monitis. Cypro fortuna recessit
 Afflicta; fractas ut opes, & flebile regnum
 Aspexit; nobisq; nihil, nisi vota, reliquit.
 Nostrorum sanguis per campos plurimus insons
 Funditur; ac nostro glomerantur prælia damno:
 Ingentes quamquam miseranda cadis acervos
 Turcarum Cyprijs semper cumulavimus agris.
 Et iam deserti venturo in Marte Quiritum
 Auxilio sumus; ac nullam sperare salutem
 A Venetis fortuna iubet: quin hostibus agmen
 Auxiliare dedit Lycium fortissima pubes.
 At nobis vallo Thracum suprema malorum

Obsessis obscœnâ fames supereminet ingens.
 Nec spes subsidij; quin omnis clauditur orbis
 Auxilio miseris, superum duce numine forsân.
 Cœtera quæ iaceant belli percussa ruina,
 Cernitis, & damno cuncti sentimus acerbo.
 Quassata turmæ, martisq; ad prælia vires
 Effractæ, cecidere duces; ceciditq; superba
 Ausonium pubes; incensaq; mœnia flammis.
 Arma viris desunt, miseraq; alimonia vitæ.
 Quis tamen, o socj, vestrum sine sanguine bellis
 Decessit? quis non sacro procumbere letho
 Malit, quam tanto victus desistere cœpto?
 Quis non illustrem cypris effundere campis
 Hanc animam meret fama? quis morte beata
 Non dicit sociæ felicia funera gentis?
 Quisque tamen tantos superet virtute dolores.
 Adueniet iustum pugnae per carula tempus;
 Effera cum pubes Italum, magniq; Latini,
 Hispaniq; duces aduerso Marte profundent
 Elatos hostes: bellum cum martius heros
 Austriades geret horrêdû per Echinadas undas,
 Threicio nostras vlciscens funere clades:
 Vltor enim scelerum iustissima censet ab alto.
 Res hominum siquidem tanta caligine volui,
 Haud sineret; latoq; diu florere nocentes,
 Vexariq; pios, caræ ni crimina gentis
 Expiet bis flagris; melioraq; pectore puro
 Hauriat, & nostræ referat cumulata salutî.
 Nec queror, iniustos Thracas ad culmina rerum
 Elatos, & nos suppressos undique fatis:

Nostræ

Nostra salus est vitā p̄ genitoris amica
 Pressa mana: solo genitos terrore coercet,
 Verberibusq; pius teuibus patet excitat orbe,
 Concutiens; veluti tonitru: sed spicula librat
 In Thracēs, hostesq; suos aeterna flagellis
 Tartareis; stygijsq; exercet fulmina monstris.
 Hunc ergo tantum tranquilla mente dolorem
 Magnanimi tolerate duces; & martia pubes,
 Idalijsq; patres; iubet hęc Regnator olympi;
 Attollitq; hodie Teucros ob crimina nostra;
 Et reddit vitę pręsentia pręmia factis)
 Reddit enim quod cuique suum) sed deseret olim;
 Tunc lapsu maiore ruent, cū crimine diro
 Elati spernent cęli venerabile numen:
 Nostraq; deserint infauſta piacula culpa.
 Tunc certare manu, validoq; abſumere ferro
 Teucrorum digna effuso sanguine p̄enas,
 Fas erit: infauſtum sed nunc componite fœdus:
 Ne pereat gens tota fame, vel Marte truento,
 Virgineumq; decus, sacrataq; limina flammis:
 Prudentis siquidem varios expendere casus
 Est animi, verumq; malis seruare pudorem.
 Pręterea qui dicta ferant, & fœdera iungant
 Admissos patrię proceres, gentemq; Latinam
 Ire, placet; dabimus (si quærant) mœnia Teucris,
 Cedentes bello incolumes, ratibusq; pelagis
 In Cretam reduces acie comitante Latina.
 Stent Cyprijs misera in patria, mōresq; superbos
 Othomanum Regum, Thracūq; inmania sceptrā
 Perpeſsi, vitam, sorteinq; sequantur Achium.

At mores patriæ teneant, ritusq; sacrorum
 Antiquos, legesq; pias, soluantq; quotannis
 Debita Threicium Regi de more Pelasgum.

Vos ergo misera ciues hac urbe manentes
 Maturate grauem mœrenti in corde dolorem
 Labentis patriæ, cœliq; quiescite iussis:

Nam solita Pater æternus pietate Cæthinam
 Respiciet forsân venturis mitior annis
 Crimina deslentem: pariter cùm mole solutas
 Frigida mors animas extrema emiseric hora,
 Excipiet solio felices letus in alto.

Nec nobis hæc vana fides. vos pectore claro
 Interea proceres fessis succurrite rebus.

Talia fundebat lacrymans Eneteius heros
 Exitio misera turbatus pectora tristi
 Idæiæ. cuncti perculsa mente dedere

Idali lacrymas, simul & Romana iuuentus:
 Namque animos patriæ strinxit pietatis imago,
 Et Fidei sanctæ, niueiq; ruina pudoris.

Infremuere truces animis, & martius Astor
 Demisit lacrymas, belloq; insignis Amazon.

Assenjere tamen dictis, & pectore tristi
 Hærebant, defixa solo simul ora tenentes:

Cùm me, Grædeniumq; senē Bragadenus amicos
 Lumina deiectus lacrymosis destinat ausis.

Poscenda caussam pacis, tum fœderis equas
 Dicendi leges, metamq; iniunxit habendam.

Iamq; sacro dextram ramo frondentis oliuæ
 Accinctus, castris aderam: cùm limine primo

Obuius auratis occurrens Pentius armis

Oggius, è Lycijs nuper qui venerat oris,
 Dicite, quò iuvenes, inquit? pacemne, vel arma
 Infertis? quæ caussa via? componite gressum.
 Non hæc arma ferunt dextræ præsignia nostra,
 Inclyte Dux Lycium (sedato pectore contra
 Talibus excepi) Regi nunc dicite vestro,
 Electos venisse duces Salamine profectos
 Ausonios, pacemq; sacris exposcere ramis.
 His vocat auditis Mustas lætissimus ore;
 Ingressisq; datur coram tum copia fandi.
 Olli sic breuiter (subsistunt auribus omnes
 Intenti, quò res hæc inclinata recumbat)
 Optime Lesbiadum, Thracû què maximus heros
 Imperio voluit gentem frenare superbam,
 Ausonium claro Bragadenus sanguine cretus
 Heroum, tua nos hæc ultrò ad limina misit;
 Paciferaeq; oleæ voluit prætere ramos.
 Quanta per Idaliam bellis effusa cruentis
 Tempestas, quibus est exercitus actus vterque
 Excitijs, fatijsq; deum concurrerit atris;
 Audijt extremo tellus circumdata ponto.
 Ne magis æthereos belli crudelibus ausis
 Incendant lamenta deos, & sanguine fuso
 Contristent; pœnisq; pios vindicta laceffet;
 Ausonij, Cyprijq; duces, & cætera pubes
 Hanc urbem placidi, fatijsq; volentibus omnes
 Offerimus. victa reduces Salamine profecti
 Fœdere composito patrias tendemus ad oras,
 Threicijs tantum vecti Cydona carinis
 In patria manent Cyprij, soluantq; quotannis

De.

Debita Threicio Regi; sceproq; subacti
 Othomanos, leges seruent, ritusq; paternos.
 Theopolus interea victa remanebit in urbe
 Sceptra tenens: Cyprijs sacro sic foedere iunctis,
 Et Latijs pulchram Cræta Cydona reductis,
 Succedens sceptris, victæ dominaberis urbi.
 Sin absumpta salus; & te tenet efferus ardor
 Bellandi; Latium defendit mœnia pubes,
 Ausonijq; daces, dextraq; acerrimus Astor
 Experta: nulliq; urbem, primumue subtre
 Threicio limen dabitur: dum spiritus artus
 Excitat Ausonios; aut vnus anhelitus extat;
 Præstat enim Latijs vitæ præponere famam.
 Nunc ergo vobis belli præstantibus ausis,
 Cernite Threicij, quæ cessit gloria martis;
 Et tantam latis sortem neu temnite rebus.
 His dictis belli varios sub pectore voluens
 Præteritos Mustas casus, magnumq; periculum
 Mortalis vitæ, partamq; labore quietem
 Non paruo; nec scepro mouent Cynireia tātum,
 Iuuctos quantum bello superasse Latinos.
 Hanc tandem placido contra dat pectore vocem,
 Oblato gaudens componi federe bellum.
 Tempore tam tristi latis vos rebus adestis
 Optati nimium (superi modò cœpta secudent)
 Threicijs, & præsertim, Comes inclyte, nobis.
 Quidquid id est, opto: nec foedera sancta refello,
 Aeternamq; Italis pacem coniungere magnis:
 Quis genus Ausonium, celebrataq; nesciat arma,
 Virtutesq; Ducum, sacro non vincētus amoret

Nec Cyprum, solitoq; inuictos Marte Latinos
 Arguerim belli, socium vel funeris atri:
 Ausonio siquidem semper quod pectore dignum;
 Egistis, pacis, belliq; illustribus ausis.
 Nunc autem, quando pacem properatis amici
 Iungere, concordeseq; animo componere leges,
 Optatae magnos effundite pacis amores
 Interea; sanctumq; animo componite foedus:
 Vos, Tbraceq; inter nullum discrimen agetur.
 Et Dux Adriacus (nostri si vera cupido,
 Foedera si iungi properat, pacemq; perennem)
 Aduentat felix; vultusq; assuescat amicos,
 Bellorum virtus magnum diffusa per orbem,
 Et toties experta manus Mauortia bello,
 Compellare ducem magno deuinxit amore.
 Ergo, quam petitis, iuncta est mihi foedere dextra,
 Aeterno; legeseq; ferens, ea foedera iungat,
 Quae libet; imperiumq; Cypri, sceptruq; tenetis;
 Dum placitum. Cyprijs vnam considere mecum.
 His pris libeat vobis. Carpassia tota
 Cedat amicitiae Latium; quam pectore toto
 Optamus; gentemq; vnam faceremus utranque.
 Sic noua pacifero consurgeret arce propago.
 Sic dicens, petit amplexus; simul oscula libat
 Frontibus Ausonium claro latissimus ore.
 Exultant cuncti sacratio foedere Teueri;
 Ingentesq; ferunt lati super aethera voces;
 Felicemq; diem dono testantur olympi.

Finis Lib. duodecimi.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.
ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Decimustertius.

ARGUMENTVM.

Annuit infidus pacem cum foedere Mustas;
Hinc Lycias Latium conscendit turba carinas;
Castra Phrygū Bragadenus adit comitante caterua
Ausonia: surgitq; abrupto foedere bellum.
Sternuntur multi. Nestor fugit a quiete sospes.

Conticuere omnes; solio cum rursus ab alto
Verba mouet Mustas, placidis certamina di
Excusans, seuūq; deum duce numine martē. (Etis
Haud odys Cyprios inferis (numina diuum
Testor) ait, crudele sequens in funera bellum,
Magnanimi proceres, gessi; nec praelia sumpsi
Aspera Romulidas contra crudelis; ut ipsos
Eijcerem Cypro; Regi seu regna pararem
Otbomano: sed honor tantorum causa laborum,
Ornandiq; tholum spolijs felicis onustum
Ausoniae succensus amor, templumq; Sabaei
Magnanimi vatis, tantis qui cepta triumphis
Concessit belli praesens felicia nostris.
Sic ergo magno victos complector amore
Fraterna, spondens iustis simul omnia votis.
Nec veni, nisi fata Cyprum manifesta dedissent:
Nec bellum valida dirum cum gente Latina
Gessissem; ni bella sacer iussisset olympus:

Nam

Nam Cyprū contra manifestis sumpſimus arma
 Augurijs æſti diuum, magniq; Sabæi.
 Voſtamen Idaliꝝ memores melioribus uti
 Diſcite diuorum fatiſ: per ſydera viro;
 Sapius in ſomniſ diuorum triſtiſ imago
 Terruit, aſpectu figens fera lumina toruo;
 Dum curſum patriꝝ deſerto Marte pararem
 Idalio teſtiſ perſpecta cede meorum.
 Impia (dicebant) Cypriorum crimina tandem
 Victorem ſtatuent, & ſpota piacula cœli;
 Neu dubita: victamq; urbẽ dabit author olympi.
 Interea Neſtor fortuna parua prioris
 Dona cape in certum venturi pignus amoris,
 Reliquiaſ flammis Cyprium, fatiſq; maligniſ.
 Diſcite ſic Cyprꝝ proceres, ſeriſq; nepoteſ
 Me pietate ſequi, belliſq; ingentibuſ auſiſ:
 Quem nec Treiſcium caedeſ, nec vulnere dura
 Iſta mouent vlllo mentem renouata furore,
 Nec dolor æternuſ deſcendi funere nati.
 Hiſ dictiſ ſupplex oculoſ ad ſydera voluens
 Tendit utranq; manũ; precibuſq; vocata profuſiſ
 Numina ſancta deum veniã, pacemq; futuram
 Exorat; cœptiſq; deum teſtatur olympi.
 Per ſuperoſ, inquit, magnoſ, & millia vatũ
 Quattuor, ingentemq; Patrẽ, dominũq; Sabæũ;
 Qui iuſtum ſancto conſeruant fulmine fœduſ,
 Omnia firmã manu magniſ ſeruare Latinis
 Polliceor, Cypriſſq; viriſ. quod pectore diro
 Si pacem Cypriꝝ, Latyſ ſi fœderiſ ſoluam,
 Si furor hoſtiliſ, ſi me viſ vlla volentem

Pollicitis vertes (potius mihi terra debiscat)
 Hoc caput infadū nigras detrudat ad umbras
 Fulmine sydereo cali Regnator ab arce;
 Ditanientue iud, Nestor, mea viscera ferro:
 Ut se i sanctum discant non temere fedus,
 Vltorūq; deum pœna Mustantis acerba.
 Sic ait; O syriāns; extra mō limina duxit,
 Federis exultans nexu, paciſq; futurae;
 Magnanimōq; Phrygū catu comitāte remisit
 Eximia salamina Ducis nil laudis egentem.
 Diditur interea latus per thracia rumor
 Agmina, componi sacrato federe bellum
 Exitiale; diemq; illum clarescere Teucris;
 Debita quo capiant dilecta mania Cypri;
 Lesbiadūq; vocant sacrum, votisq; beatum
 Concessis belli, fortunatumq; laborum.
 At verō tristi percepto federe matres
 Idalia, miseraq; nurus, castaq; puella
 Pectora percussis, magnis plangoribus astra
 Implentes, vacuas fundunt lamēta per auras,
 Amplexaq; tantum postes, perq; ubera natos:
 Et gemitu aspectumq; tristi; simul vltima libat
 Oscula. percussa nimis tunc corda dolore
 Dirigunt plures, lachrymasq; doloribus addit.
 Cur non vobiscum, latij, salamine profectas
 Tollitis exilio? (miseris vox omnibus una).
 Dum fortuna fuit; hœti conuicimus urbe
 Felices; cur hæc solis modo prœlia restant
 Idalijs? cur non miseras fœlicibus oris
 Ducitis Aufoniae Cyprium, miserasq; perosi

Deseritis? famulas saltem conducite vestris
 Coniugibus; vultis quocunq; afferte volentes.
 Exilium pulchro in latio, quasq; per oras.
 Ne fastus, moresq; Phrygum, ritusq; nefandos
 Perpeffa, decus, & vitam perdamus, & ostra.
 Ferte p̄ famulas Itali, seu vendite seruas
 Christiſigenis; vasto miseras seu mergite panto;
 Ne canibus ſadanda feris hæc corpora viuant.
 Que ſœlix quondã, nũc turba miſerrima Cypr̄i
 Infelix rogat exilium: patriaq; relicta
 Exul, inops, qua diues opum, petet oſtia victu.
 Has audite preces, Italum generoſa propago;
 Et tantis miseras miſerati ſoluite curas.
 Talibus incendunt lamentis mania cupete
 Idalides, cypr̄ijs lacrymas, Italisq; cientes;
 Quas nullis lacrymas dictis valet Aſtor amicis
 Solari; triſtesq; animo diuertere curas.
 Quin viſo mazora ferunt lamenta per auras
 Aſtore; tantus amor Ducis; ſſractaq; ſupremo
 Digreſſu, patient; ac mens riget obruta ſletu.
 Omnia ſic miſero miſcentur mania luctu.
 Et iam compoſito permitti ſœdere Ibraces,
 Idaliq; viri miſeram peragrare per orbem
 Incipiunt, placidisq; trahit ſermonibus horas;
 Ac meſtum ſolidant venturo pectus amore.
 Interea iuſſu Bragadeni martia pubes
 Auſonia, rebus cedendi ritè paratis,
 Ibreicias ſcandit naues; tranſtriſq; exponit
 Arma; quibus toties aduerſum ſtrauerat hoſtẽ;
 Inſid̄isq; dedit fidens ſeruanda ſarinis.

Prob dolor insandus: si mens non laua fuisset;
Diuersis forsàn lugeret Thracia fatis.
Exoritur vicina ingens per littora fletus
Idalidum passim nuruum, matrumq; dolentis;
Complexaq; diu mesto sermone morantur
Inter se; pluresq; volunt scilicis ad oras
Italia, patria, rebusq; enare relictis;
Ac longa quemcunq; via perferre laborem,
A Brumna sq; maris. Cyprijs prob scædera seuo
Deteriora iugo. fletu sic obruta turba
Scissa comas, flauasq; genas, effusa ruebat
Ad ripas; trepidiq; senes, matraq; parentes,
Et defuncta ferè lamentis corpora vita,
Pallentesq; genas pueri, pauidaq; puella
Inuisas longo conscendunt ordine naues;
Brutia ceu subeunt decepti retia Tinni.
Hæc dum Cypriades misera salaminis in acta
Effusa largo peragebant tristitia fletu:
Gurgitis in morem mitis iam strauerat aquor
Ventus; & à puppi surgens vocat eurus in altis.
Et iam Phæbus equis terras lustrabat anhelis,
Irradians totam funesto lumine Cyprum
Pallidus, ac mestam minuebant nubila luct,
Signa velut nostri luctus: cum Thracia castra
Nuntius ingrediar, magni suprema latini
Iussa ferens, latium solita comitante cæterua
Venturū castris Bragadenū, & scepra daturū
Idalia Regi vitæ, regniq; coronam.
Serus ut assurgat rubefacta vesper ab æthra
Talibus exultans, contra sic excipit ore.

Lesbiades. equidem dudum, fidissime Nestor
 Adriaco coram magno, magnisq; latinis
 Affari (iam scis olim) læxtrasq; potentes
 Iungere; diuorum fatis optauimus aquis.
 Adueniat, felixq; suum soletur amicum
 Lesbixdem. maneat, malit seu cedere Cypri
 Deuicta; peragat; quæ stat sententia menti.
 Me sibi iam pridem magno deuinxit amore
 Bellorum virtus toto celeberrima mundo.
 Hæc ait; & multo redeuntem munere donat.
 Hæc ubi sunt bene visa Duci. tunc agmina secti
 Haud armata trabes sed pacis habetia vultu,
 Castra petit Thraci; simul & mauortius Astor,
 Illustresq; duces alij: tunc omine maesto
 Idalides flentes, precibusq; sequuntur euntes:
 Tempora descendæ velut essent ultima vitæ.
 Turbaq; cum primùm vidit se iuncta relinquit;
 Ingentem gemitum, maestasq; ad sidera voces
 Ingeminat lacrymans. misera est urbe relicta
 Deferimur? tatumine sequi pro? ibemur amore?
 Idalidesne tuas tradis, dux optime, Trucis?
 Cui nos vexandas, Astor miti? me, seruas
 Exitio? seu dextra cadant, aut aspera fata;
 Duc tecum; iussasq; mori seu viuere, tecum
 Vnâ simul tellus habeat; seruetq; sepulchris
 Vnâ nimes: sic vnus amor sit meta laborum.
 Hæc dum Cypriades; maestiq; ingentia nostri
 Tedia digressus varia dum voce leuamus,
 Pallida disruptis rorantes imbribus ora,
 Ingentes rumpit gemitus dolor ossibus iuis.

Sed dictis agros Astor solatur amicitis,
Demulcens superum merentia pectora iussis.
Heu prasaga mali. leuo mens omine turbat
Ingentes animos: olim quibus aspera nunquã
Incessere metum tot millia fulmina Thracum;
Nunc parua terrent aure; nunc territat õnis
Suspensos sonitus, prætentãq; funera mōstrat.
Itantõdem uetula castria: cum limine primo
Lasbiades sese multis comitantibus offert;
Agnoscitq; duxes; simulato amplexus amore...
Ingenus & dextras; suspectãq; castra subimus.
Aufoniaq; manus paulatim fortibus armis
Tbreicij spoliante iussu. Mustantis iniquis
Concedit Dux Adriacus, sibi prospera sperans
Omnia sub castris sacro fœdere iunctis.
Proh dolor infœdus: tunc quatis incepta mētē
Implicuit nobis; contra si totus in armis
Incursans Teuerum densis latissimus orbis
Aufoniae dextras rueret; nil Marte superba
Turbasset: suspensa docent in postibus arma.
Sed peccata Cypri inuoluerunt caligine mentem
Adriacum; pariterq; cruento funere mergunt.
Interea castris primos ad limina ducit
Intertexta duces alacerratissimus ore
Lesbiades; ut ouem cauis lupus. auis autrē
Exit miseram: simulansq; ingenē frõte serena
Lenitiam, solio celsus constructus eburno
Ingenē iuxta Bragadenã hinc Astora magnã
Magnanimosq; duces alios locat ordine longo.
Sic magnam facie Mustas mentitur honesta

Virtutem; scelerisq; tegit feralis amorem.
 Tunc vario secum placidi sermone serentes,
 Incipiunt horas fando traducere maestas.
 Euentus belli varios, sortisq; maligna,
 Anfractusq; feri martis; simul aspera narrat
 Prælia, Rectorumq; ingenia milite gesta
 Seruato laudant; sedataq; pectora bello. [bē
 Hæc inter lacrymis misera Bragadenus in or
 Mansuros, precibusq; Duci commendat iniquo
 Annuit ore libens Mustas, per sydera cali
 Pollicitus; quæcunq; petent, se iusta daturum.
 Callidus affatu miseranda secula Cypro
 Aurea promittens, pietatis imagine ludit.
 Hæc vice sermonum, longos intendere circum
 Amplexus Thracum densis aspeximus armis.
 Venator veluti virides indagine sylvas
 Cingit; & attonitos terret venatibus apros.
 Sic diri Thracum nobis seges undiq; ferri
 Circumsusa micat, cingens mucrone corona
 Armigera; toruq; intentat lamine mortem.
 Sisti mus intrepitæ vultu, simul ore minaces;
 Ausonia nec enim cessit fiducia dextra;
 Mortalemq; sacra vitam pro laude pacisci
 Hæc inter, dira mollissima tempora fraudi
 Vindicteq; ratus (tristes sub pectore Dira
 Flitricæ agitant animum) mendacia fingens,
 Fœdere fœlici Venetum dum regna manerent
 Threiciumq; simul, nexa sociata leonum;
 Millia tot ferro Teucrorum corpora duro
 Adiacum meruisse Ducem, secunda dolorum; c.

Infami litbo, vultu mentitur acerbo.
Id negat ausonio Bragadenus pectore fratus,
Firma manu sanctis testatus fœdera diuis.
Talibus exarsit validæ violentia menti:
Æstuat, infrendens rabie: totamq; superstat
Ira caput; vixaq; accendit lumina flamma.
Abrüpens fas omne Cypro, scelus omne retexit:
Inuisisq; miser stimulis agitated auerni
Barbara diffundit scelerato corda furore;
Inclusamq; atris patefecit vocibus iram.
Hoc erat illud, ait; quod votis sæpè petiui,
Orausq; deos: sacri mibi funera nati.
Hoc præstant; patrioq; volunt (sic omnia) ferro
Vlcisci: facies num visa monere per umbras.
Cadite periuros; teretiq; onerate catena
Imbelles; sauo dignas ut funera pœnas,
Suppliciamq; luant: meritas hoc sanguine nati
Inferias cari manes mittamus ad imos.
Hoc petit; expectatq; sui suprema parentis
Munera dilecti celesti Pentheus aree.
Talibus exarsit dictis furor ossibus imis
Lesbiade saui: toto tum vertice supra
Vndat apex, erapta fremens; ceu saxa vaporat
Conditus atnaa dirus sub mole Typhæus.
Irarum tales voluit sub pectore fluctus
Tartareo Mustas; iurataq; numina spornit.
Vix ea; cum socij tantorum iussa fateffunt
Tbreicj scelerum; castrisq; ex omnibus adsist
Armati dexteras, ac diro corda veneno.
Insubunt bello. tremis omnis murmure tellus

Horrendos martisq; asperrimus horruit horros.
 Quos simul ut vidit collectos martius Astor,
 Discursuq; locum martis resonare superbo;
 Non tulit horrendum facinus; martemq; cruciatu
 Protinus ignadens, latij, teterissime, magnis
 Infremuit, taretis imponere posse catenas,
 Sperasti, nostra toties foedissime dextra
 Vulneris accepti campis ablitus in istis?
 His dictis fertur densos horrendus in haestes.
 Qualis apud Numidas iaculo percussa leana,
 Aut byrcana premit raptorem bellua factus.
 Sic Astor magnus, & dignas concipit iras
 Astore magnadimo; sociosq; accendit in armis,
 Palmiferos sancta lato occumbere morti.
 Quo decus, o socij, martis lectissima corda,
 Nos, iquit, quod sacra vocat fortuna, sequamur
 Intrepidi; viscos mundo nos gloria reddet
 Bellorum fama caelesti inuecta triumpho:
 Spiritus hinc eternim decoratus sanguine sacro
 Palmifer, aetherea pro religione profusus,
 Aligerum cetera caelis comitante vebetur.
 Nostraq; stellato caelum tegat ossa sepulchro.
 Quis dubitat, socij, tanta mercede laborem
 Ferre breui nostri sancto pro nomine Christi
 Ad veras ergo caeli contendere dextris.
 Divitias, verosq; exquirite martis honores.
 Talibus accensi dictis, & pectore firmi
 Hoc duce magnanimo strictis mucronibus acro
 Agglomerant fuso Teucrorum sanguine morte;
 Cetera ceu nunquam tanto perfusa cruore

Pugna fuit: nam visa salus morientibus una
 Ansonijs, nullam bello sperare salutem,
 Sed veram sacra cœlorum morte quietim.
 Ignescunt animis; rabidi velut ore leones
 Marte lacessiti, stimatisq; ingentibus ætî,
 Ardescunt, cœsôq; rucunt in fata furorè;
 Dilacerantq; boves, inimicq; pectora rûpunt.
 Sic Itali, Cypriq; duces; nam cœtera pubes
 Clausa gemit castris; & marè plorat inermis.
 Threicy contra telis, & fulmine diro
 Consurgunt alacres; & obumbrât athera telis
 Diripiunt castrum: campis ruit agmen apertis
 Premistum belio, Cypriôsq; cruore profuso
 Fœdat agros, sternitq; neci miserabile vulgus.
 Tempestat tetra telarum turbida taba:
 Inaictos inter proceres mauortius Astor
 Fulminat; incusatq; ingenti voce protervum
 Lesbiadem, lesò contestans federe diuos
 Offensos, sanctiq; instantem numinis iram.
 Prosequitur delecta cohors; & millia Fœderis
 Funera dat miseris, turbamq; ducesq; trucidâs.
 Ausugiunt acies, experta, robora dextra:
 Ausugiunt acies: magnus nam Rector earum
 Incolumis, turpiq; timens formidine Mustas,
 Bella, necesq; pbrygum vallo spectabat ab alto.
 Quem simul ut vidit bello clarissimus Astor,
 Barbare, defessus specula quid Marte retractas
 Hac, ait? est seuis certandû cominns armis.
 Siquia martis habes, socium vilissime Thraci,
 Huic te crede solo mecum, pugnaq; superba.

Insidijs non Marte cives turpissime bellum
 Horrendum: nec enim veri sub pectore turpi
 Martis inest animus, nec gestis Martius heros.
 Ille caput quassans, contra sic turbidus ore
 Excepit, morere interea; dignasq; superbe,
 Morte mihi pœnas cari da funere nati.
 Sic dicens, rabidas acies succendit; & urget
 Pollicitis saevum se la prosternere campo
 Astora: sed dictis ingens timor obstruit aures:
 Experti siquidem fugiunt immitia tela
 Astoris, & certam sociorum fulmine mortem.
 Carmius infelix ausus concurrere dextra
 Persensit vires, & non medicabile fulmen
 Baliadae. nuper Lycijs hic venerat oris,
 Auxiliæ, sociosq; ferens. sic Astora magnam
 Inuictis expertus adhuc non nouerat armis.
 Adiungit comitem Celebin, sobriumq; Maduq;
 Et tres Assyrios Brebi pallentis ad umbras
 Rectores iuuenum validis Balionius ausis.
 Committis acies ducibus certamine saeuo
 Effundit socij, proceresq; in frustra trucidat
 Ascellem, Sybacemq; duces Rondachius heros
 Prosternit Lycium, carasq; adiungit in Orcum
 Murattum, Mammumq; feros, & Iasona Lydi.
 Fulminat hinc Aruns, & dura millia morti
 Corpora Meonium fundit, fortēq; Palestren,
 Intrepidūq; Thelan, Bestren, sociūq; Phylarchō.
 Mygdoniūq; Balim, fratresq; internit suffum,
 Nec minus insignis bello trepidante lyores
 Agmina sternebat ferro, proceresq; cruento,
 Obuia

Obuia demittens Turcarum corpora letho.
 Sensit Agata manum, magni sensere superbam
 Tbreicij dextram, Cylices, pubesq; syrorum,
 Dum validis querunt audentes sternere telis
 Magnanimū heroem, denso seu claudere vallo.
 Nec tibi, Gruzze puer, thorax, aut aureus ūbo
 Profuit, hac pictus dextra feriente superbum.
 Nec tibi demersum stygias dementis ad undas
 Arte patris Miconis corpus defendit ab atra
 Morte caput, miserā de Cylēs; nec reppalit idē.
 Colphius hic alacer Cyprius moriturus in hostes
 Ieruit, ac ferro Cylicus in funera poscit,
 Impia crudeli sternens tot corpora morti.
 Grandenius senior sequitur mauortius heros
 Sanguine Chaonio fusus; proceresq; profundit
 Immistos turbæ casos pallentibus umbris,
 Astora miratus magnum; qui fulmine vasto
 Omnibus est visas Maors, & creditus armis
 Inuictis; tanta prosternit corpora cede
 Othomanum, fortesq; duces, & martia corda.
 Nec minus inuictus bello mauortius acris
 Adriacus longa senior in veste, cruentos
 Turcarum procerū denso cumulat ab acervo.
 Hæc inter validis (cæli piæ numina tessar)
 Ausonia potius de xtra clarissima virtus,
 Quam nostræ vires inuictos sustinet armis
 Numine caestri fratros: dant læsa viriles
 Pædera virtutes nobis: in funera poscunt
 Ipsa manu forte perivros undiq; Teucros:
 Taliæ fata damus miserit certamine vasto

Othomanis; Cyprÿsq; phryges effundimus agris.
 Fulminei; medÿsq; diu subsistimus armis.
 Illasi; nulloq; grauamur vulnere corpus.
 Audÿt interea strepitus exterrita magnos
 Infractis Teucarum castris Cirenia virgo:
 Ancepÿ Marte diu; sed ubi clarescere bellum
 Horrendum strepitu sensit; pugnamq; cruentã
 Prospexit specula; duris exarsit in armis:
 Prostrÿtaq; foras; portisq; erumpit apertis
 Virgineo stipata choro; martemq; superbum
 Inuadit subito duro seuissima ferro:
 Horrendamq; phrygum stragẽ miserãq; ruinã
 Accumulat; stimulante fame velut ore cruẽto
 Exiliens sulcis prostrernit inertia tygris
 Occiso pastore rucis animalia caulis.
 Huc, illuc; pauide pecudes; frustra; malorã
 Intentare fugam tremulis hinc passibus audẽs.
 Sic fera bellatrix ferro densissimo Thracum
 Agmina prostrernit campo; nec fidere plantis
 Pagarapidis cuiquam Teuerũ: volat ocyor eueo:
 Ac dicto citius; casumq; immittit auerno.
 Nec pauidum; fortemue manu; martẽue cientẽ
 Miratur; diram rotat indefessa bipennem.
 Acta furore graui; veluti Bellona flagello
 Vltricesq; truci Dirã dant funera ferro;
 Vulnere prostrernit proceres; pubemq; trucidat
 Aquali; sensit scelebis; sensitq; Thralerchorã
 Ductores; iuuenum martem feriente cruentam
 Virgine; senseruntq; duces; & cetera pubes
 Lydia virgineã fulmen lacrymabile dextra.

Nec minus horrēdo diffundunt Marte sorores
 Edonias acies, iuuenesq; ducesq; trucidant;
 Victricesq; cadunt deſtenda ſtragis aceruo.
 Immiſta Teucrum; viresq; ſororibus augent
 Funere pſpecto, ſtimulisq; baud mollibus iras.
 Iamq; truci ſeruēs diſiecta per agmina ferro
 Threiciū (dant victa locū) penetrauerat atrū
 In vallum, quo Baliades, ſocij q; ſuperbi
 Aſpera miſcebant validis certamina dextris,
 Millia Tartareo fundentes corpora fundo
 Intrepidi, magno circum velut aggere ſepti
 Funere Biſtoniū: nec Teucrū accedere quſquā
 Audebat vallo: tantus timor occupat artus.
 Vt ſtrepitū lingē Muſtas proſpexit atrocem;
 Agnouit ſubito Regina inſignia magna
 Phenicē, priſcumq; animo reuocauit amorem
 Ingentē; lacrymiſq; abſentem affatur obortis)
 Intus enim deſcendit amor) quis talia diuum
 Annuit? aut quæ me fatiſ fortuna dolentem
 Impetit aduerſiſ? quid me, dulciſſima coniux,
 Amplexu, vultuq; tuo diuellit amato?
 Viuere ſi mecum ſœlicæ, ſi nympha beatam
 Ducere iam fatiſ vitam ſœlicibus optas;
 Cede tuo dilectā Duci, iucundior ipſa
 Luce mihi: tuus eſt etenim cariſſimus vnus
 Leſbiades djs auſpicibus cirenia coniux.
 Da dextram, cariſq; ſupremum coniugis, oro,
 Accipe peſtiſeriſ delectiſ munus amantiſ
 Auſoniſ, noſtramq; animā, ſceptriq; Cethinē.
 Hæc te, meq; ſimul reddent ſuper aſtra beatos

*Fata deum . magnis ingens decus addita diuis
Fulgebis; sacro splendet velut altera vino .*

Substit bis diētis; gemituq; hæc ir super addit.

*Redde tuum cara felicem coniuge felix (Etus
Nympha Ducē: victasq; manus , & pectora vi-
Præbeo: tuq; p̄ys, oro, nunc annue votis .*

Audyt hæc suprema furens , & plura parantē

Dicere Sarmatias; stimulisq; agitata superbis

Coniugis inuisi , fur̄ysq; accensa malignis ,

Barbare crudelis, mundi spectabile monstrum,

Menne tibi sponsam fatis re. uentibus inquit,

Pollicitus? tantumq; nefas qua passa deorum

Numina? mēne Pbrygū misero, fadissime, seruo

Connubio iungam sancto Regina? vel unquam

Affari paruo famulum dignarer amore?

Nec monstrum pudet infelix, ò dire tyranne ,

AEtheream violare fidem; martemq; cruentum

Tartareis miscere dolis, & sedere læso?

O nimium lælix pbrygio Cirenia tanto

Coniuge; cui feritate sacra Busyridis ara ,

Et siculi taurus, ceditq; immitis Alanus ,

Et Diomedis equi , facinusq; immanis Atrai.

Quid Marius, qd Silla tibi, qd Phasidis artes,

Conferri, quia hyperboreis e montibus vlla

Barbara turba potest? Erebi teterrima pestis

Lumine vipereo, stygysq; educta caminis ,

Desine iactari vultu turpissime nostro .

His utinā possem manibus tua guttura, monstrū

Tartareum, ferro, meritæ elidere restē;

Auferrem tantam condigno funere pestem;

Infau-

*Infans*ta totum soluens putredine mundum .
Me sacer Ausonia ritus, me iunxit olympo
Sacrato regnans magno sibi sponsus amore
Virginis intacte soboles mihi dulcis Iesus .
Hic meus vnus amor, mihi primus, & vltimus
Sanguine cui fuso verū testabor amorē . (ardor;
Ille prior pro me pinu quem fudit ab alta .
His accensa super dictis, propriaq; salutis
Immemor, inuiscto catu stipante sororum,
Thracia fulmineo secuit tentoria cursus,
Magnus ubi latius martem, proceresq; latini
Miscebāt acrem multo cum sanguine Teucrū .
Astoris vt tanto fustum thoraca cruore
Threicio vidit, sauis exterrita fatis
Demisit lacrymas, crebroq; abrupta profatur
Singultu. quid enim menti, carissime frater .
Displicet; vt caram peteres hac fraude sororē?
Hic pietatis amor? calis me forsitan vnay
Spreuisti comitem palmæ? laudisne perennis
Germanam cupis exortem? num fortibus ausis
Degenerem, tantiq; animum mauortis inertem
Arguit vlla dies? non talem marce pararunt
Sacrato super astra viam lectissima Christi
Germina? mēne sacro prius, germane. triūpho?
Non mihi sancta fides sacrum promissit olympū
AETerni pietate patris, Christi; cruores
Diffusi nobis referarunt limina celi,
Sudoresq; Crucis? sanctum non funere sacro
Hoc iter ad calum? tales num mente beato
Delicias tollis germana, & premia vite
Fœlicis?

Felicitis? iam te, iam nunc sequar, Astor, amato
 Martyrio passum pro me lætissima sponsum
 Aetheretum: nec te iucunda in morte reliqua
 Exitium commune dabit solatia letho.
 sic ait, illacrymans, breuiter cui martius heros
 Hac responsa dedit grato lætissimus alma
 Virginis accessu; sacram quò funere palmam
 Martyrij simul accipiat; proprioq; cruore
 Dilecti sanctum nomen testetur Iesu;
 Et capiat summi felicia premia sponsi.
 Quas reditæ superis, virgo clarissima, grates;
 Qui te participem nostri voluere triumphi?
 Hac aeterna fides, inquit, fusiq; cruores
 Polliciti nobis aeterni premia patris.
 Iam necum felix hodie super æthera vecta
 Sydera sub pedibus cernes; interq; beata
 Agmina fulgabis sacris redimita cororis.
 Exortem nec te tanti, germana, triumphi
 Optabam: nec enim nobis, sacrisq; sciebam
 Funera moliri diuum felicia nusi.
 Sacrata quis enim tantum sub pace putaret
 Possesse malum nasci? sancto quis fœdere tale
 Crederet infandū facinus? sed barbarâ protes
 Quas leges seruat? tantū q' numina mōstram
 Sæcra deū timuit? meritas sed morte sub ægra
 Aeternis exuffa facis dabit impiæ poenas.
 Sic dixit, martemq; acrem; viresq; superbas
 Virginis aduentu; parteq; hæc morte fatentis;
 Ingegnit; magno petens subcensus amore
 Soluerat interea clausas interitus Arane

Carcere castrorum; fusiſq; inſtraxerat armis
 Terribiles animis; martemq; inuaſerat atrum.
 Vendimus baud paruo ſœticia funera Teucris
 Sanguine Threicio, ſalaminaq; ſtragis aceruo
 Ingenti, ſanctum ſœdus tot cadibus vlti
 Othomanum; proceresq; imo tot miſimus orco.
 Ingrauat horrendus martem, diētisq; ſuperbis
 Leſbiades ingens Turcarum crimen acerbat
 Peſtoris imbellis, ſtimulisq; inſtigat amaris
 Ad martē, mortemq; ſimul. fortiffima ſternunt
 Agmina Dardanidum forſan tot millia mille
 Imbelles, inquit, latij? magnoq; reſurget
 Dedecus hoc ingens generi per ſacula noſtro,
 Inuicti ſocij? famam num querite magnam
 Laudibus æternis, partumq; cruore triūpbum
 Principis admiſſum donis ingentibus almi.
 His acies cuncta ſuccenſa peſtora diētis
 Ignescunt; cæcæq; ruunt; nec vulnera curant,
 Nec mortem; lethœue dolent morientis amici.
 Deſſa cæteruatim noſtro proſtrata ſyrorum
 Turba iacet ferro; mortisq; apparet imago
 Vndiq; Threicium: victi nec prælia linquunt;
 Sed vitā; belloq; magis quin Thracæ inūdāt;
 Et vitam fuſo miſeram cū ſanguine fundūt.
 Colpbius intereā tranſfixus peſtora telo
 Concidit; & ſacram fuſo mercatur olympum
 Sanguine: proſequitur Cypriū iuſtiſſimus heros.
 Grandenius ſenior iaculis conſoſſus acerbis,
 Complexus ſociū palma ſuper æthera veētum.
 Sternitur hic ingēs pariter Bragadenus atroci
 Vulnere

*Vulnere percussus; valido dum millia ferro
 Corpora sternebat Thracum, stragemq; ciebat
 Heroes inter primos. sed vulnere vitam
 Seruat adhuc: magno seruã: nã fata triũpho.
 Illustresq; duces a'ly, mauortia proles,
 Paulatim expirant animas super astra beatas.
 Cetera tum sequitur pubes: nã ferreus urget
 Desuper horrẽda cõdensus grandine nimbus,
 Vulcanusq; ferox. olli cadit inclytus armis
 A:ternam linquẽs famã Rondachius heros;
 Agmina dũ sternit Cylicum; tũc ferra grando
 Ingenti stridens confodit vulnere frontem.
 Martius assequitur suprema laude lyores,
 Transfixus longe diro mucrone sarissa
 Intortẽ latus; illustri tum morte sinistrum
 Corruit in vulnus; superas sed spiritus oras.
 Appetit, implorans sacretum ter nomen Iesu.
 Insignisq; Aruns iaculis tum mille Pelasgum
 Confixus supra miseranda stragis acervum
 Occidit; & socios sequitur super aethera fœlix.
 Tunc iunctas Astor forti cum virgine palmas
 Suppliciter tendens, lato sic ore precatur.
 Accipe, sancte pater, cali melioribus oris
 Dilectas animas, respersas sanguine sacro
 A:terni geniti, sanctoq; cruore redemptas.
 Bn sequimur socios: vnus ne desit olympo,
 Oramus. sacra magno pietatis amore
 Viximus amplexi terris: sic aethere summo,
 Da pater, aeterno genitoris amore fruentes;
 Immensasq; agimus tanta pro munere grates.*

Talibus orabant dictis: cum maximus aether
 Intonat; & claro vox est allata fragore.
 Cedite dilecti terris. felicibus almo
 Aeternis succede bonis genitoris amore,
 O mea progenies, sancto decorata cruore,
 Cum socijs: reserata manent en limina cali.
 His dictis leti tranquilla morte quiescunt
 Felices ambo, ceu rapti lumina somno.
 Tum varia superum voces, cantusq; superni.
 Aligerum latas stipantum ad sidera mentes,
 Insonnere leuem plausu super aera magno.
 Prosequor his socios lacrymosis vocibus actus.
 Felices nimium, fortunatiq; laborum
 Magnanimi heroes Christi; quibus aurea cali
 Parta quies; extantq; aeterna reddita vita
 Praemia; dilectum forsitan celestibus oris
 Spreuistis comitem; tanton me crimine digni
 Duxistis? sed me socium decet esse triumphi;
 Quem fraternus amor sauis coiunxit in armis.
 Quid terris moror inuisis? heu funere tristi
 Mesta dies, magnoq; meo lacrimabile tempus
 Semper honoratum luctu, mibi semper acerbis;
 Hec tristis dum vita comes. tunc pectora maror
 Singultu premit; & fessos dolor occupat artus,
 Procumbo; mactusq; leues fugit ocyus auras
 Spiritus; ac menti penitus lux alma recessit.
 Accipiunt tandem Ibraces; famulumq; reseruât.
 Tunc celso letus descendens culmine Mestas;
 Et superassidens busto domitoris Boum
 Astoris inuisi, dictis irridet amaris.

Hic metuēde iace volucrum charissima prada
 Cypriadum: nec te salamis fouet obruta muris;
 Nec lacerata sacro cōdet tua mēbra sepulchro;
 Sed pisces fædo consument aquore mersum;
 Qui nostri tēdas ausus violare cubilis.
 At tu, Nympha, sacro tumuli decorabere tectō,
 Immeritō quamuis, fœlix si nostra tulisses
 Munera; si nostrum consuec dignata cubile:
 Sed miseranda iaces, quærens prædonis amorē.
 Sic ait; & vultū lachrymis madefecit obortis.
 Interea seui miserandam funditus urbem
 Buertunt Thraces, magnoq; incendia luctu:
 Diripiuntq; aras diuum, manibusq; nefandis
 Certatim prædis inuoluunt sacra profanis.
 Nec minus in ratibus deflētæ murmure turbe
 Audite querulo voces: dum saua reuinctos
 Barbaries miseros trāstris obstringit inermes;
 Exauiaq; trahit, crudeli verberare cædens.
 Vndiq; sic lachrymis Cypriū, miseroq; tumultu
 Incendunt lamenta deos. quis turbine rerum
 Funesto, diraq; necis, cædisq; cruentæ
 Temperet à lachrymis? fœlici à culmine Cyprus
 Pulchra ruit, luctu, versisq; miserrima fati:
 Canētq; deflendis rerum quassata ruinis
 Intentant oculis lachrymas, mentiq; dolorem.
 Tum cœlum lachrymis tristes orare profusis
 Vindictam scelerum iustam, cædisq; nefanda
 Incipiunt, extrema trucis solatia casus,
 Idalides, mesto deiecta liētora vultu.
 Omnipotens genitor, tuq; d̄sanctissima Virgo,
 D̄iq;

Dijq; deaq; omnes, coluit quos inclyta Cyprus
 T bure pio, flammaq; sacra lucentibus aris;
 Has nostras audite preces; si possimus oro
 Ista pio. caput infandum si tangere portum;
 Fata dabunt; medijsq; luem nō mergitis undis
 Ultiores scelerum tantorum, & cladis inique:
 Ante diem cadat; ac medijs in fluctibus atram
 Exalet vitam, terris inbumatus, & alto.
 Te siquidem Genitor iustam sanctissime poscit
 Vindictam violata fides, & fulmine dextrā
 Ultricem: solus sancti tu scederis ultor.
 Et vos, o Cyprj montes, & littora circum,
 Cunctaq; posteritas odijs, furijsq; supremis
 Exercete genus Thracum; memoresq; nefandi
 In Cyprum sceleris, rapidis exurite flammis
 Hanc stirpē inuisam; quando fortuna vocabitur
 Nullus amor populis unquā, Phrygibusq; mali
 Euersemale fida, Cypro sūt sedera nūquā. (gnis
 Talibus orabant, ultricia numina cladis.
 Roscentes oculis, lachrymosaq; lumina caelo
 Tollentes; teneras arētāt nam vincula palmas,
 Quid memorem cades atras, quid dira tyrāni
 Acta feri? praecleara ruunt à culmine tecta;
 Exitioq; Cyprum furijs crudelibus acti
 Euertunt; stygioq; inuoluunt cuncta furorē.
 Hac inter, pinu manibus post terga reuinctū
 Ora, manusq; ambas lacerum, raptisq; benignis
 Auribus, ac truncum crudeli vulnere nares
 Spumantemq; pio crassos ex ore cruores,
 Seminescē, miseris Bragadenū in gurgite sedo

Ciuibas ostendūt; lacrymasq; doloribus augēs.
 Hoc tristi ciues percussit pectora casu
 Concussis cecidere animis: fugit aureus olim
 Ore color, lacrymaq; sinūt; vox faucibus haeret;
 Dirigantq; velut statuæ sub imagine falsa.
 Inde traheretur dira comitante caterua
 Infelix heros coram Mustante proteruo,
 Oscula fragmentis iussus per singula bella
 Figens, mandatisq; libens obtemperat atris.
 At diris tandem confectum corpore panis,
 Exhaustūq; flagris, ferro miserabile bustum
 Ingenti, magnisq; onerant pia colla catenis
 Immitteq; Geta coram Rectore superbo
 Sublimi statuere loco, quo cuncta videri
 Mania, Threiciaq; acies, & gurgite naues,
 Priscaq; bella valeat. dirus tunc ore nefando
 Contemptor superum nomen venerabile Christi
 Incastis onerat dictis; stratumq; superbus,
 Cibificolas spernens, dictis irridet amaris.
 Magnus ubi, rerūq; potēs, & numine Christus
 Divino sacer, infelix Bragadone, moratur?
 Addat opē letho. miserum cur morte sub agris
 Deseritē auxilioq; leui frustrator amicos?
 Surgat; opemq; ferat. lacrymis expositis profusis
 Subsidium. magno forsā clamore vocatus,
 Audiet; auxiliūq; feret tibi morte propinqua.
 His dictis merentē animū lacrymabilis heros
 Et lacrymis, panisq; simul saturavit amaris;
 Percipiens dulcis venerabile nomen Iesu
 Incertis lacerauit dictis, nutuq; proteruos

Qua magis herodem crudeli morte premebant.
 Vt fari potuit, Romano interritus ore
 Mustantem dictis seuum castigat acerbis.
 Spero quidē medijs, inquit, miserabile mōstrū,
 Supplicii scopulis hausurū, aut gurgite vasto
 Sanguine soluentem penas, & digna tuorum
 Funera visurum; nostramq; optare salutem
 Effusum transtris. vlticia numina posco
 Infandi scelevis, pergis quascunq; per oras,
 In sanctum dira praesertim vocis Iesum,
 Aequaeuam patri sobolem, mundi; salutem.
 At vos, o superi, pietasq; immensa parentis
 Accipite hāc vocē extremā, quā sāguine sūdo,
 Funeris vltores nostri, quin dulcis Iesu
 Numinis immensi. (iusto si poscimus ore.)
 Dignaq; perireni persoluite praemia factis,
 Corpore diffracto, solum, seu verbere caso.
 Ast animas geniti pietas immensa laborum
 Ignaras rerum tantarum, & turbine sacas
 Respiciat, Genitor; sudor meret almus olympū,
 Effususq; cruor geniti: trabe fixus in alta
 Dum lacrymis orat; nobis exempla reliquit
 Talia; dilectas animas poscimus olympo:
 Ignorant etenim; cali nec numina noscunt;
 Sāguine, sed geniti sancto tu parce redemptis.
 Non tulit vltorius; sermonē abrūpit, acerbās,
 Crimina falsa ferens, & penas ingrauat aeres
 Lesbiades; costisq; iubet diuellerē pellem
 Lictores. Christi sed felicissimus heros
 Districtos radere videns sibi cominus enses,

Subtulit in coelū latissima lumina supplex;
 Dilectoque suo magnas pro munere grates
 Persoluit Christo, non indignatus, apertum
 Exitio præbere caput. sic pectore lato
 Ter Christū implorans, felicia lumina clausit.
 Olli tantorum tellus, & conscius aether
 Dant signum; subitoque ignes fulsere corusci;
 Celiuagumque leuem sonuere per æthera læta
 Concertu vario voces; plausumque; dederunt.
 Aligeri siquidem iuuenes funebria circum
 Plaudentes visi; niueaque in vesta ridentes,
 Stipabant animam cali super astra beatam.
 Tunc nostris noua lux oculis affulsit; & ingens
 Visus ab Hesperijs coelum discurrere fulgor.
 Mox pater omnipotens clara de nube tonare
 Auditus; diroque truces indicere poenas
 Fædisfrago; lueret casus quas gurgite vasto.
 At tu, nate, sacro meritas spectabis olympo
 Tribuendum poenas, inquit, mortemque; proterui:
 Næ tibi parta quies, & meta extrema laboris
 Mortalis vita: gremium genitoris in altum
 Ergo veni; coeliq; libens suprema capesse
 Munera; iucundusque oris succede beatis.
 His dictis iterum claris micat ignibus aether;
 Impulsuque tonat vasto domus ardua coeli;
 Coelestumque iterum voces resonare per auras
 Audite. Teucris olli formidare terror (tas.
 Membra quatit; cunctisque ingens tremor occupat ar-
 Impius bis Mustas signis exterritus altis,
 Concedit nobis subito venerabile bustum;

Desplendiq; omnem mortis largitur honorem;
 Magnanimūq; Ducū lētissima corpora sacra
 Mandat humo, paruo tumuli quæ cespite terra
 Semineces, lachrymisq; effusi condimus agris
 Grandenū; paruum stat ibi nam fortè sacellū.
 Tunc circumfusi lachrymas, & inania muris
 Oscula cōprimimus; mæstasq; in singula voces
 Fundimus, ut chari supremum pignus amici.
 Nec muri tristes auelli tempore longo
 Possumus amplexu; miseram diuellere vitam
 Credimus auulsu: supremaq; meta laborum
 Esset ibi miseris; nisi agris impia turba
 Teucrorum terreus repulisset cespite sacro.
 Gramine corpoream (visu lachrymabile) vestē
 Interea complent propria sub imagine notam
 Principis Adriaci; pinuq; triremis ab alta
 Suspensam præbent rapidis ludibria ventis.
 Sic lustrare iubet Mustas funesta triumpho
 Liçtoræ desplendo socios; Italisq; reuinctis,
 Et miseris ponto Cyprijs ostendere coram.
 Hinc urbem tumiauis fatis ingressus acerbis,
 Ingenti rursus commiscet mœnia luctu.
 Sanguine nã prisco, pietate, insignis & armis
 Theupolus infami laqueo suspensus iniqui
 Lesbiodæ iussu (feritas nam strage cruenta
 Barbaræ funeribus non dum satiata quierat
 Cbristiadæ) iunxit lachrymis lamēta profusis.
 Ast ego Sangemo famulus deuinctus atroci,
 Vltima perpassus, mecum simul omnia sperans,
 Auspiciibus superis curas solabar anhelas:

Oraq; laticiam seruant, sed corda dolorem.
 Iamq; dies votis aderat suprema malorum,
 Aerumnis finem spondens, tutumq; recessum.
 Fortè die quodam solennem mortis honorem
 Lasbiades geniti sacris maestissimus aris
 Conuentu celebrat procerū, iuuerūq; caterua
 Ingenti; mutas q; preces, & vota profundit:
 Et tandem genitum lacrymis affatur obortis.
 Salue, sancte puer, munū qui prospicis arte
 Sydereâ primos inter sublimis ab alto;
 Id mores meruere pijs, sacriq; cruores
 Aetherei vatis pro religione profusi;
 Aspice marorem patris, Teucrumq; dolentum
 Maestitiam, iacrymasq; pias; patrisq; benignis
 Ibreiciamq; sacris votis effuesce vocari.
 Te duce magnanimo deuictâ Marte fatemur
 Crudelēm Cyprum, latios, Cyprisq; profusos
 Punere iam merito, sedis simul Astora cāpis
 Incastum, telis ausum violare nefandis.
 Aurea pulchricomi campis bis pectora nati.
 Sic tua victores cumulamus limina donis;
 Votaq; suppliciter sacratis solvimus aris.
 At vos o socij, mecum celebrate fauentes
 Istâ pio Pentheo deuoti pectore sacra:
 Vt quem vita dedit, seruatam agnoscat amorē
 In vobis sacra semper post funera mortis;
 Et placidus, dexterq; suis succurrat amicis.
 Sic ait; & tumulo circumdat brachia sacro,
 Mollia ter supplex defigens oscula muro;
 Pancibūq; super fundit fœtore odores;

Pallentesq; iacit violas, nimbunq; rosarum.
 Threicyq; omnes figentes oscula muris
 Supplicibus sacrum venerantur Pēthea dictis.
 Iamq; polo primum surgebat sydus Eoo,
 Inuitans Teucrum lautis conuiuia mensis.
 Tunc omnes tumuli circum campestria sacri
 Incumbunt epulis; tauriq; in viscera totta
 Intendunt auidi mentem, curasq; resoluunt
 Antiquas dapibus; rerumq; obliuia potant.
 Sic varijs intenti epulis, altisq; triumphis
 Insomnem leto ducebant pectore noctem;
 Iucundoq; horas secum sermone trahabant.
 Tūc ego suppliciter magnis pia numina captis
 Exoro; precibusq; fugam, cursumq; secundum
 Exposco votis, animo tunc crescere vires
 Paulatim; mentiq; indicere numina cursum
 Sentio faciem claris certissima signis.
 Insistens precibus; renuo fallentis auerni
 Insydias; supplexq; manus utraq; tetendi
 Ad calum, tacitusq; oravi nomen Iesu.
 Alme pater, cuius pietas immansa rubentes
 Diuisit fluctus olim; placidumq; per undas
 Strauit iter famulis toties; bis rebus egenis
 Da, precor, auxilium celo miseratus ab alto.
 In te spes omnis. tuq; o sanctissima Virgo,
 Aurea spes latium, famuli miserere precantis;
 Et Cypro profugos ripis concede latinis.
 Vix ea: cū lapsos ingens sopor occupat artus;
 Stellataq; simul scelix in veste refulgens
 Astoris inuicti rutilantibus undiq; gemmis

Ausonium cætu comitante apparet imago.

Olli permisto tremuerunt gaudia fletu;

Letitiaq; undans, hanc rupi e pectore vocem.

O mibi pars vita, cur has descendis ad oras?

Te cæli nam regna tenent, da iungere dextrâ,

Qua gentes cecidere truces; ò sola tuorum

Rebus in afflictis tanti solatia casus.

Attamen ille nihil super hæc: sed præcipit unâ

Præcipitare fugam, mæstisq; recedere ripis.

Rûpamoras, ait, has, Nestor, fuge litus acerbuli,

Crudelesq; oras, tibi vis inimica propinquat.

Neu dubita; dant foelicem tibi numina cursû.

Quin etiâ Teucrum sumes à sanguine poenas

Leucata victor scopulis iustissimus ultor

Iniusta socium cadis, miserâq; Cætbina.

En properant letbo fatis immixtibus hostes;

Tuq; deum contra iussis audentior ito:

Victorem nam fata vocant coelestia magnum

Hesperium; cademq; dabis permistus acerbam

Hostibus; ac iusto Mustantem funere perdes.

Talibus haud segnis surgo conterritus actis;

Et soluo dignas supplex pro munere grates.

Sopito tacitus paulatim labor ab hoste,

Omnia tuta videns, per amica silentia noctis;

Hæc dñ somnus habet, faciesq; simillima morti.

Ingressusq; urbem (tutum nam libera cunctis

Pandit iter) diuum socijs oracula narro.

Addunt se comites subito, sociosq; laborum

Tot latij, Cyprijq; viri; quot sola biremis

Substinuit; rebusq; fuga iam ritè paratis.

*Paulatim petimus subreētis auribus aquor
 Diuisi; proprioq; oneri submittimus armos;
 Sopitosq; epulis Thraces, ludisq; sepultos
 Transimus tuti; ac primæ telluris in vnda
 Aspiciamus scopulis hærentem fune carinam.
 Corripimus subitò; lætiq; ascendimus alnum;
 Et superis præcibus, vot sq; in vela vocatis,
 Soluimus; & votis dexter Deus affuit aquis;
 Foelicemq; dedit tranquillo gurgite cursum.
 At tumulum pelago cbari miratus amici
 Astoris, & socium, suauiq; auulsus ab ore
 Dilecti socij, vita diuellor; & vnà
 Obruimur lacrymis omnes; mæstiq; recessus
 Ingenti præmimus consecrati corda dolore,
 Singultuq; dio. fletu tamen obrutus atro
 Vix hæc verba dedi. coelo saluete recepti
 Palmiferi, sacra pro religione perempti
 Heroes Christi, socijs succurrite vestris
 Aeterni patris auxilio; cursumq; secundum
 In latium nobis sacris concedite votis.
 Corpore si cedo tristis, mæstusq; per alta (sturn;
 Salsa feror, velut exanimū, & miserabile bu-
 Corde fruens læto maneo tamen inclyte tecum
 Astor: tuq; tui mæstum cape munus amici
 Hanc animam, veriq; vnitum pectus amatis;
 Et tecum serues, oro; tenasq; sepulchro.
 His dictis gemitum percussa mente dedere
 Ingētem rursus socij; lacrymas q̄ profundit.
 Ter dolor accensos proram conuertere retrò
 Impulit; & socios tumula, lethoq; beato*

Amplecti; pariterq; una requiescere terra
 Corpora; ceu quondam fatis vixere secundis
 Vnanimes: tanti veluti solatia casus.

Sed vetuere deum ventis manifesta vocatis
 Numinazdū latium vertunt ad littora prorā
 Inuictam; rapiuntq; immisso turbine longē.

Caruleaq; Paphum tādē prospeximus vnda;
 Solis ubi radius primus lustrabat Boos.

Mitiūs hinc placidis sulcantes carula ventis
 Alter ab undecimo Phabus Cydonā reduxit.

Hac omnes fida lati tellure potiti

Lustramur votis; gratesq; exoluimus alto
 Celorum Regi; viresq; refecimus vndis.

Prouehimur tandem portu surgentibus Euris

Italiam versus: Malea sed fluctibus asper

Obstitit aduersis Boreas: at numine dextro

Arcadia tandem gelidas vebit auster ad oras

Auius ignaros rerum; magnaq; reponit

Reginæ gremio primæ telluris egenos.

Sed pater omnipotens, totum qui prospicit arce

Sydera, meritis ingentia premia reddat

Excimj, Regina, tuis, vitamq; beatam

Celestes inter sponsas; quæ gurgite vectos

Irato, sauisq; eiectos fluctibus hostes

Excipis hospitio, rebus dignata benignis,

Sanguinis Othomantū clari velut aurea proles.

Finis Lib. dccim. tert.

F. PETRI VILLARQELIS STYLITANI

Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Decimus quartus.

ARGVMENTVM.

Othomanus queritur Princeps: certamina Nice
 Austriadae poscit: bellum genitoris imago
 Admonet in sonis: cursu persuadet Alader,
 Illacrymas. monet orantem solata dolentem
 Laurenam Virgo: variant & amore dolores.

Talia narrabat Nestor, casusq; suorum
 Illacrymas, sorteq; Cypri, tristeq; ruinam:
 Cum Regina graui latium confecta dolore
 Infauiste cadis, tristi maestissima vultu,
 Demisit lacrymas; mortemq; minata proteruo
 Lesbiadae, magno profugo placidissima caro
 Spondet opes; dictisq; animum solata benignis,
 Sic fatur non hac primu domus incluta Regu
 Othomanum miserata pios pietate refulsis,
 Hospes amice, nec afflistis succurrere discit
 Nunc primu: propriam Regu nam rebus egente
 Auxilium duce natura praeberet piorum:
 Nam relictis victumq; malis, & cetera praeber
 Alma parens se se cunctis gerit ipsa paritem.
 Sic care cunctis surgit res aqua salutis.
 Sed sacra Romulidum gestis meret omnia virtus
 Eximys, cari praesertim gloria nostri

Principis

Principis Austriada. teētis seu cedere Graiis;
 Seu vultis mecum regnis considerare Thracum;
 Vestra domus semper; rebusq; animisq; iuabo.
 His maiora mere: quāquam clarissima virtus
 Christigenū: q̄ sūt animi tamē accipe munus,
 Nestor; & bis addet forsā fortuna secunda.
 His dictis animum presentī pignore firmat
 Nestorem; certamq; dedit sperare salutem.
 Addit opes, d.ētisq; domum regalibus addit.
 Interea tantī longē prānuntia facti
 Fama volans, cūctas rumore repleuerat vrbes
 Bistonias; tandem magno sublata Selymo
 Detulit. armari classē, bellumq; parari
 Horrendum duce Regina; totamq; rebellem
 Arcadiam magno promissa virgine regnum
 Austriada telis ultrō spondere paratis.
 Obstupet Othomanus dictis; & mira videtur,
 Quin incredibilis tantarum nuntia rerum
 Fama sibi: nec enim germana conscius unquā
 Criminis; aut tantum potuit sperare dolorem.
 Cūm tristi coniux aulam Calimeria vultu
 Ingreditur; dictisq; ingens hoc crimen acerbat
 Inuidia (magno iam dudum amplexus, amore
 Vnanimē sequitur germanam Thracius beros)
 Talēne sperasti chara, dulcissime coniux,
 Germanae scelus infandum; talemne dolorem?
 Et sufferre potes? tantum num dedecus almo
 Othomanum generi diuum cumulabit Arista
 Expers poenarum? quasitōs sanguine Graios
 Othomanum demens altis soror inclyta gestis
 Perdit

Tradit, communem regnis sublimibus hostem
 Hæredem statuens tanquam Regina suprema.
 Quid restat, ni diuinum submittrat Iberi
 Imperium, longas te pulso ad Phœcis oras,
 Et nobis, natisq; tuis, & millibus ante
 Othomanum casis miseranda strage tuorum?
 Hæc oia descendæ diuini prima ruina
 Imperij, quæ deuictis tunc orbibus ora
 Argoteis restant nobis? quibus impius armis
 Threicis, Asiaq; iugis expellitur hostis?
 Victor in extremis Arabes, pictosq; Gelonos
 Discurret; sanctasq; aras, veteresq; Sabaum
 Euertet ritus, & nos ludibria gentis
 Proferet Ausonia. Latij sic fabula cunctis
 Othomanus Princeps, toto dominator in orbe,
 Exul, inops, Cererisq; expertus, & forsitan egenus
 Liminibus victum queret, seu postera proles
 Infelix: solumq; manebit nomen inane,
 Quin graue, diuorū Othomanū, ludibria mūdo.
 Nec mihi, sed genitis oro, dulcissime coniux;
 Nam mihi mors tecum fœlix, sed pessima natis.
 Post mortē miseris miseranda in sorte relicta.
 Ausonia famuli, proprijs ludibria seruis
 Num fuerint? gemmis, auroq; insignis, & ostro
 Hæc tua progenies, fœlix & origine diuum
 Tantorum, toto sceptris celeberrima mundo
 In arctis, olim modica telluris egenæ,
 Exul, inops perget Rypheas hospes ad oras?
 An famulis famulans victis sibi queret egent.
 Infelix: dicentq; omnes, hæc incluta proles

Obdormantis; magnis olim quo maxima saepe
 Imperij? Superi potius me fulmine tangant
 Demissus; pontus, vel tellus, una debeat
 Antemibi; quam te victrix ingrata repulsa
 Aut caesis nobis, vatis potestata Arista
 Infaustis, mediti sermone obrupit; & auram
 Illacrimans, animamque extremo affecta dolens
 Conticuit, colloq; sua collapsa recumbit
 Catomyria; famulas nimirum, que fida per oes
 Talibus exarsit, maiorem dolor, ossibus inuis
 Threicio Regi; pressoque obmutuit ore
 Coniugis; attonitus casu, regniq; ruina
 Sic tot sollicitus monstris ingentibus heret;
 Multaq; se secum dictis incusat amoris
 Hoc illud germana fuit furor ipse parabat
 Hos casus nobis? tali me fraude petebas;
 In sano Graium dum poscis amana furori
 Rura tuo? culmen, magnamque cupidine famam
 Obdormantem foeda incestas? sperare iubebat
 Hoc mea me forsitan pietas? num tale soraris
 Infandum facinus, fama cum clade parabant
 Impia fata deum? quid non crudelis adigit
 In mortem potius rectam furor iste paternis
 Liminibus? me me fors ista manebat; & ipsa
 Addidit obscena fati, obsceno furore.
 Spero quidam (siquid pietas super ethera quodam
 Nostra valet; magnus si non exosus amicos
 Iuppiter Obdormantem) medius in fluctibus atris
 Effusus meritis, pro te dabit improbe poenas,
 Hoc immane nefas ausus, mibi numina diuina

Auxilium miserata dabit hoc crimine dignis.
 At vos scilicet superi; eaq; optime vatum
 Pantheia magna, nostrorum nume aurosum,
 Cernite triste nefas; iustasq; absomite penas
 Infandi sceleris, nostris inhumatus aranis
 Occubet insolium; nostrorumq; addeba decoris
 Vlticci superum casus cadat hostia ferro
 Seditione furens, famam diffundit in anem
 Principis Angolicumq; Regisq; affectat honore
 Quin etiam cara neptis miserabilis huius
 Exposcit thalamum; eadq; indignus acerbas
 Virginis intacte; ritusq; auertit iusto
 Sic ait; uxoremq; petis suprema gementem;
 Amplexuq; fouet; dictis solatq; amicis
 Quid gemis hoc paruo; coniuu dulcissima, casta
 Germana; cernes seuum post terga reuinctum
 Aut caecis fufum tenebris crudeliter hostem;
 Neu dubita; nã parua sacris victoria nostris
 Imperijs; auerte graues à pectore curas
 Quin etiam missa germanam virgine flammis
 Combustam cernos medijs his menibus vrbis;
 Si scelus infandum gestis commiserit atris
 Talius uxoris carus solatur acerbas
 Dilecte; nuncq; delibans oscula fronti
 Interea Christo se se pulcherrima Nice
 Vocibus his offert pietas quem maxima mada
 Detulit his oris mentali veste tegendum,
 Christe potens rerum; proles aequa parentis
 Vt mortale genus caeli sollicitus oris
 Inferres ingens destructa victor auerno

Dauidas animas praesertim sanguine sacro,
 Quas meritis alta magnus praedestinat astris
 Mente Pater; susoque vocant sudore labores.
 Haud talē pater: Austrīadē sanctissime quōdā
 Pollicitus; elassem patrijs cum solueret oris;
 Sed mare qui magna totum ditione teneret;
 Nuna autem terit his uxorius otia terris.
 Da pater augurium; terrisq; auerte pelagis.
 Rata vocat promissa ratio, saepusq; propinquū,
 Immeritaq; Cyprī clades, susq; cruores
 Exclamāt: proles lacrymas vocat aēta profusis.
 Si tantis etenim magnorum desistere captis
 Iussisset Austrīadē; Thracēs quis Marte superbo
 Strauerit; Austrīades fauis si Thracibus unus
 Fatalis? si sola domus generosa potentum
 Austrīadum magne Tenerarum electa ruina?
 Olli Rex ditium, cui parent omnia nuda,
 Subridens, tonis fixit pia lumina regnis.
 Ac sic pauca refert, cursum permisimus oris
 Inachiae; quod sancta fides clarescat Achivis,
 Et Teucris: licet immotis victoria restet
 Pollentis immota tuis, pulcherrima Nice;
 Solue metam, famulum nobis stat cura pietatis;
 Immotamq; suo dabimus sub tempore palmam.
 Nec mihi prima retrō versat sententia mentē;
 Austrīadaeq; meo belli felicibus ausis
 Concedam clarum ventura in saecula nomen.
 At nunc qui terras armis, caelumq; fatigans,
 Territat horribilis; deatra cadit improbus aēr
 Austrīada nostri medijs inbumatus in undis.

His dictis totum nutu tremefecit Olympum,
 Illustriq; simul perfudit lumine mandum:
 Ianq; solo rectum partitus lumen utriq;
 Alter ab undecimo bis sol effulsetaq; orbi;
 Flammiferq; premens Tarcesia lieta curru,
 Occiduo dudum ruerat delapsus Olympo:
 Atra soporiferis pariter circumuolat alas
 Nox mædo, grauibus dissoluens pectora curi:
 Cùm Dux Austriades curis volitantibus regem
 Vix ullam collapsa rigat per membra quiete,
 Intendens animum cæptis, classiq; relicta,
 Et quid magnorum portendant fata dorum,
 Argolicum, tantisq; Phrygum de rebus agitata
 Accipiunt tandem victorem lumina somnum:
 Ecce resurgentem magni Genitoris imago
 Visa per auroram claro latissima vultu
 Multa mones superum, talesq; effunderet voce
 Nate mihi quondam vita iucundior ipsa,
 In quo stat spes vna fratris paterno iure
 Inuictis armis inuicti regna Phileppi
 Dilecti geniti, qua sit fiducia rebus
 Humanis, & quam subito mutabilis orbis
 Aspicias, agglomerentq; humana negotia motus
 Aertinasq; ferant varias, immobile quicquam
 Sub cælo, nec tuta vides, nec vera voluptas:
 Tædiferis unquam sceptris, mentis superbas
 Vera quies, arrepta volant simul omnia vobis:
 Non hic imperium, non hic extrema molorum
 A Brumnis postura modum, satisq; malignis
 Meta tibi: non his terras concessa dorum

Auspicij optato quies: sed numine dextera
 Victor apud Morinos sacro sup astra triumpho
 Ascendet tandem laeto sublimis olympo.
 Ante tamen sauis miscens horrentia Teucris
 Brachia, Thraciam prosterne marte secunda
 Auspicibus classem superis. & virgine matre
 Hostis ensi properat, caelo spirantibus eurus,
 Tartareis aëtas furij, & vindice pœna.
 Herida tamen Teucrum sublimi crimina caelo
 Crædidiq; animi rabies, & barbara corda
 Vindicam meruere Cyprî clamantia versa;
 Immeritaq; Italum cedes, & fœdera laesa.
 Atersæ quæquam gentis sibi Rector olympi
 Iurgia Christigenam phrygijs ulciscitur armis
 Crimina; laborumq; pater sub tempore natos
 Castigat, magnò carge tamen aëtas amore
 Respicit, at hercisq; opibus miseratur amicos
 Hostilesq; manus aeterno proycit igni.
 I factis ergò, felici numine ductus,
 Quo te cunq; vocant helia cœlestia iussa
 Stat magnis immista tuis diuina triumphis
 Threiciam (dono superum) victoria ponto
 IONIO; clademq; Cyprî, stragemq; prorum
 Remissidum victor sacris ulciscere telis.
 Hæc, siquidè, dextera fœdato in gurgite truncis
 Infamia proscumbat, Halys; proceresq; profusi
 Bithonij, cæsi xuthras mergentur in undas
 Aut gensbus veniam flexi, pacemq; petentes
 Cœlla suis humiles flectant sublimia iussis.
 Vix ceteram fugiet res tunc e millibus unus

Præpetitibus remis, medijs clapsus ab armis
 Ocyalus, paucisq; ingens, belliq; magister:
 Cum satis iugere Phryges prospexerit atris,
 Quassatasq; rates Teucrû; sed sanguine multo
 Heroum sacro cedita perfusus ad Hellem.
 A Etotafq; oras fido Portanus amictu
 Appetet, effugiens pariter, sed cætera pubes
 Ausonia spolijs, & cadis quasta tuorum
 Kætricos aquilas lacrymis orabit obortis
 Suppliciter, magna; tuo diuota triumpho
 Incolumis letho sedis seruabitur undis,
 Sic te victorem magnam rutilansibus atris
 Recipiet plausu ingenti Trinacria pubes,
 Bellorum sublimis tuam super æthera nentem
 Laudibus æternis tellens, sed victor honorem
 Hunc magnam referes æternæ, nate, parentis
 A quo largitur nostro pectore paterna
 Austradum generi pacis, belliq; triumphis
 Omne bonum: tantoq; caue ut numen bonare
 A Eternum fraudet, tantoq; ingratus ameri
 Coelorum tantipatris priuabere donis.
 Ingentes pariter deuota pectore grates
 Persolues superis, præseris, nato, suprema
 Regina, matrig; pia; ecclisq; decoro
 Virgineo, nestraq; æomus gratissimus olmo
 Custodi, cunctisq; parentum rebus asylo,
 Obordigerum patri, qui te certamine tanto
 Foelicem reddent victorem sospite, catu.
 Christi gonu, paucis tantu super æthera veclis
 Palmiferti, depelle meû: tibi militat æther.

Electosq; dedit socios, praerona corda,
 Lumina totius bello clarissima mundi.
 Quos inter fulget pietate insignis, & armis
 Magnus Alexander, nulli virtute secundus
 Priscorum, nobisq; nepos clarissimus omnis,
 Assimilis magnis animis, & pectore sacro.
 Nec minus inuictus gestis Antonius altis
 Culminis eximia latij virtute Columna
 Eminet; atq; refert atavos in praetia magnos.
 At te, quis longo magnorum gloria bello
 Heroum Franciscus, filii praestantibus ausis
 Inuictum patriaq; euinctum tempora quercus
 Priscorumq; decus latius, nomenq; suppressum
 Vmbrosorum, claraq; illustram Palladis artes
 Iugitur bis magnis atavortu Sforza triumphis
 Illustris, dextraq; potens, inuictus & hasta
 Armiger; inuictosq; ferens in bella Quiritas,
 Magnanimo vultu iam nunc exterminat hostes.
 Accedit pariter Romani roboris indax
 Fulmineus dextra, gestisq; insignis avitis
 Vrsina Paulus clarissima gloria gentis.
 Quid referat notos magno, belliq; magistros
 Inuictos, pacisq; bonae, pietatis avita,
 Synceriq; animis, cum sint clarissima nostra
 Lumina Christigenae gentis, maecortia proles.
 Nec te gestorum soboles Neptunna miris
 Laudibus indignum referes; dum gurgitis arto
 Bfferus Ocyalum sequis terribis in armis;
 Conuertit sumq; fuga pelles certamine victor.
 At tu consilijs, dextraq; insignis, & hasta

Inclyta magnanima Perusina gloria gentis,
 Heroes inter fulgebis Cornea primos.
 Totq; duces alij, fulgentia lamina martis,
 Ausonia magna prisca virtute corusci,
 Inuictis aderunt animis, & pectore firmo.
 Gernis; ut exultant alacres, in cuncta parati
 Te duce magnanimo validis certamina dextris
 Heroes magni; ferro mauortia proles
 Parthenopes pulchra, qui te quocunq; sequitur
 Quos inter magna soboles Carrassia gestis
 Effulget longe, pacis, belliq; magistra,
 Musarumq; decus; famamq; ad sydera tollis.
 Gernis; ut inuictus sauis Antonius armis
 Incedit; magnaq; premit formidine Teucros
 Fernandiq; atacres bini, duo lumina belli,
 Germanusq; simul Franciscus martius heros,
 Threicium dextris infestant agmen acerbis
 Nec minus insignis validis Vincentius ausis
 Irradiat; Phrygiosq; fero determinat ore.
 Inuictaq; mana, gestans quod principe dignis,
 Carolus assequitur duris lanouis armis
 Insignis; miserosq; Syros in frustra trucidat.
 Insequitur pietate graui Spinellus, & basta
 Eximius, strictoq; acerrimus ense Raphael;
 Fulmineiq; duces alij, quos incyta bello
 Parthenope misit; seu quos Insabria campis
 Frugiferis, lyguresq; Patres, et Hetruria solis.
 Est etenim tecum magna florentibus armis
 Inuictum genus Ausonia, belliq; magistrum.
 Quid referam patrios, animo, dextraq; potentes

Inuictis

Inuictis, saui lectissimæ prætoræ martis
 Tu noscitur, mi nate, duces, manortia corda,
 Virtutisq; sacras heroum, & fortia gesta.
 Quid te victorem captis foelicibus ergo
 Ha tanta tenuere moræ & cur ossa terris
 His teris Argolicis? cur sequis detinet auræ
 Seruantem frustra ripas, & tecta Methones?
 Quid stans? hostili qua spe subsistis in urbe?
 Aut quibus aspiras sceptris? uxorius Argos
 Respicias, & classem Phœacum despicias undis?
 Nec fama clara, magni nec amore triumphis,
 Nec super egregia moliris laude laborem.
 Haud equidē Genitor magnos, ut prona ferat
 Agmina venturæ sæclis expertia fama, (nam
 Degere, sed magnis heroes designat ausis
 Quos penes imperij regimen sublime, vel ista
 Tota gubernatur labentis machina mundi.
 Nec via magnanimæ captis in gemitibus ulla
 Inuia virtuti. tu nunc memorare tuarum
 Virtutes patrum, belliq; illustra facta;
 Eximysq; ardor mentem uebat emulus ausa;
 Austriadumq; decus venturis excoctet armis.
 Te penes imperium latij; te tota Quiritum
 Gloria miratur: tu spes fidissima Romæ,
 Tempore tam tristi Graijs uxorius oris
 Otia vana teris; nomenq; oblitus auarum
 Exigui Graium sceptri lanxas sis amore.
 Non hic parca quis; non hic fellatia carum
 Sunt concessa tibi; nec tolem roma te tellus
 Expetit Austriamq; sebat; nec amoribus istis

Tempus

Tempus eget, sed maxime sero, serroq; cruento.
 Hec fuge crudeles terras; fuge seuu Metrones.
 Licet ara: magna pericula manet te sede morantē.
 Inachia, si te cunctantem lumine primo
 Arcadia tectis alter lustravit Apollo.
 Hostis atrox acrius, sauas cum sanguine genas
 Expascens; nec te tantis lauxena periculis,
 Morte sua quamuis, nec te seruabit Arista.
 Haud equidem tantis aptū tibi femina rebus
 Auxiliam; quāquā cuperent te sospite mortem
 Rebus obira sacris amba: sed funera tecum
 Expertā mecum (visu lacrymabile) flammis
 Augebunt tibi supremum cum morte dolorem.
 Ergo te velox instantibus eripe factis
 His duris, tantaq; supremo gratus amoris
 Consule Regine, castisq; afflictibus alma
 Virginis, ac maestis dictis solare relictas.
 Spe cali, rebusq; sacris, & amore superno.
 Accipient amba tanti solatia casus
 His dictis: caiq; dabit pater altus ab alto
 Solamen; pariterq; suis sanctissima virgo
 Supplicibus, viesta spes, & solatia mentis.
 Hec pater omnipatēs tenus madata per auras
 Ferro iubet; celoremq; fugam, suadere respēte.
 Dixit, & in tenuem ex oculis euanuit aura.
 Olli percussus stupefactam numine mentem
 Restitit Ausiades; pressosq; obruit ore,
 Noscit enim cari vocem Genitoris, & ora,
 Commissumq; mora facinus, magnūq; supremi
 Celorum Regis pietatis amorem.

Confurgit subito stratis; & numen adorât
 Supplicibus atq; cōuersus ad æthera supplex
 Succiduis genibus, iunctisq; ad sidera palmis.
 Tum precibus, votisq; p̄s exposcere pacem,
 Incipit, hæmētans gæctis rōrantibus ora.
 O cæli decus æternum, summisq; parentis
 Vnica progenies, mundi; cruce Redemptor
 Almè tuo, terras solio rei aspice summo,
 Oramus; placidq; p̄s da gurgite cursum.
 Hæc duce te, iussisq; tuis si licet oras
 Arcady, nimboq; intrauimus arua Pelasgam,
 Da, pater, auxilium cælo miseratus ab alto.
 Adsumus; imperioq; tuo paremus ouantes.
 At sobolem solum sacro fonte piandam
 Respice nunc, Genitor; cunctisq; tuere peritulis
 His præsens; magnoq; tuo trepidantia corda
 Auxilio firma: siquidem carissima nati
 Hæc noua progenies sacro parta cruore,
 Corde pio venerata colit tua minima supplex.
 At tu, qui cælo miserans incummoda nostra,
 A summo quicunq; venis; tantisq; secundum
 A Brunnis finem spondes, pia nrimina sancto
 Augurio firma: cari tamen ora parentis
 Agnosco: quis te nostris amplexibus arceat,
 O genitor, verasq; audire, & reddere votis?
 Adsis; & facilem ventis da gurgite cursum;
 Quæ me cunq; vocant terra, seu iussa deorum.
 At tibi virgineo mater decorata pudore)
 Agnosco siquidem supremi Régis amorem
 Alma tuis precibus) p̄solat hoc munere grates)

*Semper bonos, nemamq; auti sanctissimæ Virgo,
 Hæc dum vita comes nobis, laudesq; manebit,
 Et nostris, gentisq; uicæ venerabere donis.
 Talibus orauit dictis manortius heros:
 Cum socij tristi marentia pectora somno
 Bripiunt, superum monitis ingentibus acti.
 Exemplo cuncti ad Regem sub limine primo
 Conueniunt, iussis diuum decernere claris;
 Quid tantis vitæ restat de rebus agendum.
 Interea primus surgens iustrabat Eoos
 Matutina dies, serisq; cadentibus astris
 Occiduas noctem radijs pellebat ad undas.
 Cum Dux Austriades vultu diuina ferendo
 Iugla, refert socijs, dictisq; ita fatatur amicis.
 Hactenus, ô socij, Graijs consumpsimus oris
 Otia: suprema iussis hanc virginis urbem
 Ingressi, pietatis opus venerabile magna
 Egimus in Teucros, fidei cunabula sancta,
 Et Romæ leges, ritusq; instruximus almam
 Reginam, genitamq; piam, multamq; cateruâ.
 Nunc autè à sùma monitis Deus aethere claris
 Festinare gradum, Graijsq; recedere ripis,
 Imperat; & sociam Corcyra inuisere classem.
 Quocirca tantis tacite succurrite rebus;
 Dum nos Regina mollissima tempora fandi
 Seruantis, pacem precibus, veniamq; potamus.
 Sic dixit, parent subito regalibus omnes
 Principis Austriada dictis, & iussa facessunt.
 Interea mentem monstris exterritus atris
 Noctè sub obscura, earum grandæuus Alæder
 Aduenit*

Aduenit ad Regem boeotum, cui talia fatum,
 O decus Hesperium, nostriq; o gloria facti.
 Cuius in accessu nobis solatia fatisto
 Instaurata manent genitoris imagine magni;
 Extemplo socios tranquillis arripe velis,
 Pacatoq; mari Corcyra concipe classem.
 Sic diuum portenta iubent, & tristior ira,
 Accelerare fugam; Graijsq; recedere terris
 Quamprimum. celeri rationis uocat ocepuro
 Te contra crudelis Halys: tamq; Elidis urbem
 Spectat; & Arcadia uentis circumuolat oras.
 Nec trauebantem concluso uesper olympo
 Optatis misera terris illustrat Achais.
 Hostis atrox aderit; patrias cū Phobus ad oras
 Occiderit; forsang; prius: ferroq; cruento
 Teq; tuosq; petet; nobisq; adiunget Aristam
 Combustis miseram pariter cum uirgine caesa,
 Sic sedens, rebus cara genitricis Ariste,
 Laureneq; tua, nostra, uitaq; tuorum
 Consulis, o praestans animi: nec funere certa
 Inuitis quiequam satis praestare ualeres.
 Quin maesta miseris maiorem peccore nobis
 Morte tua nostra cumulares citade dolorem.
 Haud equidē tristes unquam te sospite Graij;
 Nec Regina dolens, nec fatis aurea uirgo
 Aduersis, quocunq; petat fortuna periclo.
 Tempus erit forsā uictis inuisere Teucris
 Argolicos; magnosq; caput diademate Graium
 Cingens, nates tuum cara cum uirgine sparsa
 Suscepta, nunc ce de feris, & ex optime, fati;

Et tecum quocunq; patris fer corda dolentis .
 Te sine nil unquam gratum, nec vita manebit
 Ista mihi; nam si felicem ducere vitam
 Me reliquam patrijs voluissent numina teētis;
 Te mihi seruassent solatia sola senectæ.
 O teneris utinam clausisset lumina somnus
 Fascibus; et talem misera non morte dolorem
 Gustarem senior patrijs miserabilis oris,
 Orbatus mi nate tuo dulcissime vultu .
 O, mihi sancta decum priscas si pectore vires
 Numina seruassent; quales effusus Hydrius
 Has dextra fluidis persensit Opuntius undis,
 Threiciæq; acies; patrios cum fulmine muros
 Sternebant; tenerosq; darent felicius annos;
 Haud isto, mi nate, tuo diuellerer unquam
 Congressu. sed iam gelidis frigesimus annis,
 Consumptiq; etate senes, & tædia pubis
 Viuimus, in sortis varios, mundi; labores .
 Talia fundebat tristis Pelopeius heros,
 Humectans largo candentem flumine vultum;
 Singultuq; premit vocem, tunc Austrius ore
 Mellifluo paucis curas solatur anbelas,
 Iam toties mihi notus, ait, pater optime, verus
 Dilecti genitoris amor, sed munere tanto
 Non opis eî; nostra dignas exaluerat grates .
 At gestis his digna tuis dî; præmia reddant.
 Nos tamen eterni memores, dū vita manebit.
 Extremum quocunq; vocat fortuna per arbes,
 Magnanimi semper referemus nomen Alædri,
 Succensi magno cari genitoris amore:

Sic ait: amplexuq; fouens, gratissima collo
 Brachia circumdat, defigens oscula fronti,
 Tot grauibus mæstam curis solantia mentem.
 Interea laurena pios dum pectore supplicæ
 Orabat pacem superos, & virginis alma
 Præcipue nomen votis deuota fouebat
 Virgineis; signumq; tori poscebat ab alto,
 Intendens animum, iussis parere supernis.
 Haud sacris fada veneris mihi præmia tædis
 Exquirens, thalamæ (fatur) sanctissima virgo,
 Principis Austria depono: nec pectore tales
 Virgineo flamma; nec surgunt vindice pœna
 Alma tui geniti sancto duce numine cura
 Obscane: sacro sed posteritatis amore;
 Qua geniti, laudetq; tuum per sæcula nomen.
 Tarpe quidem nimium, vetitis intendere mētē
 Virgineam: quid enim Cypria, Cressæq; furore
 Turpius; aut Babilone nefas immanius ullū?
 At sanctis geniti sacro flumine sponsis,
 Alma parens, cunctis vno mens fada furore
 Turpior: offenditq; oculos hoc crimine sponsi
 Dilecti magis, infelix quam turba priorum.
 Non ea vis animo, pestisue acerrima nostro,
 Ut seis. sed vitam sancto mandamus amanti
 Aeterni geniti; toto quem pectore sponsum
 Exposco, misera solum mihi numen amanti.
 At terris si quem prolis venientis amore
 Destinat, Austriadæ (si fas) exposcimus omnes
 Suppliciter. verum fiat diuina voluntas.
 Vix ea: cum celi rutilans è parte serena
Visus

Visus adesse domi fulgor: subitoq; precantis
 Stat supra caput; & tenui circūuolat umbra.
 Inde caua sic nube sedens affatur; & omnes
 Aggreditur primò tristes his demere curas.
 O noua progenies cœli, mibi filia lymphis
 Nata sacris, natiq; mei gratissima sponsa,
 Quid frustra toties animum spe ludis inani
 Austriadæ thalami vetiti: quid coniugis isto
 In cassum premeris mentem mortalis amore?
 Nō hac parta quies, non hac concessa voluptas
 Mortalis: talemq; virum tibi summa parentis
 Iussa negant; pacisq; animum venientis amore
 Aeternis inferre iubent fœlicibus oris.
 Hic melior geniti thalamus te, filia, nostri
 Expectat; castoq; amplexu virginis almi
 Virgo tui sponsi fœlicæ decorabere sponsa;
 Aeternisq; nitens, velut istæ, ornabere fertis.
 Attamen Austriadæ veluti soror optima fratrem
 Fraterno semper complexa fouebis amore,
 Terrestremq; animo veluti castissima sponsum:
 Sancta negant ambobus enim cœlestia tadas.
 Numina: nam cœlo seruant purissima corda.
 Sic ego dilecto retuli castissima sponso
 Obsequium, quanquam sponso deuota superno.
 Sic etiam castum pariter seruabit amorem
 Ille tibi, nulli spatamo sociatus in orbe.
 Sic tandem pietate patris, qui torquet olympū,
 Fœlices ambo sancto visuetis amore
 Sedibus æternis: sacris ubi parta triumphis
 Mortis erit requies, animiq; æterna voluptas.

His quãquã supãda manët tibi plurima terris,
 O virgo præstans animi: nam maxima virtus,
 Et magni cunëtis cœlum peperere labores,
 Aerumnaq; cruore sacro, cedensq; profuso, (trix
 Vincula, flãma, neces, tormenta: sed omnia vic-
 Auxilio dulcis sponsi superabis amico
 Cœlestis; magnisq; tuo certamine præsens
 Affuero tibi subsidijs, & numine dextro,
 Neu dubita. victrix tandẽ pallentis auerni
 Ascendens mecum claro super astra triumpho:
 Et sacras inter sponfas rutilabis olympo.
 Sic ait; & cœlo fufis se substulit alis
 Virgineo stipante choro Regina corusco.
 Obstupuit laurena pÿs exterrita primis
 Virginis æthereæ monitis, & lumine claro:
 Ardoremq; sui magno cœlestis amore
 Concipit ex animo sponsi; mentemq; beatis
 Sedibus extemplò tranquillã ardentius infert:
 Ductricemq; suam scandentem sydera suppleæ
 Prosequitur votis: ò quã fugis aurea virgo
 Indignam vultus famulam splendore corusco
 Colloquijs pietate tua dignare benignis.
 Siste gradum: doceasq; oro, mandata parentis
 ABterni; sponsiq; mei quæ grata voluntas
 Syderci: sanëtis adsum fidissima iussis:
 Ingentemq; sibi sacro testabor amorem
 Punere. nec flãma, ferrum, nec diuidet vnda
 Amplexu, votisq; tuis, mi dulcis Iesu;
 Qui mihi versus amor, solumq; es lumẽ amãti.
 Accipe tu famulam; sponsisq; adiunge supernis

Seruitio; placidusq; iuua; cunctisq; periclis
 Bripe, tartareisq; dolis pallentis auerni;
 Vnica spes & vita mibi, mentisq; voluptas.
 Tu aea, tu nostros virgo miserata labares,
 Adsis; & sanctam ducere te da ducere vitam
 Pectore virgineo; genti; intendere iussis,
 O vita sanctum, nostraq; salutis asylum.
 Hac ait; & lacrymis, votisq; intenta sacratis
 Virginis aetherea sanctum prece nume adoret.
 Nec minus interea caelo demissos Aristam
 Aliger admonuit summi mandata parentis.
 Quam sic aggreditur diebus, tu nocte silenti
 Tranquilla carpis iucundum mente saporem?
 Tempore tam tristi placidum nunc ducere sonum,
 Optatisq; vales istis requiescere stratis?
 Nec mortem, qua fata ferant instantia flammis
 Aspicias, & casus, & quanta pericula substante
 Nostris adest infensus Halys; feralibus ausis
 Pygmalione prior, atro Busyride maior.
 Effuso poscitis crudeles sanguine poenas
 Hospitis; & flammis acerrimus uret isdem
 Austriadem sponsa tecum cum virgine caesa.
 Nec tamen hoc lacrymis, nec defensoribus ullis
 Tempus eget; verum velis, & remige magno
 Praecipitare fugam, celeriq; volare corina;
 Auferat ante dum clauso quam vesper olympo
 Extremum; cupit incolumes si certius omnes.
 Occiduas etenim nondum submerget ad undas
 Phabus equos; & adasti animis feralibus hostis.
 Nunc age iure meras omnes, & praesepere cunctis

Festinare fugam velis: nam sospite magno
 Austriade, cara restat mihi cura salutis
 Certa tua: nulliq; forei seuissimus hostis
 Ex oculis diram sublato principe mortem.
 Sic ait; & claro sursum splendore recessit.
 Tunc sacro stupefacta piam munimine mentē,
 Hacitat obtutu: sed ubi vox reddita tandem;
 Cœlicolam dicitis supplex veneratur amicit.
 O cœlo quicumq; venis ad limina nostra
 Nuntius æterni Regis, miseratus Aristam,
 Siste gradum; precibusq; pijs assiste tuorum.
 En tantis magni iussis genitoris auantes
 Paremus: tantum superum pia numina sãcto
 Augurio firma; ac nostrã fit cura salutis
 Aeterna superis: dulcis quam sanguis Iesu
 Lethifera mihi promeruit diffusus in orno.
 Hac etenim misere tantum solatia vite
 Ventura restant, fidei cedente magistro
 Sacrata: sed non damnum mihi patrius ullum
 Passus amor cœli (spero) pietate superna
 Romana fidei. magnus nam Rector olympi
 Sperantes in se patrio solatur amore.
 Iam mora nulla meo restat, fidissime diuumi
 Germano; quem sancta fides mihi iunxit Iesu.
 Ingentes addemus operes, addemus & arma,
 Et socias naues, & que per carula veltis
 Exposcit fraternus amor: nam iussa supernis
 Sunt meliora mihi patris, quam flamina vite.
 At tu virginæ mater suprema pudoris
 Gloria, subsidijs mæstæ cœlestibus adsis;

Nam tu sola mihi spes es frassissima vita,
 Laurenaq; mea: miseris neu defice rebus.
 Talibus orauit diētis; lacrymisq; profusa
 At carum conuersa ducem maētissima praestis
 Absenti satur. quisnam solabitur inde
 Ingentes animi, frater carissime, curas?
 Quis diētis arcana sacris sublimia pandet
 Aetherea fidei; diuinaq; iussa docebit?
 Ergone discedis; nec tecum ducis in oras
 Felices latium maestas, germane, sorores?
 Nec genitricis amor, sponsa nec virginis ulla
 Cura premit; forsā materni oblitus amoris,
 Cimmerijs miseras decedens proyicis umbris
 Nunquid in Austriadum talis sententia diuē
 Pectore? decedisne libens à limine nostro?
 Et poteris? lacrymisne petes non fusus amaris
 Ausoniam classim digressu maētus acerbo?
 Vt te magnanimo non est praestantior alter
 Pectore, nec dextra, toto nec pulchrior orbe;
 Sic pietate magis, veroq; insignis amore
 Te (reor) unanimes erga, germane, sorores.
 Nō tamē, d' Princeps surgentes demoror curas;
 Nec tua momento ventis nego vela secundis.
 Non ea vis animo; non id regnator olympi
 Admonuit; nec sancta fides hunc passa furorē.
 I felix; tecumq; feras quascunq; per oras
 Hanc animam, sponsaq; tua, cōplexus amore
 Prateruo: iunctis animis te nanq; sequentue
 Corpore si saltim nequeunt, & amore fruētis.
 Hoc vnum, Princeps, oro, meminisse sororum;

Qua tecunq; vocant terra; regnisq; beatis
 Inferat unanimes; quos hic paternus, & ingēs.
 Iunxit amor Christi: longū nec separet unquā
 Tempus edax rerum, fama; inuisa senectus.
 Hæc inter, subjît vultu laurena sereno,
 Virginis ætheræ promissis lata supernis;
 Diuorumq; refert claris oracula fatis.
 Vix mihi, mater, ait, caderēt dum sydera pōte
 Vltima Carteio, clauderat lumina somnus;
 Cū Regina sacro descendens mater olympo
 Astitit, eximio faciem splendore corusca;
 Admonuitq; Ducis cursum, celeremq; recessū;
 Dilecti ni fata velim sauisima sponsi;
 Comburiq; simul flammis coniuncta paternis
 Corpora nostra rogo post tot ludibria turba.
 Mors mihi complexæ carum dulcissima sponsū;
 Attamen immeritum foret intolerabile funus
 Principis Austriada, quamuis hac morte beata
 Felices ambo, sancto fruere amore.
 Dīs aliter visum: placido dum gurgite cursū
 Festinare iubent: sed erit mihi frater, & vnus
 Sponsus ubiq; tamen, vita iucundior ipsa;
 Quam cursu defert trāquilla per aquora secū.
 His oculis nunquid possem lacrymabile funus
 Cernere, vel niueo candentia lacte cremari
 Mēbra feris corā, coniux dulcissime flammis?
 An densas inter non te complexa pbalanges
 Infelix insacta rogo comburerer vnō?
 Num sine me facies, qua non iucundior orbe
 Altera, num diuina nigras hæc irret imago

In cineres? num te viuet Laurena peremptor?
 Germanam spernes comitem, solamq; laborum
 Consortem forsan? germanæ gaudia vitas?
 Vnanimis ferat vna dies felicibus oris;
 Quos fraternus amor sacro coniunxit olympo.
 Sic effata, genas lacrymis madefecit obortis.
 Prostriquitur genitam fletu sultana dolentem;
 Virgineiq; animi curas solatur acerbas
 Diuorum monitis, sponsiq; insignis amore
 Syncero. nec te superi, nec diua relinquet
 Virgo potens cæli tanto sub cardine rerum
 Nunc, ait, ò dudum vita iucundior ipsa
 Nata mihi. confide pijs ò filia diuis.
 Eripient duris (spero) pia numina fatis
 Sperantem, tantum mentis solata dolorem.
 Nec te magnanimus cedens oblitus ubiq;
 Deferet Austriades: sed erit castissimus vnus
 Sponsus ubiq; tibi, casto complexus amore:
 Austriadum sic fida manet mens inclyta diuū:
 Id ter felicem solum te nomine dicet.
 Tempus erit forsan; placida cùm pace fruemur;
 Et mars infelix odijs, & cade quiescet:
 Tunc erit optatas thalami fas poscere tædas
 Auspicibus superis, & virgine matre secunda.
 Desine nunc iustis tamen his marere querelis,
 Filia: nam spondet curis Deus omine finem
 Sydereo, sponsiq; tui caelestis amore:
 Qui te supremis etiam (confide) periculis
 Bruet auxilio: tantum mens firma supernis
 Subsidijs maneat; nomenq; vocetur amantis.

Iucundum Christi æuoto crebrius ore.

Vix ea; cū vultu placido subit Austrius heros,

Ingentem patria superans virtute dolorem.

Latitiamq; oculis simulans, vultuq; sereno

Alloquitur paucis ambas. ò gloria i bracum,

Othomanumq; decus, sacrisq; luentibus undis

O noua progenies, cælo gratissima summo;

Quod votis optastis, ait, cælestibus olim;

En pater ex alto summus concedit olympo;

Cum dilecta Crucis surgant insignia fancta.

Mentibus optatum fidei spondentia cælum.

Afflictis ergò iam nunc intendere rebus

Supplicibus votis alacres, animisq; serenis

Pro Christo, sponsiq; assuescite dulcis alumna

Aeterni monstrata sequi vestigia factis,

Tranquilla tantum tolerantés mente dolorem.

Is superis equidem nobis felicia regnis

Premia persoluet, vera solatia vite.

Quandoquidem sacro felicem seruat olympo

Omnipotens genitor vitam, famulisq; beatis

Aeterni sine fine sui solatia regni;

Quæ labor & sudor pariunt, fusiq; cruores,

Contemptusq; orbis, proprijq; abiecta voltitas

Pectoris, illataq; cruce, & dulcia iussa

Aeterni seruata patris; tam quidquid acerbum

Pro Christo patimur dilecto & numine sãcto;

Qui nostris largus minimis ingentia gestis

Premia persoluet cæli super astra beatis;

Quin sua (proh pietas) in nobis dona coronat.

Itircò leuibus non bis intendere rebus.

Praecipit, at calum sancta virtute mereri,
 Et nostri monstrata sequi vestigia Christi:
 Nanq; brevis mundo fragili quactiq; voluptas,
 Ipsaq; pœna brevis pariter: nec in orbe maligno
 Hoc quicquam firmum, ne mens humana puta-
 Delicias misero aternas consistere mundo. (res
 Sic ergo famulis aeternae gaudia vita
 Cuncta suis seruat genitor felicia calo
 Non terris, nisi parua pie solatia menti.
 At qui crudeles Erebi pallentis ad ignes
 Trudentur diro scelerata crimine vita,
 Exiguus mundo pariter dat premia rebus
 Pro recto. sic cuiq; suum sub morte solutum
 At vos felices nimium lustralibus undis,
 Aeterniq; amba sancto genitoris amore,
 Eximij cali regnis intendite mentem,
 Complexae summi vestigia sancta magistri,
 Contemptis mundi rebus, vanoq; furore.
 Non terris estis proles electa, sed altis
 Aeternum regnis felicem degere vitam.
 O salix, quicumq; graues pro nomine Christi
 His patitur terris tranquilla mente labores:
 Iucundus capiet caelestis premia vita.
 Hac meminisse decet semper; dū vita manebit.
 Dum pater aternus, cui parent omnia nutu,
 Indulsi Regina tuis consistere regnis;
 Ista monebamus: superum simul omine dextro
 Viximus amplexi fraterno pectus amore.
 Nunc autē celerem summo deus aethere cursū
 Praecipitare iubet; Graiasq; relinquere sedes.

Te, quocunque petam iussis cœlestibus actus;
 Mente feram memori semper cū virgine, mater,
 Laurena: nec vos casus peruersus amore
 Fraternali, nec mors animo sauisissima nostro
 Aufere; has tristis seruat dum spiritus artus.
 Testor utrunq; caput, fratris, cariq; parentis;
 Inuictus, Regina, tuo de limine cedo,
 Dilectas tantum referens in corde sorores.
 Interea diuum pietas, quæ talia curat,
 Eximij, Sultana, tuis, & debita nostra
 Laurena celo persoluat premia gestis.
 Talia dicentem lacrymis Sultana profusis,
 Ac mæstos deiecta oculos Laurena tuentur,
 Mollia transfixa supremo corda dolore.
 Tunc sic alloquitur dictis Regina benignis.
 Pollicitis equidem felicem ducere vitam
 Aethereis, iussisq; reor rutilantis olympi;
 Sincera postquam menti lux alma refulsit.
 Nec mihi mortalis, mundi nec quarere regna
 Letitia cumulo, caliq; videbar amore.
 Iam toties me me fœlicem nomine duxi,
 Laurenamq; fide sancta. nec vana fefellit
 Spes animi: cūctis equidē mihi numina captis
 Dilecti spero Christi presentia vita;
 Qui nostra solus confert solatia menti.
 Te tamen (id fateor) diuum si fata tulissent,
 Optabam generum, fidei, viteq; magistrum:
 Te, siquidem genero, nec me fœlicior unquam
 Altera, nec mundo laurena latior ulla.
 Sed superis aliter visum. nihil abnuo iussis

Aetbereis: animoq; sequar fidissima magno
 Aeterni mandata Patris: nam dulcis Iesus
 Solus adest princeps; & nos paremus ocentes:
 Hoc decus, hic supremus bonus, & gloria nobis.
 Nec paruus dolor, aut tenues immense labores
 Praemia post mortem caelesti sede merentur.
 Discissu quanquam supremo, nate, dolentem
 Hanc animam tecum tollis; mihi dulcis Iesus
 Hoc tamen exanimi remanebit corpore vita:
 Cuncta libens eius siquidem cōplector amore;
 Nec mortē horresco, ferrū. s. āma s; q; vel vndas:
 Dilecti tantum Christi fruar ore benigno.
 Nunc Crucis incipio cara vestigia sanctae
 Inceptis optata sequi: nunc dulcis alumna
 Aduersis adero Christi, mi nate, periclis.
 Haec sunt magnanimi sponsis carissima Regis
 Munera dilectis aeterna pignora vite.
 Nūc mihi notus amor Christi: nūc aurea calis
 Spes mihi firmatur; nomenq; inscribitur astris;
 Et summi pietate patris via certa salutis
 Panditur; & gremio recipit Crux alma supno
 Culminis, bis nullam miseris spē ponere rebus.
 Ista memor capiam tanti solatia casus;
 O princeps; ubi luce patris lustrata superni,
 Nulla diu misero consistere gaudia mundo;
 Perspexi, cacaq; hominum caligine mentes
 Inuolui; Stygiaq; trahi dulcedine letho.
 At nobis adert (spero) sperantibus unum
 Solamen Christus rerum voluentibus vndis
 Iantarum; sanctoq; dabit munimine finem.

I tamen interea felix florentibus oris
 Ausonia pulchra felici sydere ductus ;
 Et quocunq; vocant dextro pia numina v̄to ;
 Tende memor nostri. diuorum testor. amorē ;
 Quo te cūq; feres adero; velut umbra magistrū
 Mense sequar: nec sors tanto seiunget amore
 Vlla tuo, nec mors, germane, nec auferet etas.
 Sic ait: & fletu iunxit suprema profuso.
 At virgo lacrymis oculos suffusa nitentes,
 Austriadaeq; sui digressu pallida mæsto,
 Crebraq; deducens tristi suspiria corde,
 Spargebat varijs formosa coloribus ora.
 Hanc tandem mæsto dirupit pectore vocem.
 Egonē supremis poteris, dulcissime rerum,
 Afflictas rebus, versisq; relinquere fatis?
 Mente simul cedes, castiq; oblitus amoris
 Germana? poterisne tua virtutis alumnas,
 Dotalesq; tuos animo sic linquere Graios
 Cum misera sponsa? tua sum, dulcissime cōiuc,
 Aeternumq; immota tibi tua sponsa manebo.
 Dura sylex animo, cautes marpesia nostro,
 Inuictusq; adamas, & siquid durius istis,
 Cedat; quin tēpus, quin mors quacūq; sinistris
 Casibus inuictam tentabit vertere mentem
 Irrita: nanq; prius pascentur in aethere cerui;
 Cūq; lupis agna; canibusq; ad pocula dame
 Conuenient; aquilasq; fugabunt rupe columba;
 Sydera syderibus, mentisq; cacumina monti
 Concurrent; & versa retrò fluet unda relabēs;
 Astra petet pontus; cōburet & equora Phabus:

Quam

Quam verset retrò nostra sententia menti;
 Momentoq; tua casto de pectore fida
 Germana cedat diuini gratia vultus,
 Aut fraternus amor medicataq; necesse verba.
 Non tamen insano sum te complexa furore,
 O Princeps; vitaq; mihi iucundior ipsa;
 Nec fada luxu veneris, nec frontis amore
 Diuina, sed delieijs, & pectoris almi
 Precipue patris toto virtutibus orbe
 Insignem: virtus etenim spectanda mariti,
 Non facies: quanquã formosus imagine sacra
 Dilectum veneris superas, & flebilis Ecbus,
 Es quẽ subripuit pedibus Iouis armiger uncis.
 Nec Cypris infelix, nec ego Peneia virgo,
 Nec subterlabens oris egressa sicanis:
 Sed veluti Clities, animo fidissima casto
 Te sequar, ac mestis domibus noctemq; diemq;
 Emoriar viuens; caro velut altera dono
 Tessalis optatas umbras complexa mariti.
 Nec tu Graiorum posses (ni fallor) amicis
 Immemor esse locis; nec spes illudit inanis:
 Alcesti quoniam nec ego faustiq; sepulchri
 Authori, non Euadna, nec amore secunda
 Panthea, nec Romana. Cresceq; manerem.
 Quin, Mitridateas ferro velut illa corusco
 Quæ comitata vias, cunctis accincta periculis,
 Prosequerer, dextrãq; armis instructa supbis
 Te bello, Princeps; superi quocunq; vocarent,
 Aduersoq; mea telo te morte tuerer;
 Occideramq; tuo nimium præ lumine scelix;

Spiraremq; animam letam tua forsitan inter
 Brachia; supremumq; vale tibi ferre, liceret.
 Sic lacrymis madefacta tuis tamterq; quaterq;
 Talia dixissem fœlicia funera nobis.
 Sed iussis superum sanctis, magniq; parentis
 Imperijs immane nefas obfistere claris
 Esse, reor; placitisq; moras innectere cœli.
 Nec tamē Hyppolite, nec me Meægria virgo,
 Nec duplici duce te melior Zenobea telo,
 Famineæue foret proles mauortia turba.
 At quoniam superis cursat sententia retrò;
 Imperijsq; libens anima sanctissima claris
 Iussa sequor patris; totum qui numine cōplet;
 Corpore si nequeo, tota noctemq; diemq;
 Mente sequar spōsum; nec casto accellar amore
 Memento; clausoq; etiam te lumine somnus
 Inferet, afflictæ longè solatia menti.
 Vnica: nāq; mibi tu primus, & ultimus ardor,
 Et supremus eris, Princeps. nec tædet amor is
 Pracipui; tecumq; habens; seruesq; rogabo
 Hoc unum; nam me fœlicem hoc efficit unum.
 Oro per qui te talem genuere parentes;
 Sentiât hoc lacrymis coniux potuisse profusis;
 Quod solum merentis erit solatia vitæ:
 Dum terris sine te viuet mœstissima coniux:
 Hæc si vita foret, non mors, dicenda relicta.

Finis Lib. decimæ. quar.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

BCHINADV MNAV MACHIAE

Liber Decimus quintus.

ARGVMENTVM.

Demulcet mæstis veras, tum pectora Graium,
Ac Teucrum. Dux Ausriades; Graijsq; recedit:
Incertisq; dolet visis; martemq; potentem
Instruit. Ascanius martem, numenq; reposcit
Ausriades. Marcellus adest; trax arma suadet.

TAlibus illacrymās digressu pallida sponsi,
Diriguit, collo recubans collapsa parētis
Effusa lacrymis: quam dictis Ausrius heros
Prosequitur paucis. non hoc, dulcissima cōiūx,
Ausriadum sincera fides, nec dextera crimen
Permittit; turpemq; infido ducere vitam
Pectore: sola mihi (Diuum pia numina testor)
Sponsa manes, eademq; soror gratissima sēper.
At si fata deum paterentur degere vitam
Sponte mea; nunquā felicia rura Methones
Desererem: sed magna iubent portenta deorum
Precipitare gradum, sociamq; reuisere clāpem.
Attamen ipse tuo caraq; parentis amore
Eximio vitam fateor; semperq; fatebor
Muneris esse tui; tristis dum spiritus aura
Vescitur ætherea, totam spondemus eandem

Seruitijs, iussisq; tuis, & matris Arista .
Vnica qua misera mecum solatia vite ,
Qua tecū magis hic remanet , comitatur cūte;
Quò me eunq; vocant terra sic dixit, obortis
Effusus lacrymis: maesta solatia sponsa
Que restant, magnum testata Regis amorem .
Talibus inter se dictis suprema trahabant
Tēpora maestitia lacrymis; cursumq; parabant;
Ingentesq; addebat opes Sultana triremi(rum .
Austriadae, suprema manus monumēta dura-
Addit Achemenio missas è tygride gemmas ;
Othomanam peteret supplex cū Persia pacem ;
Quicquid ausus Mauro retulit, vel Perside vix
Armeniusq; dedit trepidus, seu Lydia diues (tas .
Aut Meroe, diuesq; Canopus, & ora Geloni .
Interea patrio moliri littore classem
Hesperiam norunt subito munimine Grayi .
Conueniunt omnes perculsi pectora casu,
Cinctūq; Ducē, lacrymisq; ita fatur obor-
Qua miseros fortuna tuos saeuissima Graios (tis .
Insequitur rerum versis, Dux inclyte, fatis ?
Scilicet hoc vnum deerat solamen acerbis
Argolicum flammis ; ut te post optima gesta ,
Et pietatis opus crudeli sorte viderent
Expulsum patria, sauisq; recedere ventis .
Quid genus Austriadū, Patres, qd gloria felix
Quid pietas, qd fida domus, qbus obstitit iquā
Immerito generosa manus? neu sperne Pelasgos
O Princeps; neu cede malis; audentior insta :
Asumus auxilijs, animisq; opibusq; volentes :

Et magnum coram proprio testamur amore
 Sanguine: sacra fauet iustis his numina captis,
 Neu dubita: sumus in ferrum, morteq; parati
 Vnanimas pro Rege pio, pro principe nostro
 Austriade: tantum iustis Rex annue votis.
 Sin autem nostri visum decedere terris,
 Idq; iubent superi, miserosq; relinquere Graios:
 Nos saltem comites addas, sociosq; laborum,
 Oramus, rebusq; omnes, animisq; parati)
 Numina testamur) perges quocunq; sequemur,
 Et fatis vitam lati iungemus ysdem.
 Vna domas cunctis; iunctos mors auferet vna.
 Nulla salus miseris sine te, Dux optime, Graijs
 Restat. cur miseros fatis extrema gementes,
 Deferis Argolicos, o spes fidissima nostri,
 Cradeliq; tuos famulos sic proycis hosti?
 Ductecum, quocunq; petis; pariterq; volentes
 Accipe nos famulos: vitã spondemus, & arma,
 De iunctosq; animos: certũ sint pignus amoris
 Aeterni; maneant cari monumenta fideles
 Regis apud Graios. forsan vacat hoste maligno
 Montibus Europa regio circumdata magnis,
 Oceaniq; undis, seu nostro cincta profundo
 Huc tendamus iter: plaecidas dāt numina sedes
 Forfan ibi: valido cingentur mania vallo;
 Itcũdoq; tuo dicatur nomine tellus
 Tunc caris aderit pariter fidissima coniux
 Imperijs Laurena tuis: auriq; talenta,
 Gemmatumq; adiunget opes latissima mater,
 Sic pulchra duces felicem coniuge vitam:

Sin autem maus ripis decedere nostris ;
 Arcadiosq; tuos linquis ; cape munera saltim ;
 Argolicas iungemus opes, auriq; talento ;
 Ad demusq; rates ; validisq; aptabimus armis ;
 Austriadae qua cuncta pium testentur amore .
 Talia cum gemitu tristes , lacrymisq; profusis
 Arcadia proceres , & cetera turba virorum
 Orabant Regem : paucis quas martius heros
 Prosequitur, dictisq; simul, monitisq; deorum
 Discessum excusans. equidem nil tale verebar
 De vobis, inquit, Patres ; mihi cognitus ardor
 Et Graium paternus amor : dignasq; benignis
 Est animus saltem gestis persolvere grates .
 At diuum genitor, nutu qui sydera torquet,
 Premia persoluat : memores referemus vbiq;
 Nos semper ; seroq; etiam narrabimus auo,
 Et feret ad nostros aeternum fama nepotes .
 Interea iussis fas est parere supernis ;
 Servatamq; fidem clavis ostendere factis ;
 Austriadumq; mea nomen non temnere gestis .
 Vos tamen hic pacem patres laudate sedentes ,
 Illasamq; fidem sanctis ostendite gestis
 Pectore sincero ; mentemq; inferte supernis .
 Munera vestra tamē socios, nec spernimus ar-
 Nec fidos animos, & quē spōdetis amorē : (ma,
 Sed non his opibus, Patres , nec tempus amicis
 Hoc eget auxilijs, sancto sed numine diuum ;
 Et vobis, socij, precibusq; fauete bitatis,
 Quocirca patrie rebus iam ritē paratis ,
 Optata Patres tranquilli pace quiescant,
 Servabitq;

*Seruabitq; memor nostri Sultana periclis .
 Siqua tamen socios vnquam fortuna vocarit;
 Argolicos Patres comites, sociosq; laborum
 Vnanimos, & opes, & res addeamus amicas .
 Dixit; & amplexu cunctos solatur anhelos .
 Tunc velut immixtis arderent mania flammis;
 Aut pradam tectis raptaret Barbarus hostis,
 Arcadia gemitus gentis, lacrymaq; decore
 Imbra fluunt largo: tūdunt & pectora palmis
 Innupta, castaq; nurus, & cetera turba.
 Solamen, patremq; vocant; iustumq; fatentes
 Suspirant patria, libertatemq; suorum .
 Interea placidi refluebant marmora ponti,
 Mistis ut in morem stagni; ventiq; secundi
 Vela vocant; stratūq; iubent discurrere pōtū.
 Cū fidus vocat ingentem Requesenius heros
 Austris adē; tacitamq; breuis sic fatur ad aurē.
 Aequate spirant aura; vocat curas in altum
 Soluere Graui genum ripis: sine remige letam
 Ipsa ferunt nauem tranquillis equora ventis;
 Te cedens ergo praesentibus eripe fatis .
 Num tentare mora quaris pia numina diuū?
 Tene feris famulosq; tuos his sponte periclis
 Obiectas? vitamne inuiso proycis hosti?
 Quin commissa tuis Romana potentia viris,
 Et alassis concessus apex, & credita fratris
 Regia Maiestas, & opes, & gloria gentis
 Chrsiigena, patrumq; insignis fama tuorum;
 Tuq; Methonaeis frustra teris otia ripis.
 Expectant socij Regem, lugentq; triremes*

*Aufonia; miſſantq; duces abſente ſupreme
 Principe. quid graijs ſi ſeirent grata tenentem
 Otia liminibus? quid, ſi, vel amore retentum
 Coiugis, aut ſuſtra Graiũ noua regna petēt?
 Abrumpent ſubito pacem; tum ſœdere laſo
 Quiſq; dolēs proprias etiam remearet aſoras.
 Quis tibi tunc ſenſus? factò quam ſacula famã
 Seruarent, nomenq; tuũ? num fabula magnã
 Gentis erit mundò nomen florentis Ibera,
 Auſtriadiſq; tuã tales virtute paterna
 Primitiã talisne Pater? num tale triumphis
 Auſtriadum claris debetur nomen auitis?
 Aeternumne decus maculas uxorius vno
 Crimine? ſpes magna quenã fidiffima Roma.
 Auſtriade gremijs effato principe reſtat
 Coniugis Othomãniãiuuenis pulcherrimus oſ
 Delicijs nunquid teneros exegeriſ annos?
 Num toto vitam deges in glorijs orbe;
 Qui potes aeternis noſci ſuper aſtra triumphis?
 Haud talem ſperat patriã virtutis alumnus
 Auſtriadum decus, aut hispanã gloria gentis;
 Fratris honor nunquid talis? nũ frõte ſerena
 Aſpiciet ſacra præſtans virtute Philippus
 Uxoris gremio torpentem, aut fraude reſtitã
 Argolica, & tandem redeuntem nomine fado?
 Quid ſtruis? aut qua ſpe ſeni teris hoſtis in vr
 Otia? num talis patrijs egreſſus ab oris (bo
 Inſenſis bucuſq; vetabant æquora ventis
 Soluere; ſed placido quid nũc dare lintea pōto?
 Rumpere moras; mentemq; altis aſtolle triumphis.*

Et dignum claris patrum te redde trophæis;
 Fata vocant magnis dextram latissima rebus.
 Sic ait, at contra placido sic pectore paucis
 Excipit Austriades, in me iam libera cursus
 Cura, Pater: nec me regnū, nec detinet vxor
 His terris, sed vera fides narranda recenti
 Cælorum soboli: catenam sola salatis
 Sollicitat iussis superum me cura sororum.
 Regna petant alij; iussis ego fidus olympi,
 Virtutem reor imperium, nomenq; parentum.
 Sic dixit; sociosq; adiit festinus in aulam.
 Mox sic Sultanam curis, victamq; dolore
 Incipit affari; curasq; his demere dictis.
 Si mora longa iuuat cursu?, carissima mater,
 Si sperata leuat presentia nostra dolorem
 Paulisper; gemitus, fletusq; doloribus auget.
 Da veniam lacrymis, oro, pacemq; dolori:
 Imperijs urgent cursum sacra numina claris.
 Da mater miserata viam; da cedere Graijs
 Marentem genitum, celi pia numina testor;
 Ex oculis care nunquam genitricis imago
 Excidet; unanimisq; meo de pectore romæ:
 Quin fato, casuq; omnes pendemus ab uno.
 Interea sanctum fidei communis amorem
 Pectoribus, seruate pÿs. sic dixit; & una
 Marentem paruo madefecit flumine vultum.
 Tunc cõplexa duæ lacrymis Sultana profusis,
 Haud flatu, mi nate, meo diuertere cursum
 Est animus; tantisq; moras innectere cepit
 Classis, ast; nec enim surgentes demoror euros,

Sed magis hæc animã; tecũ quã pectore tollis.
 Digrediens; tecumq; feras, dux inclyte, letor.
 I felix; quocunq; vocant pia fata secundis
 Incaptis; caliq; acies comitentur, & æther;
 Ingentemq; vebat fama super æthera Mauors;
 Felicemq; senem summo Deus, addat olympo.
 Accipe dona prius manuũ monumenta mearũ
 Laurenaq; tuæ, contextas micrice vestes,
 Discretasq; auro, gemmisq; ardentibus indis;
 Auspiciũ qua sint foelicia pignora cari;
 Maternumq; tibi nostrum testentur amorem.
 Dat tibi præterea coniux maestissima paruum
 Consertum gemmis circumseptamq; monile
 Tuis opibus supremi in pignus amoris,
 Harentemq; animam connexam nexibus istis.
 Sic ait, at dignas persoluens munere grates,
 Dona capit Dux Austriades, colloq; monile
 Circumdat subito supremi in pignus amoris
 Coniugis, infausti; simul solatia casus.
 Rursus & amplexu maestas solatus amico,
 Laurenaq; vale referens è corde supremam,
 Ad naueũ tendebat iter; pariterq; ferabunt
 Desertas animas animo maestissimus acris.
 Harebat lateri tristis granæuus Alander,
 Multo duci memorã, fletu cùm cætera turba
 Ingenti tollit maestam per mania vocem;
 Famineisq; utulant tamentis compita magnis;
 Qua magis incédunt miserã clamoribus urbẽ;
 Sultanaq; animo turas, & virginis augent
 Ingentes: qua cuncta videns mitissimus heros,
 Demisit

Demisit lacrymas, tanto percussus amore;
 Et gressum fletu, dictisq; excusat olympi.
 Iamq; propinquabant pelago; lectusq; tenebāt;
 Cūm sanctas iedēs supplex ad sidera palmas,
 Exorat pacem superos mauortius heros
 Cernaus, & nomen presertim virginis alme.
 Vos superi, quorum pietas mortalibus agris
 Semper adest, inquit (si iusto exposcimus ore)
 Este duces; ventisq; optatum tangere portum,
 His votis prestare pijs, oramus; & ipsos
 Argolicos patres cunctis seruate periclis
 Incolnmes, dulcemq; pia cum virgine matrem
 Sultanam. sed tu genitrix sanctissima virgo
 Adsis, augurisq; sacris pia numina firma.
 Hoc iter emensus duce te, tua iussa secutus
 Intraui vectus sauis hęc lectora ventis.
 In te spes vita: natus dabit omnia votis,
 Alma, tuis: factiq; litabunt vota nepotes.
 Et vos, o proceres, placida requiescite mente.
 Sic dixit; subitoq; propinquā a seendit in alnū
 Cum socijs; ventisq; iubens dare vela fictūdis.
 Sapius hospitium maestus respexit amicum.
 Iamq; procul dextra primo sub limine solis
 Insula prima retrō longē, strophadesq; recedūt
 Paulatim; penitusq; fugit spirantibus euris
 Arcadia pontus, lucisq; decora lacynthus,
 Neritiaq; samiq; ore, tum sanguine fuso
 Terribiles olim crudelis Apollinis ara,
 Notaq; Romulidum prestantibus Aetia gestit
 Littora; Chaoniaq; apparent limina tandem.

Cum croceis inuectæ rotis aurora rubebat.
 Est in conspectu tuto notissima portus
 Insula Chaonia, quondam Phœacia dicta,
 Sed nunc Corcyram cuncti dixerunt minores.
 Portus ab angusto latè tutissimus ore
 Rupibus efficitur magnis, innoxius austro.
 Arx manet à dextra longo munimine tuta,
 Tormentiq; trucis nullo superanda furore;
 Cinctæ suis seruat quæ manibus ostia portus:
 Fertilis hinc pulchris respondet Iapigis aruis.
 Huc Rex Austriades, primis cū Phæbus Apol-
 Lustrabat radijs terras, aduertit; & ecce (lo
 Ut notam proceres procul aspexere carinam,
 Plausibus occurrunt lætis, mauortius hero
 Venerius, validisq; Coltænius inclytus armis,
 Romulidumq; decus claris Farnesius ausis.
 Illustresq; duces alij, quos cætera turba
 Certatim sequitur: resonant stridoribus undæ
 Remorum; lætusq; ferit vaga sydera clamor
 Nauticus; ac placidi dissiulant undiq; ponti
 Lætitiæ, plausuq; læues, & carmine tonsæ.
 Tūc vox hæc vitreis fertur cōmunis in undis:
 Venisti tandem, dudum, Dux inclyte, classi
 Expectate tuæ, nigris qui creditus umbris;
 O soboles patris inuicti pulcherrima martis,
 Sis felix; nostrumq; læues quemcunq; laborẽ.
 O quantum nobis intorsit viscera maris;
 Tenaria ne sua dolis tibi regna nocerent.
 Tū bonus Austriades puppi stans selsus ab alta,
 Excepit contra paucis, quem quaritis, adsum

*Vester Iohannes, Graijs creptus ab oris
 Auxilio superũ, & vestris, gens incluta, votis.
 Sic ait: insequitur rursus super aethera clamor
 Latitia; magnisq; ingens tonat ietibus aether;
 Aerea quos mittunt vasto tormenta fragore.
 Olli latitiam prima tellure potiti
 Instaurant dictis ingentem Regis amore;
 Amplexusq; petunt, tanti solatia fletus.
 Adriaciq; duces mirantes Nestora puppe
 Hesperia vectum, sortem miserantur acerbam
 Idaliae gentis, latium, Cypriq; ruinam.
 Plurima sed tandem vario sermone ferentes
 Inter se, seuis ponti quem casibus actum
 Implicuere diu magnorum iussa deorum,
 Buentum, sanctamq; fidem, moresq; benignos
 Sultana, pulchraq; satq; gentisq; Methones
 Romulidas erga magnum pietatis amorem,
 Reginaq; animũ praeferim, & virginis almae;
 Ac magnis portenta deum clarissima iussis,
 Supplicibus votis diuum delubra patebant
 Pro reditu; dignasq; aris persolvere gratas.
 Cum pius Austriae des stãmis populata nefãdis
 Mania Ibraicis, simul & venerabile diuum
 Delubrum deformis videt (lacrymabile visu)
 Ora, manusq; ambas, lacerataq; tempora ferro
 Bistonio superis, effossaq; lumina vultu,
 Lugentemq; ferè lacera sub imagine matrem
 Christigenum, flexaq; satum ceruicis dolentẽ.
 Hoc casu subito Rex indignatus acerba,
 Effusus lacrymis de steno poplito supplex.*

Ad cœlum cum voce manus, oculosq; tetendit.
 Omnipotens genitor (tristi sic incipit ore)
 Quom tua sit pietas in nos immensa; resulget
 His actis, tanti subito non eriminis ultrix.
 Sed nos hac vindicta vocat; facinusq; nefandū
 Sollicitat dextram ferro, lacrymaq; decora
 Virginis intacta. dextra tu missile libra
 Hac ferrū, genitrix iustissima criminis ultrix
 Incauti, sumens scelerato à sanguine pœnas.
 Aut etenim cladis cupid seussimus ultor
 Incastra duce te ponto prostrernere Teucros;
 Aut pro te liceat iusto procumbere bello.
 Haud sufferre nefas mens hoc, mi dulcis lesus,
 Possit, & incolumem dudum producere vitā.
 Adsis; auxilioq; iuua tua iussa secutos,
 Alma parens; captisq; pijs pia numina firma.
 Talia fundebat lacrimans; largumq; ciebat
 Omnes in fletum, fragmentis oscula figens
 Supplicitor pius Austriades, lacerisq; figuris.
 Et iam letitia plausu, latoq; regressu
 Principis Austriada bis sol effulserat orbis,
 Cùm placidum surgēs à puppi ventus in altū
 Vela vocat; boreaq; implentur carbasa leni.
 Tum bonus Austriades vêtis dare vela secūdis
 Imperat; Actolasq; illabi classibus oras.
 Continuo parent dictis, ac iussa facecunt
 Hispanæ, latieq; rates, & cœtera turba,
 Chaurisq; plenis lustrantes aquora velis.
 Iam tandem procul Actolæ notissima ripa
 Rura vident ponto; cū sol penetrarat in arces

Aethereas, quatiens aurato lumina curru.
 Labitur interea ventis deducta secundis
 Classis; & in portum vicina tendit Elae.
 Iamq; ferè medio voluuntur sydera lapsu;
 Stellatumq; humero torquebat calise axem;
 Cùm classis missus graias speculator in oras
 Sythonia medijs Andradas venit in umbris
 Hesperio Regi longo res ordine pandens.
 Bis senas, quã se medio memorosa Iacynthus
 Attollit ponto, Thracum vidisse carinas,
 Narrat; & Aetolas aliam prætereers ripas
 Ingentem numero classem, belloq; superbam.
 Continuo naues bacchatur fama per unnes,
 Adventare Phryges. Aetola à sede profectas,
 Ingentiq; animos alacres impleuit oborta
 Læticia; validisq; ardent concurrere dextris.
 Extemplo iubet Austriades ad tota senatum.
 Acciri, folio celsus cui satur ab alto.
 Magnanimi proceres, bello maurotia proles,
 Christiadam decus, & nostri iam gloria facti.
 Vos unimis quando mecum cõcordibus omnes
 Postitis Othomanos, caelesti numine fracti;
 Iã simul omnis abest animo; iã prima superbo
 Meta furoris adest Thraci: vos arma parate
 Ingentes animis; & spe succingite bello:
 Vestra manet tanta, sorij, victoria pugnae;
 Vos tantum dextris diuum confidite fati.
 Ne tamè ignaros quicquam, cùm prælia fieris
 Annuerint superi, tardes; vel Marte pbalæges
 Confuso, varioq; entorquent ordine naues.

Are fruunt classem; recto tum Marte triremes
 Disponunt proceres; mediam insipientibus alis
 Regalem puppim: magnarum machina tantis
 Sex turrata ratum longè precedat; & omnes
 Instrueta bello succedant ordine terro.
 Subsidio tantum maneat vicinus amico
 Alvarus; auxilio si quò fortuna vocaret.
 Hoc iter in Ibraces nobis, classetq; superbam.
 Vos tamen ò saeuo fulgentia pectora bello,
 Ductores iuuenum, tantis accingite captis,
 Instruetaq; acies bello; ceu pugna vocaret;
 Vt recto fortes obeant ex ordine pugnas;
 Dilectiq; ferant iucundum nomen Iesu.
 Pectore deuoto; dextra, latoq; tremendum
 Ore vocent omni semper certamine victrices.
 Hoc nomen, focij, nobis nam sufficit unum
 Ad palmam; Græca quondam testatur in Alba
 Inuisito toties repetito hoc nomine parta
 Cordigeri magni sacris victoria votis.
 Talibus accensi dictis, certamina poscunt
 Unanimes; captisq; inbiant ingentibus acris.
 Tum bonus Ascanius placido sic excipit ore
 Optime Betigenù, & nostra Dux inclyte clas-
 lauictiq; tui proles ò digna parentis, (sit
 Quà patris aeterni mōstrat mādāta, sequamur
 Inuictis animis: q̄s enim duce numine dextra
 Abuenerit captum dextra quodeunq; gerēdū
 Victores nos fata vocant: nec casibus ullis
 Effugienda manent tanta certamina pugna.
 Haud etenim magnis sūt lucra minora periculis

Ut quondam Gallis egst felicior Alba;
Et toto victor regno stetit hoste repulso.
Nec manus hostilis similis lapsura cadenti
Imminet; aut certa properat dare terga ruina;
Auditu sustentare nequit certamina martis;
Nec fatis etiam belli speratur acerbis;
Poffemus quibus Othomanum sperare ruina:
Inclytus ipse parens quondam velut ipsius armis
Hæc monumeta dedit; nō hæc sperauimus olim;
Cum patrijs simul in Teucros concessimus oris.
Nec nobis acies sunt hoc in Marte minores
Inuictis animis; captisq; ingentibus apta:
Innumera quāuis superent nos agmine plebis
Thracij; sed non numerus; nec inertia corda
Exuperant hostem bello, sed Martia Virtus.
Nec claro nostris effata in pectore vires;
Nec spe victores pugna certamina terrent.
Et nos tela manu iacimus; nec inutile ferrum
Cæsimur; aut trepida libramus missile dextra.
Turba quidam turbat certaminis inscia Martem;
Certaq; multoties alijs est causa ruina.
Sin autem (quod fata vetent) victoria pugnam
Thracibus annuerit; multo cū sanguine surget
Gloria; par etenim tempestas vnaiq; belli
Sauet; & letum genti diffundat utriq;
Sic acies validis morituri prælia dextris,
Cum spes nulla fuga maneat, nec certa salutis,
Miscebunt facij commisto sanguine Teucrum.
Et forsan bello victos alterna reuisens
In melius referet fortuna; Phrygesq; superbas

Conteret; & stratos diētis illudet amaris.
 Nec citius poterit quassatam turbine classem
 Threiciū Rētor bellis aptare superbis.
 Quam nostri Reges: nec sunt ad praelia nostra
 Effata gentes; validis quia protinus armis
 Institerint; classēq; aptant pro Marte futuro.
 Sed forsā vertent favi tot fulmina Martis
 Turpia terga fugat non hi mercantur honorē
 Sanguine diffuso socij; non funera temunt
 Pro Christo? cur indecores certamine tanto
 Aut istos bello trepidare putabimus ullo?
 Audaces bellis sancto pro nomine Patris
 Aeterni famulos vulcis num spernet Iesus?
 Quis dubitat, socij, celesti numine fratros
 Vistores semper iustis euadere captis?
 Sin autem nobis pugnae pia vota superbe (stris
 Fata dabūt; captisq; aderūt sacta numina no-
 Vt reor) auxilio subiectis ibimus Argis;
 Idaliāq; omnem validis reuocabimus armis.
 Quin etiam victo Romae reuehemus ab hoste
 Imperium; solymēq; sacras tendemus ad oras;
 Securūsq; bibit noster peregrinus arontem.
 Non tamen id fieri; Ibraeum ni classe profusa
 Fata dabūt. sed quid cohibet profcindere Teu-
 Hic flos Italiae felix, & ubera iuuentus (eros
 Incluta, magnanimiq; duces, mauorsia proles
 Christi genū; medioq; sacro dux agmine fulges
 Armipotens genuū; & magna spes altera gētis
 Austriadum, Teuerisq; vnus ferale flagellū.
 Ergo perge viam; felicitus utero fatis.

Divini bello gestis patris amulus altis.
 Ante tamen votis, & thurs calentibus aris
 Aeternum dulcis nomen veneremur Iesu,
 Dextra pijs animo poscentes numina captis
 Virginis intacta merito, precibusq; potentis;
 Horrendum cuius sancto sub nomine lati
 Aggredimur martē, Thraceq; exposcimus ar-
 Talibus unanimes succensi pectora bello (mis.
 Assensere duces dictis, & cetera pubes
 Latitia magnas tollit super aethera voces
 Audito solum ventura nomine pugna;
 Amplexuq; fouent se se. sed numina diuum
 Principio sacris templi lucentibus aris
 Suppliciter votis poscunt ingentibus omnes:
 Dilectiq; uolunt vitam pro laude pacisci
 Numinis aeterni, sanctaeq; parentis amore,
 Romanaq; fide, Graium, Cypriumq; salute.
 At pius Austriades ingenti letus oborta
 Latitia iuuenum, dictis, manitisq; supernis,
 Attollit supplex oculis ad sydera palmas;
 Inceptumq; pio superum commendat amori.
 Tu dea virginis cultos inuicta pudoris,
 Alma parens, inquit, prolis generosa superna,
 Christigenū magnos semper miserata labores,
 Dextra pio (si fas) captis ingentibus ad sis
 Auxilio; genitiq; iuues certamina nutu,
 Oramus: nam tu nostris spes unica rebus.
 At tu, cui deuota sacrant sua vota Quirites,
 Et festis operant hodie tua limina donis
 Latius, aene Pater, sacro decus addite calo,

Gloria Christigenum, nostri eq; o gentis a sylva
 Austriadum, nostræq; ingens fiducia mentis,
 Precipuo quæ Christus amans insignit honore
 Stygmatis sancto sacris in corpore fixis
 Aeterni dextra geniti, non arte magistra
 Humana, certum supremi in pignus amoris,
 Adsis, oramus per amati nomen Iesu,
 Supplicibus, Franciscæ, tuis certamine princeps
 Hoc tanto, dexterq; sacris auriga curinis.
 Iam duce te sperata venit victoria nobis:
 Omnipotens quid enim dilecto Christus amicos
 Abnuis; ingentem sus sacre infudit honorem
 Viuifica Crucis; ut transfixis imagine sacra
 Confixi clavis Christi renouaret imago
 Vulnera sanguineis mundæ redimentia riuis.
 O nimium felix beros; cui Christus amoris
 Precipui quondam proprijs insignia palmis
 Intulit; & totum te se transfudit in ipsam;
 Ac sanctæ prima decorauit imagine corpus.
 Semper honore meo, Patens, extremisq; meorū,
 Christi adumq; sacris mundo celebrare donis
 Vndiq; precipue gentis veneratus amore
 Austriadum; genitiq; tui pia munera noscent.
 Talibus orauit dictis mitissimus beros
 Hesperius; proceresq; eadē simul ore rogabant
 Magnanimi, iuuenūq; manus. tūc oīs in almitū
 Turba ducū tantis Franciscæ, & cætera pubes
 Spem ponte bellis certum duce virgine matre;
 Iugentemq; vna Franciscum voce salutant.
 Vix autem primo spargebat lumine terras

Oceani rosea perfusus lucifer unda
 Cùm genitus veteris pulcher Marcellus amici
 Graiugena plenis portus subit ostia velis;
 Austriadaq; Ducis dextrâ complexus inhaesit;
 Letitiaq; animum magna perfusus amici
 Principis harebat genibus: cum martius heros
 Amplexu petit; & dictis solatus amicis,
 Attollit; vultuq; hilari cui talia fatur.
 Venisti tandem; tantis Marcelle periculis
 Viuit iter seruatus amor? quid sede paterna
 Noster agit genitor longè dilectus Alander?
 An viuit salix? an fors infensa superbis
 Increuit iaculis? patri nam plurima tanto
 Debemus, magniq; tibi genitoris amore;
 Incolumem qui me tantis sociosq; periculis
 Eripuit, solans dictis; reducemq; remisit
 Ad sociâ dextro, Patres, duce numtine classem,
 Tu vero, Marcelle, graues, carissime, curas
 Seu sortis, pontiq; truris, quascunq; repelle:
 Noster eris; magniq; tuo iam sospite gaudens
 Accessu Patres; & erit solatia cunctis.
 Num placidam diris mentem successibus orgetis
 Fata Methonauri? vultu qua causa serano
 Maestitia surgit? nobis agere vicissim.
 Talibus Austriada dictis succensus amici
 Marcellus, mæsto contrahit excipit ore.
 Huc cari me verus amor genitoris adegit;
 Fataq; per varios casus duxore volentem
 Hactenus infausis agitata in pectora curis.
 Sed votis, precibusq; pijs Deus affuit equus,

Tranquillam tuæ de uocens equore puppim,
 Glassibus creptam Ibraeum, patriæq; ruinas
 Vix etenim visus nostræ te pontus ab arce
 Abstulerat; gremioq; suo spectabile cœlum
 Considerat; cum dixit Halys succedit ad vrhæ
 Bis senis ratibus; pelago cum Pbabus Ibero.
 Tunc primû decliuis equos properabat anhelos.
 Stabat adhuc etiam defixo lumine naum
 Prospektans Laurena tuam cum matre volât;
 Effusa lacrymis amba, tum pectore tristi
 Exanimis, vnum casus solamen amantum
 Infausti pariterq; animam cum lumine pontus
 Clauferat; & lacrymis oculos optarat amans.
 Tunc concussa rotant vasto vicina fragore
 Littona, Pandonij leto Ducis æta superbi
 Accessus redduntq; animos rumoribus æcos
 Ambabus; sauisq; parant occurrere satis
 Se lacrymis, claro simulantes lumine, magnum
 Latitiam, fletuq; pia sic manibus amba
 Occurrunt primis, sauisq; inuicta mariti
 Amplexus Regina petit; sed filia supplex
 Hæret, genibus defigens os oula palmis,
 Fletibus humectans largis, at regia coniux
 Hæret, inexplerum lacrymans; ac talia fatat.
 Venisti tandem, dudum dulcissime coniuce
 Expectato tuis: quænam mihi causa dolaris
 Coniugis absentis? nam præsci oblitus amoris
 Deseris? uxorismo præcæ & munera sordenti
 Quid Laurena tamen meruit dulcissima tætant
 Absentis mastæ genitoris mente dolorem?

Sic dixit; lacrymasq; gemit, atq; oscula figit.
 His commotus Halya dicitis, & virginis ore
 Dilicta (nam mota pio sunt viscera fletu).
 Demisit lacrymas; dulcemq; amplexus, inhaesit.
 Vt morem, roseo delibans oscula vultu.
 Non oblitus amor equidem, dulcissima cōiugis.
 Munera nec sordent, inquit, mibi cōiugis ūquā;
 Vnica nanq; mones vita solatia vestra.
 At quia sed tantum supremi Principis urgent.
 Germani mandata iur, classisq; superba
 Mauerat, venturis caput hoc auctura triumphis.
 Sic dicens, petiit amplexus, & dulcia nata.
 Oscula delibat fronti, cuius talia fatur.
 Percussus lacrymis, quid agit, dulcissima vultus.
 Quid tantum mares, vita iucundior, is fat.
 Force pijs lacrymis, dabitur (desidit vereri).
 Quod petis, o nostra solatia sola fenestra.
 Sic dicens, interq; manus attollit; & oscula
 Oscula defigit, patrio solatus amore.
 His actis pariter, tendunt ad regia grassam.
 Estimata: supremoq; fanant simulacra plausu
 Mena letitia: tristis sed mente superbum.
 Vnanimis cocerantur, flammisq; deorum
 Vltimos obtulit, morte, q; cruentum.
 At dicit, fauos volucens, sub pectore curas
 Pandonius; lesiq; aeternum vulnus amans.
 Suspitione prouocans, ingentis quadrata laeta
 Dissimulat vultu, uerumq; uxoris amaram.
 Obsequium regale probant, & federa sacri
 Hospitij, gessisse, sacro quod principe signum.

Othomanum prisco diuorum sanguine cretam.
 At tandem magni iussis non mollibus actus
 Principis Othomani mactas demisit ad orbem
 Syboniam magna procerum comitate cetera.
 Heu quantum primis mutata coloribus ibat
 Virgineis Laurena, dolens his casibus atris,
 Aurea, virgineq; trahens suspiria corde,
 Tot lacrymis effusa p̄is, & mater Arista
 Macta diem, noctemq; gemens: solumq; ferēbat
 Ore simul, memoriq; impressam pectore nomen
 Principis Austriada, fidei, vitaq; magistrum,
 Iucundum semper repetentes nomen IESV
 Suppliciter, tanquam solatia sola dolorum.
 Barbarus interea vacuum detrudit in antrum
 Archadia proceres, pubem, patresq; Methones;
 Quos inter carum genitorem immisit Alandrā,
 Latiferdq; ignes, mortemq; minatur acerband
 Omnibus, exuperans siculum feritate tyrannicis:
 Nostraq; crudeli committis fata serisso
 Prædons; senisq; instat Morabregius ausis,
 Tantorum poscens seclerum discrimine nostro
 Vindictam: qua cuncta videns, etapsus ab hoste
 Immans, simul ad mactam deuēctus Aristam
 Præpetibus pennis, cursuq; oclerrimus aeri
 Cōsugio (nondū conclusum excesserat Isthmion
 Paucibus angustis, diuinq; affricta decoro
 Tharsensis, magno mentem solatur amore,
 Cypselida spectans carissima rura Corinthe)
 Ut vidit magnis vultum sudoribus actum,
 Confectamq; malis, sortisq; extrema sequentem,

Dirigit; meq; his compellas vocibus ultro.
 Quid cursu Marcelle tuus fert pallidus iste
 Ore color? que fors, aut causa inaigna serenum
 Turbauit vultum? quid nam crudelibus urbem
 Exagitat flammis, aut fors inuisa parentem?
 Me miseram; nunquid caro fors dira magistro
 Contigit? Aufriadem meo fortuna minatur
 Infandum facinus? dextro sit numine sospes
 Inclytus Aufriades, pereant & cetera mecum;
 Si magnis visum superis, sic obruta steta
 Conticuit. contra tristi matissimus ore
 Excipio. nulli tales, Regina, resurgunt
 Aufriada casus; sed nobis impia fata.
 Iussit Halys; direq; omnes consumit in antro
 Inclusus; sauoq; virum disrupta Scrisso
 Iudice suecensis torreri viscera flammis,
 Mandavit. lacrymis ad te, Sultana, profusis
 Confugiunt omnes: nam tu spes una salutis.
 Si pietas colitur; si te modò tangit olympi
 Verus amor; summi famulis succurre parētis;
 Auxilioq; iuxta Christi pietate redemptos
 Dilecti, Regina, tui. gratissima calo
 Dona feres; capietq; lichen sanctissima Virgo;
 Aufriadesq; pijs dudum letabitur actis;
 Cuius amore pio longas exolvere penas
 Cogimur exilio pulsi, vel sanguine fusa.
 Sic dixi. contra dictis it iatior ore.
 Fortuna telis virtus agitata protervis
 Christigenum clarescit, ait, celeberrima fratris.
 Nec sine mente Patris. sexta, nusq; decorum

Eueiunt, Marcelle, meis hæc asperaveris
 Fratibus . at patrio genitor servabit amore.
 Hæc vit, illacrymans: & me solata timore,
 Destinat Asceliden duras ad coniugis aures.
 Cedimus extemplo (nec me prætereere coram
 Laurena voluit maesta; ne forte tamultu
 Arcadio, tristi premerentur pectora casu)
 Optatoq; nimis patrijs accessimus oris
 Auxilio: nam nuda virum torrens parabat
 Corpora Graiugentū flāmis Morabeggis atris
 Fraside Corniade scriptumq; uxoris iniquo
 Obtulit Ascelides Regi: nam sedē paterna
 Tunc ego delitui, questus dum coniugis acres
 Pandonius legeres, seuam mulceat & iram.
 Non hæc cedenti dederas (sic scripta ferebant)
 Uxori promissa tue, dulcissime coniar,
 Conscius hospitij, miseris sed parcere Gray's
 Pollicitus: quid enim famuli meruerunt benigni?
 Et nos, magnanimo Thracij quod pectore dignū,
 Othomanog; animo; gentisq; peregimus altis.
 Othomanum decus, & nostrā cū sāguine Gratū
 Sic famā maculas? quid ouis, qd intertia corda,
 Aut quid turba sentū, populūq; miserima proles
 Te contra, fratremq; meum; Teuerūq; supremū
 Imperium; palmas in me conuorta et uentias;
 Quæ meras; si crimen adest; si pœna pteatur,
 Sive meis, oro, dilectis parca Palsis;
 Aut me sternere neci Gray's hoc uerbre cassis;
 Aut quicquam passis (agli piasydara restor)
 Fatasyeam uite subito mibatristia ferro,

Laurenaq; tua: sic morte priuimus amba
 Felici scelus obiectum: sic filia magni
 Principis Otbomani, & Regis Germana Selymi,
 Vilis, inops, decorisq; expers feritate superbi
 Cōiugis, Otbomanti neptis simul aurea virgo,
 Tantorum Regum generoso sanguine creta,
 Pectora traiecta telis crudelibus amba,
 Vnanimes etiam felici morte quiescent:
 Tuq; simul nostro forsā satiabere letbo,
 Crudelis: nostroq; manus sedatus iniquus
 Sanguine Graiugenti, furisq; agitated acerbis,
 Et nostram, famamq; tuam, nomenq; meorum,
 Barbare sic foedas, rabidisq; immanior vrssi
 Insontes angis. lacrymans, vix talia mesta
 Perlegit vxoris, cum iam feritate quiescit;
 Brubuitq; preces: laxari vincula cunctis
 Imperat extemplo; & diebus solatus amicis
 Deserit Arcadiam, ceteri te sauis in undis
 Classe sequens frustra: tandem concessit in oras
 Loerorum, mare furens, et classemq; reuisit.
 Tunc pius Austriades magno percussus amore
 Tristibus indoluit factis genitricis Arista,
 Laurenaq; pia; Graioq; hac insuper addit.
 Gratulor eximio rare genitricis amore,
 Laurenaq; mee, causa sed tristior acerbo
 Aerumnisq; metuantis genitoris Alandri.
 Si me fata sinent; magnus si Iuppiter auctor
 Omnipotens genitor, totumq; contondit orbem,
 Annuerit Marcellis meis placidissimus ausis,
 Regina lacrymas seruo genitraq; dolores,

Aerumnasq; graues fletumq; ulciscar Achivum:
Sive meo magnum letho testabor amorem.
At tu, quandoquidem fatis ingressus amicis,
Sis falix, noſterq; comes, ſociuſq; laborum.
Hac ait; & plenis claſſem procedere velis,
Imperat, inſtruetam bello; ceu pugna vocaret:
Qua tandem ſubijt portum tranquilla Thoartu.
Interea, medium cum ſol aſcenderat axem;
Naupaetum ſubijt rediens. Carabotiu urbem
Chaanuſ; dictiſq; animoſ impleuit amariſ;
Auſoniam claſſem vicino à littore portuſ
Almerij fluctuſ vento ſulcare Iycaoſ.
Extemplo duris acer furor offibuſ arſit
Pandonio; triftiq; erupit peſtore vocem.
Ergone tam dirum patryſ infertiſ in oriſ
Auſonij bellum? Thraſeſ neſcitiſ acerbis
Fulmineoſ dextriſ? miſeri qua tanta ſuperbo
Aduerſiſ animo creuiſ dementia ſiſtiſ?
Voſ ipſoſ certa, veluti pecuſ impia mutum
Soriſ agit in cultrum, fatum dat ſtebile morti.
Errorem ſed damna moxent; & numina penoſ
Aſſument ſcelerum dignaſ. quam iuſta deorum
Adducit meritiſ fonteſ clementia flagriſ.
Criminiſ infandi, vita nil linquit inultum
Inuiſa vindicta deum. iuſtiſſima ſancto
Inceſſu properat, meritiſq; grauiffima peniſ
In miſeroſ ſuperum ſemper ſententiſ fonteſ.
En uiciſ q̄ properant auidiſ: ſed triftior ira
Exagitat comitata reoſ. ſic dixit; & omneſ
Imperat, auri Patreſ, belliq; ſenatum.

Celsior inde sedens solio sic orfus ab alto.
Tbreicij magni, genus alto à sanguine diuum,
Illustresq; duces, fulgentia lumina martis,
Annuus expletis errantes mensibus orbis
Nos agit; interdum, diuisq; volentibus urbes
Fascibus Othomani Regis; quin florida regna
Addidimus; victaq; egit Salamine triumphos.
Lesbiades ingens, caesis tot millibus antè
Ausonij ducibus, Cyprijs, inuenumq; cateruis
Inuictis. alijs etiam nos fuisimus altis
Victores spolijs populatae gentis onusti
Italiae misera, Venetum, turbaq; lyburna.
Nunc autem forsàn fatis ducentibus atris
Austriadem (ceu fama refert; missiq; reportant
Exploratores) nostra succurrere Cypro
Subsidij, Venetosq; duces, audiuimus, vnà:
Vt Thracas monitis diuum, scelerisq; nefandi
Vltiores Cypro vectos, regnoq; potitos
Exuperent; saunq; incautos funere perdant.
Proh genus infauustum, magnis ò pessima diuis
Gens inimica meis, sanctis contraria fatis
Quid furis? atbereasq; audes pervertere flamas,
Quaesitoq; deum iussis expellere regno
Victores? scelerumne studes incendere caelum
Tantum sumulo, violans sacra iura benignà
Hospitalij? meritos ponto dabis improba penas
Archadia. sceleris memores vindicta nefandi
Sollicitas superos, diramq; excindere gentem.
His ergò procenes magni succurrite rehus.
Parsua quidem vestris est hoc victoria dextris.

Magnanimi socij, vestra sed debita palma.
 Threicium reparate decus; fusq; cruore
 Christigenum dignas temerata sumite penas
 Arcadia: talis mundo victoria pacem
 Sala dabit, totum submitte fascibus orbem
 Othomanis: vno, socij, tot vincite bello
 Prælia. sic magnos discant nō temnere Teucros
 Vesana latium gentes, & maximus orbis.
 Quocirca proceres, qui mille pericula mecum
 Experti, martem, mortemq; asperritis atram,
 Ventura magno succensi laudis amore,
 Nunc celebrate diem djs immortalibus altis;
 Qui nostrum mittet gestis in sacula nomen
 Aeternis, belli fama super æthera notum
 Huius; & hinc viuos reddet nos gloria mūdo.
 Inuictas ergo pugna componite dextras;
 Christigena quales semper fensere profusi.
 Tum classem terno magnā (ceu bella vocarent)
 Ordine Duētores alis distendite magnis;
 Etq; dato signo spatium quicumq; sequatur;
 Othomanumq; animū sauis ostendat in armis;
 Et decus æternum, laudisq; insignis honorem
 Ventura, prædamq; oculis, & principis addat
 Egregijs magni captis sublimia dona,
 Natorumq; altis olim seruata triumphis.
 Adde; quod ex alto pugnam spectabit olimpo
 Maximus Athhoras; gestis, & præmia reddet
 Debita magnanimis; dūq; ad sidera secum
 Victores tandem; felices lument diuum.
 Hæc ubi dicta dūm magnis iuribus agmina bello

*Plausibus excipiunt; vocęq; per ampla volutās
Atria latitiae cuncti; martemq; salutant.*

*Vnanimēs odere moras: tum strata viarum
Ad portum, feruetq; armato mille litus.*

*Tū Muſtras cyprio tumidas præcordia regno,
Idaliſq; opibus, qui paucis ante diebus
Venerat infelix fatiſ adductus iniquis,*

*Tam pronò cernens horrendum milite bellum
Accendi, tales erupit pectore voces.*

*Hæc animis non tanta, Patres, affueſcite bella;
Neu patriæ linguas in viscera verſite laudis*

*Infauſtas (multi claris aſperrima dictis
Grandæuaq; ſenum nutanti lumine turbæ*

Daſtores patrio reuebant prælia ponto)

*Quin læti tantum magnis plaudente ſenatu
Inſtaurati diem donis; ſuperiſq; benignis*

Munere pro tanto dignas perſoluit grates.

*Chriſtiadum cecidit ſuprema potentia Martiſ
Fulminei; manibuſq; meiſ detrita eruentiſ*

*Præda iacet volucrum Cypri, tot milibus ante
Effuſiſ: ibi verè fulgentia Martiſ*

*Lumina, fulmineiſq; audacia pectora dextris;
Qui nec deuicti poterant deſiſtere bello;*

*Sed turmas inter Teucrum, valuit ore Deones
Horrendo rabidi, ſurdebant agmina ferro.*

*Tbreicron, totaſq; ruebant Marte phalanges
Attant bis manibus deſtitæ unda uera dampit*

*Idaliſ; præda iacent miſeranda tuorum.
Quid tantis ergò laſium viliffima corda*

Agminibus Teucrum poterunt obſiſtere ferro?

Maxima res effecta manet; dum Cypria regna
 Principis Othomani sceptris submissimus altis.
 Djs equidem reor auspiciibus, diuaq; secunda
 Ausonios victa ferro Salamine profusos,
 Et latias simul huc cursum tenuisse carinas;
 Quo victis nostra repetamus mania Roma
 Classibus, & totum Teucrorum legibus orbem
 Eximys. num fata vetant, vel inertia corda
 Christigenum, patria miris affueta, ruinis?
 Nyq; deaq; canunt, dextrum succedere martem
 Thracibus, & diuis ingens decus additus altis:
 Sola senum (dictuq; nefas) veneranda senectus
 Ista metum canit; & cali denuntiat iras
 In Thracas. quae causa malis q; causa benignos
 Sollicitat superos contra descendere Thracas
 Armatos dextram facibus, laeamq; flagella?
 Nos leges, & sancta deum mandata sequentes
 Vnanimes, cari, priuamur amore lyei.
 Nos inter pacem fratres seruamus amicam;
 Nostraq; dependent sacro de limine dona
 Maxima; tum delubra pio veneramur honore;
 Solaq; cura deum laudes contemnit inanes;
 Pauperibusq; intendit opus venerabile cunctis;
 Pascit aures; soluitq; libens; pecudumq; miserta,
 Obsequium vite cunctis impendit amicum;
 Nec vim coniugio, nec vim conferre quietis
 Agricolis patitur, damnunq; viator in atris
 Non sentit luctus; nihil hic perpeffa maligni
 Alma parens; magno Thracu gn gaudet honore.
 Hac orant, superos certam certamine palmam,

Iustitiaq; modus, non vis, non effera virtus;
 Quin potius superis elata superbia mentis
 Sontis in elatos caelestes excitat iras:
 Busta mōnent deusq; truci salamina ferro.
 Iuppiter omnipotens prabet, nō fulmina palmā,
 Iustitiaq; modus, seruataq; gloria veri.
 Iam miseros merito ducunt tot crimina letba
 Impia Ghristicolas: ferro iam sancta cruento
 Sollicitat vindicta deos, subuertere gentem
 Crudelem. iustos superum nū Marte ministros
 Spernitis hoc, socij? forsan mandata deorum
 Temnitis? hanc latijs manifestò numine cladem
 Fata iubent; meritisq; atro cū sanguine penas
 Exigit vltor amor superum. vos cedite iussis
 Aethereis, Patres; dextramq; accingite ferro.
 Felix è nimium felix; qui patris amore
 Syderei latus claris bis occubat armis,
 Offensi toties diuorum numinis vltor;
 Spiritat ad superos ferosq; aeterna nepotes
 Fama volant, totumq; illustris gloria mundū;
 Et tumulum spolijs Princens tumulabit opimis
 Magnanimus; referetq; ingentē maris honorē
 Carmine sacro; votisq; assuescet amicis.
 Quis tanta martem, Patres mercede refellet;
 Aeternamq; alto famam demittere calo;
 Et sanctum iuxta meritis conscendere vatem?
 Sin autem tantum latijs victoria martem
 Annuerit, palmamq; dabunt ob crimina nostra
 Fata deū; sat erit nobis ratione superbum
 Eximia martem gessisse potentibus armis:

Praestat enim claram magnis effundere bellis
 Hanc animam; captis dum sat rationis in altis;
 Quam sine consilijs hostas superare praeueno
 Euentu; seu terga fuga dare turpia vili.
 Sat nobis rationis adest, caeloq; secunda
 Bellandi; turpisq; fuga sat dedecus ingens.
 Quocirca validum dentris accendite Martem
 Inuictis, & vos bellis ostendite Thracas:
 Threicium nomē palma iam sufficit vni. (mas.
 Quid moror? en vocat has felix victoria pat-
 Cedite vos dictis, Patres; concedite nostra
 Militiae latum spolijs sublime trophaeum.
 Cur tanto belli iuuenes fraudatis honore;
 Et viles animos inceptis redditis altis
 Inuictos Thracum iuuenum contempnit arma
 Bistonium forsan, tantis decorata triumphis?
 Invidia forsan laudis tabescitis almae
 Ventura iuuenum? tanta concedite palma;
 Et vosmet bellis, Patres, seruate secundis
 His dictis arserunt duces; fremitumq; dederunt
 Horrenam iuuenes. surgunt tunc offerunt Hostas
 Dives opum, clarosq; genus de sanguine Regis
 Filius, Arriadene, tuus celeberrimus armis;
 Consilioq; potens, & hians popularibus auribus
 Multaq; praetera teris inuictus, & alta
 Horrenao gessit felicia praedia Marte:
 Terq; caput vultu supplex deflexit opertum.
 Milius inde mouet sedato pectore verba
 Omnis eo dicente silet placidissima patrum
 Turba simul; cunctiq; intentis auribus adsunt.
 Finis lib. Dec. quint. Echinnaum.

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obler. Prou. Neap.

BCHINADVM NAVMACHIAE.

Liber Decimus sextus.

ARGUMENTVM.

Christigenas spernes Hassas, victoria Teucrū
Arma refert; socijsq; suadet praelia tuta :
Inuidiosq; duces, classē, validasq; phalanges
Christiadū duro extollēs in Marte Mamettus
Hassantis senior dictis consulta refellit.

Optime Sybonium, toto quem celsior orbe,
Cara Dei suboles, mundi Regnator ubiq;
Qui toto felix diuisq; volentibus annos
Exigat, aeterna notus super aethera fama,
Consilio, voluitq; sacra ditione potentem
Threiciam ponto classem frenare paterno;
Gratulor hoc primum (sic dii voluistis amici)
Ad memores iterum peragi certamina ripas
Leucata, saevaq; Italum meminisse ruinae
Actia Christiadam ritulantia littora bustis :
Hae nobis monstrant, tantis quid rebus agendū
Restat; in Ausonios quae tela paranda proteruos.
Nisi forsitan gentes aliae, quas Murto superbo
Innumeras alim validas pater optimus armis
Vix rostro pauidas toties stridente profudit.
Dicite vos, Loos; Numquid vos dixite, quantas

Christigenæ strages genitor, quos cadis acernos
 Ediderit, Dacisq; oris vos mala testor
 Aequora, quæ toties effuso sanguine fluctus
 Mutastis latium; quoties lamenta gementum
 Audistis nuruum latij, Venetaq; caterua.
 Ignaros belli, longaq; in pace quietos
 Bellorum primus sparsit furor. hostis in undis
 Obrutus atolis, lybiaq; in syrtibus atris
 Procubuit toties, quanquam mauortia proles,
 Christiadamq; duces inuicti viribus essent.
 Quid repetam cladem latium, classemq; sugatã
 A nostris toties diuerso in littore Teucris;
 Cum tot Christicolis albescant littora bustis;
 Nostraq; Christigeris velentur limina signis?
 An puer inuictus farios, & nescia vinci
 Pectora Ibrictum tenero pulcherrimus auro,
 Othomanosq; Dutes telis aget aquore victos?
 Num tenero primum tractari pectore discet
 Publica Maiestas? puero duce bella geruntur?
 Aduersine tubam latij certamine primo,
 An versi fufis tergum dignabimur armis?
 Quid malè concordēs, cæcaq; cupidine pressos
 Ducis in arma puer? fatis adductus iniquis
 Ad certum properas letbum miserabilis heros.
 In medijs pronus magnis funaeris Eois;
 Famineo præstans animi dum prælia ferro
 Agglomeras; medioq; cades in Marte relictus;
 Auditio siquidem bellorum nomine tantum
 Ausugient socii; quanquam se semina diuum
 Ostentant coram; Martemq; in bella lacessunt.
 Discis

Discis adhuc forsitan latias, & inertia corda
 Hispana plebis, puerosq; in praetia molles,
 Opuenti an inscis toties rumoribus aetos
 Militia nostrae validis, dum Thracia tentant
 Agmina, dumq; petunt inuictos Hectoras armis
 An tu bella fugasidens accendis amice
 Talia? sed teneris parcas felicior annis,
 Famuloisq; iocis, pallsq; hoc Marte recede
 Ante tubam, dum fas tantis desistere bello
 Quis Deus in Thracas tantum certamen adigit
 Romulidum? Vel qua miseram dementia mentem
 Implicuit? casus ne in aperta pericula misit?
 Non hic Ductores Thracum, mauiortia proles,
 Dys geniti magnis, & Martis honore sacrati,
 Inuictaq; acies Sariam, fortesq; phalanges
 Dardanidum, durumq; genus maruortis in arma
 Aspera continui, seuis celeberrima bellis,
 Ac patiens operum, paratq; assueta iuuentus,
 Qua validas glomerat dextras; aut oppida duro
 Marte quatit, semperq; nouas ad littora praedas
 Conuectare studet tectis; semperq; recentis
 Canitiem galea premimus; mortemq; sub armis
 Poscimus; augustumq; mori sub Marte fatimur?
 Nec bellis unquam nobis effata senectus,
 Aut unquam dextra libramus inuile telum.
 Hinc pater Otbristus, fuit hinc Tritonia Pallas;
 Magnanimiq; duces alij, mauiortia proles,
 Dys geniti, sacro dignati numine diuam
 Bellorum, totum presterunt viribus orbem
 Diuinis, & adhuc viuis ea fama reseruat.

Nos eadem bellis, & eodem sanguine sacro
 Progeniit tellus alacres, dignosq; parentum
 Semideum; quos non terret mars arduus unquam;
 Nec patria defleat amor, nec dulcia rura;
 Nec consux retinet, soboles nec cara retrahat:
 Quin nullus fortes leti metus, efferus orget
 Laudibus accensos magnis; sic inde ruendi
 Mens agit in ferrum, certamq; interrita mortem;
 Bellorumq; animis felix violentia gliscit:
 Ignauumq; tenent ventura parcere vite
 Threici, tenebrisq; sacrum perfundere nomen
 Ast illis depicta croco, seu murice vestis
 Aurea dependet gemmis intexta coruscis;
 Collaq; femineo gestant mollissima gestu
 Effati; quibus aut iuuat indulgere choreis,
 Fœmineumue iocis nocturnum accendere martem.
 Sic nec bella iuuant, nec tingere tela cruore;
 At solum pietis intextam vestibus aurum.
 Imbelles ergò nullis sic vsibus apti
 Bellorum, sumptis superabunt Thracia telis
 Pectora? Semidei fugient sectante caterua
 Pygmaei pauidone timebunt ore leones
 Lanigeras pecudes; vel aues louis armiger almi?
 A puero proceres ergò pellentur inermi
 Othomani? seu terga fuga turpissima vertent
 Herculei socij? flagris ego solus in agmen
 Irrumpam latium (si forsàn bella morantur)
 Effusosq; solo, manibusq; ad terga reuinctis
 Cernetis nostro, proceres, adstare triumpho.
 Discordes quid martis habent sub pectore turpi.

Quos inter depulsus honor, nec corde maligno
 Fraternalis seruetur amor, nec numina diuum?
 Non sic nos inter; iungit quos mutans ardor
 Vnanimes, magnisq; inuictos seruat in ausis:
 Nam bello virtus victrix unita triumphat.
 Nos etiam iussis Regum paremus ouantes;
 Parentisq; sacro felicia funera Regi
 Dicimus, & clara diffusum morte beatum.
 Hac certa via lata spei certissima palmae.
 At illi vario discordes pectore nutant;
 Diuersumq; caput sequitur diuersa voluntas;
 Ambitioq; animos resides virtute fatigat.
 Post ubi sic visum; collectum classibus hostem
 In medium dabimus: paucas victoria dextras
 Exiget: haec tantum nostrae clamore castrua
 Bella gerent; solitisq; ululatibus agmina vertent.
 Sic animis fracti, magnaq; horrore profusi,
 Strymonia veluti volucres, aut agmina Sturni,
 Ausugient, nostrum perpassi in terga flagellum;
 Sublatamq; gement post tanta pericula classem.
 Iam Romana manus, fauisq; superbia martis,
 Casarei periere duces, periere superbi
 Scipiadae; ceciditq; potentia magna Quiritum:
 Romulidumq; suos in Thraces transfudit arma
 Mars genitor, magnosq; animos, & mantia corda
 Imbellis me Roma petat, me turba superbi
 Batigenae; Venetaq; manus mollissima gentis
 Ingruat: immixtis cunctorum imperatus basis
 Excipiam solas totius vulnere belli.
 Sic Italae bello, victisq; insignis Iberis

Victor ovans patria magnis veberere triumphis.
 Suls' pit post bella Iovem seu latior aether.
 Hinc quae felici cernes consurgere regna.
 Incepto tibi, quantis se gloria Thracum
 Laudibus attollet, mundi cum laetamine unus
 Threiciae divisionis erit, Teuerumq; triumphus.
 Vlla ne posteritas uno certamine credet
 Othomanis totum submissum fascibus orbem?
 Et dubitamus adhuc felici sydere forsan
 Threiciam claris virtutev' extendere factis?
 Quis metas hostip'ia prohibet considere terra
 Bistonios, sceproq; suo submittere mundum?
 Sape mihi genitor diuina mente ferabat.)
 Nunc repto) nostris portendi talia dextris
 Praemia, transmittiq; aeternum in secula nomen.
 Sed quis ad Areadia venturos littora sponte
 Crederet Hesperios, & colla reflectere Teucris?
 Sic te, magne pater, Thraeam dux optime gentis
 Aspicias homines supra, super aethera talli
 Aeternum fama, clarisq; in Marte triumphis:
 Quae serè rapiunt olim vidisse nepotes.
 Sen autem nullam nostris spem ponis in armis;
 Sin absumpta fatus bello, si primus adegit
 Nos terror, neq; nostrorum semel agmine verso
 Funditis occidimus, primo nec Marte profusi;
 Oremus padem ramo frondentis olivae,
 Et puero veniam, vitamq; petamus ab ipso
 Suppliciter, victiq; feramus munera victis.
 Antè mihi tellus, superis precor, iura dehiscat,
 Aut pater omnipotens sacro me fulmine tangat;

Quam

Quam supplex veniam poscam, seu federa victos
 Christigenas, aut signa retro victricis Thracum
 Aspiciam, Teutrosq; ob lato cedere bello
 Exanimis: cur indecoros certamine nullo.
 Deficimus? numero forsan, vel viribus aequi
 Non sumus? hoc equidem belli flagrantis tuouit
 Vix unum deni, si congregiamur, habemus
 Christicolam contra: ratio potest arma, sed inde
 Sors referat: huius cecidit dum forte superbum
 Dardanidum robur, Saridae, Thraceseq; suprami
 Expulsi patris, proprioq; in gurgite victi.
 Qui mare, qui terras, qui totum possidet orbem,
 Thracicum Regem patria infantulæ ouis
 Expellit, cæli magnas nam Iuppiter arces
 Descendit patri mutata imagine pulchri
 Nos contra: sed quid posset tunc Iuppiter vnus
 Hæc forsan nostris seros sensisse nepotes
 Dedeat infaustum, patres, gaudetibus armis
 At non hæc surgit vestra sententia menti,
 Magnanimi proceres, mortem qui laude patris
 Optatis, firmo pellentes ad arte timorem,
 Inuictaq; manu mortalia temeritis arma
 Hunc quamuis latium paucitantiæ terga laborem
 Vitarint; nostrumq; ferant super æthera nomen
 Non timor, ut tantam raris gerat optima bellum
 Talia suppliciter perstabat feruidus Haesus
 Et simul Ocyalus, proceres, rucenamq; cætera
 At quorum surgit melior sententia menti,
 Consilioq; senes clari, belliq; magistri
 Vnanimes martem reuocant, et prælia ducunt.

Quos inter, Dux Euboicis qui praesidet oris,
 Ingenio pollens alacri, quem Cassia Pallas
 Insignem martis longeva reddidit arte,
 Consumptumq; ferè bellis, longaq; prementem
 Canitiem galea, pugna non futilis auctor,
 Martis in anticipites metuens descendere tanti
 Euentus, contra placido sic excipit ore.
 Indolesi quicquam dignum censemus auita,
 Magnanimi proceres, si quicquam pectore sacro
 Thracium, belli casus maturius omnes,
 Successusq; simul varios expendere martis,
 Fortunaq; minas, fas est, Dux inclyte Thracum.
 Non equidem vobis obsecram, aut lucis egentem
 Rem ferimus, focij: facilis defensus ad arma,
 Congressusq; ratum: iam se congressibus offert
 Hostis, & audaces assumptis ihimus armis;
 Sed certare manu, proprioq; accendere martem
 Sanguine crudelem, tandemq; exodere pugna
 Victores, magnosq; armis superare Latinos,
 Hoc opus, an forsitan vestros huc credimus hostes.
 Incassum sine mente ducunt nostræne putamus
 Ignaros classis, qua tanta insania mentem
 Verteret, ut proprijs nostræ se classibus ultro
 Arcadiæ longaq; ferant discrimine nobis
 Oblatos, moestrentq; rates, auroq; cæteruas
 Fulgentes, pictasq; croco, seu maricæ vestes;
 Inde fuga, veluti pecudes, & inertia corda,
 Turpia tenga darent pauidi, victiq; recedant;
 Aut sine Marte manus victas, & tela reponant
 Suppliciter nobis, o spes miserabilis armis.

Threicijs, confisa fuga per tela, per ignes
 Hostili. quid vera putamus somnia, Thraces?
 O fortunati proceres, o Thracia felix,
 Quis Deus, aut qua te tantis pertenta quiritam
 Sollicitant monstris? qua te fortuna fatigat
 Impia; precipitatq; ignota lacefcere bella?
 Felices nimium, qui fundamenta laborum
 Bellorum cum prima parant; munimenta priorum
 Solliciti repetunt; oculosq; in cuncta volutant
 Intentos; passimq; ausis ingentibus aptum
 Auxilium relegunt, & acuto pectore seruant.
 Et non ut primum sensus inopina cupido,
 Aut feruens calor attigerit; tunc protinus armis
 Surgendum, aut casu bellum quodcumq; gerendum
 Precipiti; sed maturo dux optimus atri
 Consilio momenta regens fidsissima martis
 Expendit; quandoq; audax, tumidusq; secundis
 Auspitijs; quandoq; superbum deiecit hostem
 Cunctando (quantam iuuenis virtute feroci,
 O prestans animi superas, iuuenisq; calore,
 Me tantum varios sentorem expendere casus,
 Fas erit; & lapsis Thracum succurrere rebus)
 At tu, magne pater, tantis impnisijs ausis
 Consule, quidquid id est; partesq; expende p omnes
 Instantes casus (per tot discrimina vecto
 Crede seni) o terra magnis defunle periculis,
 En te nunc maiora manent in gurgite vasto.
 Haud etenim vectos hostes per carula frustra
 Argolicum, fortesq; acies, classemq; potentem
 Instructam bello, Regum, procerumq; caterua,

Credimus Arady quærentem littora ponti,
 Hostilibusq; ratum turmis solatia ripsa,
 Sed bellum, durumq; læscere fulmine martem;
 Et laudes, magnaq; euerſis premia palma
 Threicis, ratibusq; sequi, seu fundere vitam
 Fluctibus in medijs, cæloq; attollere nomen
 Vnica spes etenim reſtat fidiffima dextræ;
 Tum regni, cæraq; simul victoria vita
 Hostibus una falus; mortisq; insignis bonæ
 Egregium certi spreta præponere lucis
 Vlcificæ; suos, misenæq; incendia Cypri
 Illyricasq; urbes, extremæq; damna suorum
 Indamiti martem horrendum, fragorq; exantem
 Miſcebunt; validis morituri fulmina dextris
 Martia dirabunt, catulis velut orba leonæ,
 Thracia crudeli lacerabunt, agmina ferro,
 Threicium pariter tranſſexi pectora telis;
 Tantus amor belli, magnaq; incensa cupido
 Vindictæ; talisq; anima flat gloria maris
 Chriſtigera, talisq; furor compellit atrocet
 Heſperios, Aphri magni monumenta recondet
 Optima de Latijs, ferrum sunt, inquit, in oris
 Externis Itali, patrio ſed limine tellus
 Diffugient ergo ſubita conſumpta furore
 Talia Chriſti adum longinquis agmina terris
 Non hæ, vix quondam viles in proliæ gentes,
 Discordes ſine Rege duces, velut æſtia bella
 Et libiæ clades. Cypri iam ſenſimus, arma
 Qualia Chriſtigenum noſtro, perſuſa cruana
 Quin hic ſtos Italum præſtantibus effere, aut ſu

Hispaniq; duces, & claris Theutones armis:
 Aeratas axes circum tot Marte superbo
 Irradiant fulgare duces, oculi lumina belli,
 Christigena magni, genus insuperabile ferro.
 Quis genus Austriadū nostris memorabile Teucris
 Inuictis olim gestis ignorat, & arma?
 Nonne pater magnis totum virtutibus orbem
 Terruit inuictos domuit quis Theutones armis,
 Ni domus Austriadum bellis inuicta superbis?
 Quis genus bereculum semper discrimina victrix,
 Virtutesq; sacras, diuinaq; pectora bello
 Nesciat, & nostris vnum fatale ruinis?
 Virtutes patrum stimuli sunt vndiq; notis.
 Adde, quod inuicti proceras tot Marte sequuntur;
 Quos dira dedit instructos Hispania bello
 Austriade duces, quos inter velut alma sineragdu
 Irradiat, martisq; iubar, domisq; Minerva,
 Vera patris faboles, totum qui terruit orbem.
 Terribilem fauo testantur fulvina dextram
 Batigena subito victi certamine Mauri;
 Ille puer quantum, non inferiora secutus.
 Pellao iuueni, diuis insignis avitia
 Sic fugiet Dux Austriade si haec turpia magno
 Gesta feret generi fusi inglorius armis;
 Non vitare potius medys effundet in undis,
 Quam famam vitet gestis indignis auorum,
 Diuiniq; sacra fors genitoris honore
 Paruulus Austriadesi tanti nunc cernite facti
 Primitias, facq; pueriq; expendite martem
 Despectis, postq; experti sanguine vires

*Austriademq; animum, frustra damnabimus arma.
 Est puer, at patris falicibus amulus ausis
 Ardet amore graui, virtutem extendere factis,
 Et gestis aquare sui monumenta parentis.
 Quantus & in Clypeu surgat; quo turbine martem
 Misceat; Oceano tellus extrema refuso
 Audijt; & damnis nos experiemur acerbis.
 Adde, quod à cunctis supremo amplexus amore
 Vnanimes sustentat opes, & pectora gentis
 Christicolum; dictisq; animas demulcet amicis
 Militiæ; belliq; ingentibus excitat ausis
 Concordes animos: certa spes maxima palma
 Militia seruat amor, procerumq; ceteræ;
 Talis apud cunctos iuuenis stat gratia Regis.
 His etiam stimulos gestis ingentibus auxit
 Diuinus clara frater virtute Philippus:
 I scælix, inquit, clarumq; ad sydera nomen
 Aemulus Austriadum gestis attolle paternis.
 Num diuus genitor, celeberrima gloria martis,
 Terga fuga vertit, dum nos eiecit ab oris
 Peonijs; Menaposq; truces subiecit, & Aphros,
 Et lybia populos armis vastauit, & oras;
 Thyrenasq; vrbes bello superauit acerbo;
 Confregitq; truce[m] supremo Marte furorem
 Gallorum Regum, mundumq; interritus omnem;
 Cuius & herculeos transiit gloria fines;
 Egregijsq; nouum virtutibus addidit orbem?
 Turpia nunc tanto genitus genitore profusus
 Terga dabit? tanto magnum nam crimine nomen
 Austriadum fugiens gestis cumulat iniquis.*

Magnus Ioannes? scelus hoc num credere dignum
 Magnanimi proceres? totos inglorius annos
 Exiget, exul, inops, patrijs eiectus ab oris
 Martius Austriades potius, quàm clarus honore
 Eligat, eximiq; ingens occumbere fama?
 Inuictis ergò dextris hoc principe cuncti
 Christigena nostro committant praelia damno.
 Adde, quòd intendunt ocys duce principe tanto
 Vnanimis extrema pati, seu vincere certi,
 Seu fuerint Itali magni, seu Theutones acres;
 Siue, quibus magnum commendat Iberia nomen.
 Quos inter validus dextera Requesenius heros
 Effulget, magnoq; duci stat fiducia Arhates,
 Consilijs ingens, pietate ingentior alma,
 Magnanimum decus heroum, belliq; magister.
 Nec minus Heredia robur sublime Philippus
 Emicat, Austriadaq; duci carissimus vnus,
 Egregius forma, prisca sed origine Regum
 Clarior, atq; suis, patrumq; illustrior ausi;
 Gestaq; magnorum bello scit Beti a Patrum.
 Quid memorem duro caput insuper ab ille mare
 Principis Arunca, fama qui dignus auorum
 Accumulat patriæ sublimibus arua triumphis
 Hispana, sumptis ingens Aloysius armis?
 Effera testatur seuo gens Itala Marte
 Inuictum genus, & patrijs Maurusia campis?
 Clarior exitijs genuit quem corduba nostris,
 An magnis farson gestis censemus auorum
 Degeneret animos, & non crudelis amore
 Laudibus accensas aternis Martis auiti,

Henricum, fratremq; truci sua pignora bello,
 Cordaba; Threicium magnis celebranda rotis
 Hic formidatus nostris Broxtanus uterq;
 Thracibus effulget dextra, belloq; superbus.
 Iam nostri toties martem sensere cruentum
 Pirata; viriqliq; gemunt in virbera Manfris.
 Fulminat inuictis pariter Ruidias armis,
 Consilijs, animoq; ingens Mendoza proles
 Inclyta magnorum generoso sanguine Regum,
 Effuso toties Maurorum nota cruore.
 Nec minus exitum nos referale ceteris
 Dirus in Othomanos ferues Lopezas heros
 Mille rapis populos horrendo Marte patentes
 Nos contra; totidemq; Zabattius acerrimos
 Ingente sq; animis ambo Martinus, & ipse
 Petrus; Duciores iudenum, Padilla proles
 Nec minus egregijs sequitur Gufmanis gessis
 Inclyta progenies, validis Aloysius armis
 Fulmineus, belliq; simul praestantibus ausis
 Magnus Ioannes, nostrorum terror Eodem
 Martius assequitur Didacus, fortisq; Michael,
 Inuictis ambo dextris; Moncada proles,
 Magnorum claris patrum notissima gessis.
 Magnanimus Rudericus adest, Mendoza alter;
 Alter & Heredia splendor crucis praeditus alba
 Bernardinus atrox, & eodem nomine magnas
 Cardineus sequitur, non inferiora secutus,
 Egregij dextris ambo belliq; magistri.
 Emicat hinc ingens pariter maximine sacro
 Acris Honoratus prius de sanguine splus

Belligerum fama Patrum super aethera notus.
 Illustresq; duces alij, mandata proles,
 Sotus Ioannes, nulli virtute secundus
 Priscorum, pacisq; bona, belliq; magister
 Magnanimus Gabriel animo succedit atroci.
 Velasci firma sectantur pectore hinc
 Terribiles, Bernardinus, bellag; superbus
 Petrus, fulmineaq; manu duo fulmina martis:
 Hispanosq; duces inter clarissimos heros
 Alter Ioannes succedit Osorius armis;
 Alter & Othomanis nimium Gardanus oris
 Infensus, dextraq; inuictus Vaschius acris.
 Nec minus Entigues validis Aloysius ausis
 Fulminat horrendus, Thracisq; exterminat ore
 Belligero; dextraq; ingens, animisq; Morillus
 Inuictis sequitur duro certamina ferro,
 Terribilisq; manu longe succedit Alonsus
 Leuius, in Teucras infelibus fulmine lauo:
 Emicat & primo Pyrrhus non Marte secundus
 Pardius, & dura pardi feritate trucidat
 Aduersos telis hostes, & cade cruenta
 Hic etiam Rudoricus adest, Bonnuidius alter
 Insignis dextra, pariter Fincerius atrox
 Fulminat, ac bellis atrox insignis & basta
 Carillus referens succedit, & inclytus inde
 Lunius assequitur generosis Caralus armis.
 Proximus huic Didacus venit Henrichegius heros
 Fulmineus, saeuoq; effundit fulmine Thraces
 Crudelis: gestis clarus sectatur ausis
 Inuictis animis prope Sallazarus ingens.

Magnanimiq; duces alij, fera fulmina belli,
 Interfunt, ingens Hispanæ gloria gentis:
 Hos quamquam solum confuso diximus ore.
 Ausugient forsax suprema hæc lumina martis
 Ante Phryges? an terga dabunt hi turpia Teucris?
 Ductoresq; alij iuuenum, lectissima corda,
 Inuictis adsunt animis, quos inelyta bello
 Sub duce magnanimo tantis Hispania captis
 Austriade misit, validasq; in bella phalanges:
 Quas dedit Osa ferax, & quas commisit Ilerda,
 Celsaq;, Burtinaq; manus, Succosa, vel Erga,
 Orcia, Bergidumq; ferox, & Gallia flauens,
 Cereffus, Bacaris, Daciana, Aserfis, & Ausa,
 Besada, Setelsis, Bassi, Bergusia. Lesa,
 Aut Egosa, Sebendunum, Lymphæq; calentes,
 Sive Gerunda ferax, Bituris, seu fortis Iacca,
 Andelus, Gracuris, Bascontum, Ergauia, Menla,
 Martua, lurconium, Muscaria, Terraga, sive
 Setia, Calagorina, Alouanaq; Iulia Maura;
 Aut Iturissa dedit, Tritium, Gabalaca, vel Alba,
 Tuffoniumq; Tbabusaq;, sive Segontia, sive
 Tullica, sive Suestasium, rapidusq; Caristus,
 Lertosaq; manus, pubesq; animosa Sigarra,
 Biscargis, Theanaq; Adabaq; caterua, vetusq;
 Carthago, lybicaq; infelix clade Saguntum:
 Larissaq; acies adsunt, Eboraq; iuuentus,
 Damania, Laria, fortisq; Leonica pubes,
 Sic Osicorda manus, belloq; Etobesa superbo,
 Saldibaq; inuicta cõbors, Arsiq; potentes;
 Bernaba nec dæerit, validis nec Belia dextris,
 Satabis,

Satabis, Illicias, Mendaria, fortis Iaspis,
Seclanis, sauisq; affueta Valentia bellis.
Hinc Saltiga ferox, pubesq; Orcelis, & Acci,
Bergula, Vegiliaq; phalanx consurgit, & Azzo,
Carcaq; nos contra, sobolesq; effrena Bigerra,
Segisaq; Abulaq; manus, & fortis Iluni,
Arcilacisq; acies veniunt, & Turbula secum,
Laccuris, & Salica, diroq; Biattia bello,
Oria, Tuio, truciq; furens Ceruaria ferro,
Mirobriga, libisocaq; acerrima pubes,
Mentiseq; robors, nec non Luffaria proles,
Castulo, & Emiliana phalanx, validumq; libetun
Mille struunt bello populos, sobolemq; superbam
Vrceſe⁶ Lybanaq; Alabaq; accendit in armis
Istonium, Laxeta, Valeria, Cecada, Bilbis,
Nertobriga; simulq; potens Ergauica feruet.
Quid referam fortes acies; quas misit acerba
Artobriga, vel Actucum, Candabora, siue
Belsium. mistisq; habitata Seguntia Celtis,
Mediolumq; ferox, Turiaſſo, aut Bursada dira,
Siue Sataniada Durij seu fluminis undas
Aſſiſtens Siphopa super? bellisq; superbis
Nec tu, Comptum, tantis nec Mantua captis
Deficis, Iſpinumq; bonum, fortisq; Caracca,
Bernacis, aut Rigusa, Libora, Seeleſta ve irget
Toletum, Th ermeda, ferisq; Alternia tellis,
Mentercosa, Varada, vel Ana Paterna, vel atri
Laminium, vel Ilarcuris, vel Ilurbia saua.
Quid longo referens inuictos immoror armis
Ordine Batigenas, seu quos Srgortia misit,

Aut Vexama, Tueris, Valusa, Setubia, Termes,
 Quiq; tenent Cluniam, Variãq; Olibamq; superbã,
 Seu te Romulidum recidua Numantia, bello,
 Seu Saurio campos, seu te, Vendelia servant;
 Quiq; tuos, Salionca forunt; Vifantion inde,
 Augustobrigamq; colunt Pelendones acrim:
 Siue Tagus tulit aurifera proclerus arena,
 Seu Tamiris, rapidusq; Salo, seu Nerva superbus,
 Qui Turiam, Sicorimq; bibunt, Nalumq; Nabumq;
 Bregiumq; ipsis dantem tamnouen Iberis,
 Seu Minij, seu fontis Ate, seu flumina Batis;
 Quiq; colunt Vgiam, Murgim, lucumq; Brauumq;
 Ambisnam, Raudam, Caucam, validamq; Moracã,
 Setifacum, Gellam, seu te, Pallentia, sine
 Eldanam, Vadinamq; Aviamq; tucamq; Serabrim
 Camaricãq; aras, seu te, Kiruesha, tuentur,
 Seu Lacobrigam; seu te, Sepontia, servant
 Taccar, Portamq; Augustam, & Sontica rura,
 Bargiacen, campumq; Gothorum, & Fulra scãa,
 Atracãq; domos, & rura Caggia, sine
 Loxcana, frugiferisq; colunt te, Pintia, campis;
 Seu te Iuliobriga serunt, seu Vellica pulchra;
 Carpentumq; ferax, seu te, Gallectia felix,
 Seu Nerium, Solisq; anax; Sabramq; Brigantum;
 Lapatiamq; tenent, Saugamq; trucemq; Menoscã
 Vut Vrcen, notãsq; noua Cartaginis arces;
 Lucentumq; colunt; veteremq; tuentur Alonem,
 Sucronisq; undas, tranquillaq; Satabis ora,
 Tenebriumq; vetus, belloq; immane Diannum,
 Aut Subur, Montemq; Iouis, Blaredamq; quietam,

Emporiaſq; Rhodamq; bonam, ſeu Claudia iura?
 Quid memorem: quos auriferis è montibus acres
 Ortoſpeda, vel Edulius, ſeu Vindius ingens,
 Commiſere viros, validiſq; Faentia dextris,
 Betulo, Diluron, iaculis ſeu Terracoſenis,
 Seu qui Caſonium, Vacamq; Olinamq; Burumq;
 Flandomirumq; tenent, Ocellū, veteremq; libuncā,
 Aut Nouium, ſeute, Turriga, vel Iria ſacra
 Littora, ſiue Turruptina, Cilinumq; fluenta,
 Daſtonium, Bedijq; agros, Campoſq; Saburri;
 Seu Cintam, Cinnamq; bibunt, Cingamq; ferocē,
 Seu quos Aſturia populi, fortiſq; Labernis,
 Maliaciq; duces bello miſere ſuperbo,
 Siue Brigetiadis Legio Germanica miſiſſis
 Lungones, aut Amaci, Tiburi, validiq; Sakini,
 Bedunciq; ſenes, nec non Palontia pubes,
 Orniaciq; truces, veteresq; ſequantur Egurri,
 Patavonumq; manus iaculis acerrima duris?
 Auſugient etiam noſtro clamore profuſi;
 Inclyta ſanguineis quos ſtruxit Batica bellis
 Inuiſtos; Aſtamq; tenent, Portumq; Menefthei,
 Lunoniſq; aras, Scicon, Belona, vel ora
 Belonis, ſeu te Menlaria, ſiue ſupremam
 Alcida metam, Calpem, fameq; laborum
 Carteiam, ſeu te placido Barbeſola ponto;
 Seu Malacam, ſeu te Sex, Abderamq; ferocem,
 Seduceq; undas, Portum, validamq; Manobam;
 Seu te, Salambina, colunt, Bariaſq; ſuperbas;
 Seu Vogiam, Cecilam, Binianaq; mania ſeruant
 Terdulij, vel Ilurgisarai, vel ſcindit Obulcum;

Arcilacemq; colunt, seu te, clarissima gestis
Corduba, seu Tuccos, seu te, Salduba, vel ipsam
Detundam, Baldamq; tenent, Onobamq;, Salamq;
Aut Ilpam, Vescos, Sacilem, Lacibemq; feracem,
Antigiasq; domos, Seliam, Seriamq; benignam,
Escua rura simul; seu te, Lapecta, spectant,
Frugiferisq; graues campis Hiberis oras
Insignis, Ptuccesq; agros, seu lalia rura,
Nebrissamq; bonam, seu te, Caligula, siue
Illipulam, Setidamq; tenent, Cursumq;, Lepamq;
Italicamq; Vriamq;, Velamq;, vel Ispalis alma
Moenia, seu Spoletinum, vel Obucula campis
Aequora frugiferis, Oleastrum, & littus Arunda:
Heu quas nos contra suas fluxere cateruas
Calduba, Maxilunq; manus, & Pracula dira,
Nersobriga ferox; versisq; Saguntia muris,
Reginaq;, vel Urbona, seu Campus Asindi,
Bessippo, Carmo, Calucula, Fornacis, Arsa,
Mirobriga, vel Aruci, seu Curgia, Vama,
Astigia; aut Acila populi, viridisq; Corisa,
Certiraq;, vel Acinipo, Cotinusa, vel ingens
Castulo, seu Mariano Illipula culmine maior.
Heu quam crudeles duris de montibus adsunt
Vascones, Emeritaq; Augusta concita turba,
Norbaq; Sallacus, Talabrigaq; Bardus, Caura,
Inde Geraa ferox, Cecilia, Lamo, Capera,
Ammiae soboles, Euandria, Lancia, Cotta,
Mons Maior, pubesq; Obila, Murgisq; Laconi,
Augustobriga, vel Ocelli, siue Calurni,
Effera progenies, Eburag; siue Licinzi,

*Siue Diobriga populi, seu mœnia Rusti,
 Concordeſq; ora, & ſtudijs Salmantica claris.
 Belligeraq; alia tantis fortiſſima captis
 Fulmineis urbes miſerunt agmina dextris:
 Hæc tantum quanquam mentem ſubiſſe repente
 Mœnia diſcurſu, ſed non tamen ordine recto:
 Mitto, quæ reſtant oculis non cognita noſtris
 Auxilium tantis aptum mittentia captis.
 Hic ſlos Hiſpana gentis, populiq; feroces,
 Hæ forſan pauide gentes? num terga pauore
 Heroes Teucris tales, aut agmina vertent?
 Quis tales unquam victos, aut terga dediſſe
 Vidit? at effuſo teſtabimur arma cruore.
 An forſan Latij domitores Orbis, & vnde
 Auſugient, magniq; duces, fulgentia mundi
 Lumina, ſlos Italum, genus intractabile bello?
 Haud homines equidem, ſæuis ſed fulmina martis
 Nos contra ſurgent inuictis efferæ dextris.
 Hos inter micat horrendis celeberrimus ille,
 Quem timuere duces Teucrum, Farnexius armis,
 Martis cui ſpecimen, noſtri clariffima ſæcli
 Gloria, Romulidum ſublimibus æmulus actis,
 Principe pellaœ, magno quin Cefare maior,
 Aeternum fama tollens ſuper æthera nomen.
 Hic micat hic etiam geſtis clariffimus altis,
 Exitumq; vnus ferro Franciſcus Eoum,
 Urbini princeps; pietate inuictus, & armis
 Aequat auum ſæuo magnos in Marte triumphos.
 Et noſtro tantum ſignabit ſanguine bellum.
 Hic etiam ſælicæ romani roboris bæres,*

Imperijq; Columna sacri suprema Quiritum
 Magnorum claris ingens Antonius armis
 Eminent, antiquam referens in praelia Romain.
 Hic venit hic etiam captis ingentibus ille
 Sforza ferox, divo nostrorum hoc Marte flagellum
 Horrendum, genus inuictum, mauortia proles,
 Veraq; progenies romani sanguine martis
 Antiquo; Latiaq; acres in praelia gentis
 Mille rapit populos, inuictaq; pectora ferro.
 Emicat hic etiam romano sanguine cretus
 Efferus Ursinus, romani pectoris index;
 Qui nostras acies laterabit sauior Urso,
 Inuictus dextra, virtute insignis auita.
 His similes nunquam bello miratus Apollo;
 Et cedant auri raptores velleris olim.
 Hic formidatus piratis Doria nostris,
 Consilijs, armisq; potens, neptunna proles,
 Enitet Andraas, fama super aethera notus,
 Cui lateri captis alacres ingentibus latent
 Germani, verè seui tria fulmina belli,
 Mercellus, Paganus, & acri Antonius ore.
 Virgineusq; ingens, & Horatius efferus armis,
 Gloria Romulidum, dextrisq; Ursina propago,
 Germano veniunt non inferiora sicuti.
 Nec minus insignes bello Pompeius, & ipse
 Prosper, magnorumq; inuicta Columna Quiritum,
 Effulgent, similes germano in praelia magno
 Consilijs, nostroq; senex hic Nestors maior,
 Enitet Ascanius, perusina gloria gentis.
 Hic pariter duris Caesar celeberrimus armis.

Consilijsq; Aualos referens, Aragonia proles,
 Feruet in Othomanos, virtute accensus auita
 Hic Gonsaga ferox, toto clarissimus orbe,
 Carolus, horrendus nostrorum terror Eoum,
 Magnanima decus Ausonia, belliq; magister.
 Hic Serbellonus Gabriel, mauortius heros,
 Insubrium splendor, pietate insignis, & armis,
 Consilioq; potens inuicta fulminat hasta.
 Hic etiam decus illud adest, quod sapius audis
 Laudibus aeternis clarum super aethera tolli,
 Thyrrenum splendor, quin nostri gloria facti,
 Sforzjuz egregia nulli virtute secundus
 Paulus; & audaces fama deterret Asappos.
 Martius irradiat pariter praestantibus ausis
 Legnius Andraas, primoq; interritus Hector
 Assimilis, duris accinctus Spinola telis.
 Hic etiam clarus Lanota e gente vetusta
 Sulmonis Princeps inuictis Carolus armis
 Ardet in Othomanos; soloq; exterminat ore
 Fulmineo; tantum succendit pectora mauors.
 Parthenopes micat hinc splendor clarissimus almae;
 Magnanimum genus heroum, Carrassia proles:
 Quos inter referens supremum nomen auorum
 Caelesti pietate, sacrisq; Antonius actis
 Eminent, & nostros iam iam prosternit Achaeos.
 Nec minus insignis dextera diffundit honorem
 Fulminea, pacisq; bona, belliq; magister,
 Fernandus, Thraecum bello ferale flagellum.
 Assequitur fratrem Diomedis origine cretus
 Inuicti, famamq; aeternis laudibus aquat

Alter *Fernandus*: *Fratri simul amulus ausis*
Fulminat in Teucros, dextera Franciscus atroci;
Iulius egregijs & Horatius arma sequuntur
Iucaptis, signoq; simul Vincentius albo:
Semideiq; duces alij, clarissima magna
Gloria Parthenopes, veluti Spinellus, & ingens
Tolpinae, ac Musis, martiq; Toraldus amicis;
Progeniesq; altis praecleara Caraccia gestis,
Ingentes animis omnes, Pompeius, & ipse
Fulvius, inuictaq; insignis Horatius ore,
Fulmineq; pariter dextris, animisq; Raphael
Marrensis, Sarniq; Comes Vincentius vdi,
Venatusq; ingens Antonius, atq; superbis
Fernandus iaculis ardet Bisballus in Argos,
Taurel, usq; ferox, nec non Brancatius ingens.
Nos contra pariter Nolana gloria gentis
Sauit Ioannes, nec non Marcellus opimis
Threicium clarus spolijs, Mastrillia proles.
Accedit cumulus nostrorum cladis Eoum
Ereptus Cypri flammis saeuissimus ultor,
Infensusq; Casalis, & hic Maluezius extat
Pyrrhus, & Othomanis heu formidabile fulmen,
Exitumq; unus notus Romagassus Aebeis.
Quid repetam rabido succensos ore leones,
Fulmineasq; patres Venetos, quid martia corda
Belligerum iuuenum? captis fortissima magnis
Pectora testamur toties experta ruinis
Edonijs, nostroq; cruore fatebimur omnes
Inuictos, sunt si pacis, belliq; magistri
Insignes, verum gestis ingentibus alma

*Aufonia decus, & nostri clarissima sacri
 Gloria; Threiciumq; ingens fœlicibus aufis
 Vnus Obex, Latiaq; supremum gentis asylum.
 Et velut Alcides magnos, velut Heciores acres
 Fulmineis animis flammis, ferroq; cruento
 Terribiles, seuosq; tot experiemur Achilles.
 Nec minus insignis bello, dextrisq; superba
 Turba Ducum Genua præstantibus enitet aufis;
 Effera magnorum Iygurum certamina Patrum
 Testantur; quantum validis sit robur in armis.
 Tyrrheniq; adsunt proceres, mauortia corda;
 Innumeriq; duces alij, clarissima bello
 Pectora, fulmineo fulgentia lumina Marte.
 Sic ergo victus tanta stipante caterua
 Magnanimum heroum trepidanti pallidus ore
 Martius Aufriades fugiet; seu turpia nobis
 Pectora subijciet? spes ò damnabilis armis
 Threicium. qualis magno comitante deorum
 Iuppiter armipotens catu deiicit acerbis
 Terrigenas fatis; terrisq; inuoluit, & igni.
 Sic nos inuictò catu stipante profundens
 Magnanimum heroum deuictos funere perdet
 Inclytus Aufriades; nec spes erit vlla salutis.
 Adde; quod hos circum proceres florentibus armis
 Innumera patriæ varijs ex orbibus acres
 Effulgent acies, dextris, animisq; superbis
 Arcineta superos, Martemq; laceffere bello;
 Seu quas magnorum victrices Roma Quiritum
 Bellorum misit priscis assueta triumphis:
 Seu placidum Tybur, Gabij, Præheste vel altum.*

Abbaniq; senes, & Aricia, siue Velitra
 Magnanima, veterisq; memor Lauinia sponsi,
 Ardea, Sacraniq; Patres, aut saxea Corne,
 Aut Anxur, gelidusq; V fens, seu Setia, siue
 Priuernum; durisq; truces de montibus adsunt
 Vndiq; quos Frusino, Verula, vel Anagnia misit,
 Numentumq; vecus, Trebij, veteresq; Sabini,
 Siue Reate rigens, gelidis seu Nurtia ripis,
 Osricalum, furuoq; simul circumflua ponto
 Nagnia, seu pubes Amerina, vetusq; Tudertum,
 Seu Spoletinos colles, & mœnia seruant,
 Flaminijq; forum, sacramq; Subasidis urbem
 Chordigerum prolis fama super æthera notam,
 Aut te romano clarum, Trasimene, cruore,
 Sentinumq; ingens, Gossam, priscumq; Tybbernum,
 Seu quam Musa colit, nec Mauors deserit urbem,
 Ispellumq; bonum; seu tecta Camertia spectant;
 Seu quos tauriferis miserunt à montibus Vmbri,
 Firmaniq; Duces alacres, Castrumq; vel Vrsa,
 Asculeiq; senes, seu sacra Potentia tectis
 Virgineis, nostrisq; aduersus fluctibus Ancon
 Illyricis; & qua ponto dedit Andria nomen:
 Picenaq; ora, montanaq; mœnia clari
 Urbini, pubesq; truci Sempronia bello,
 Aluernaq; sacrum longè spectantia montem
 Aequora, seu nitidis celebrata Fauentia coppis,
 Fortunaq; sacrum, seu quos Senogallia pulchra,
 Corneliq; forum bellis instruxit acerbis,
 Seu Rubicon varius, prisci seu tecta Pisauri,
 Syluicoleq; vrbes, studijsq; opibusq; superba

*Felsina præclaris, seu quos, Hellema Rauenna,
 Seu Mutina generosa cobors, seu Rhegia pubes;
 Quosq; dedit sauis instructos inclyta dextris
 Parma Duci magno, seu quos Fidentia, siue
 Certatim fluxit præclara Placentia bello.
 Aemiliaq; duces multi, tum mœnia magno
 Cincta Pado, pubesq; benignæ electa Cremona,
 Ticinumq; ingens, ac victis inclyta Tuscis
 Mœnia Gallorum, scelicibus optima campis;
 Insubriumq; senes multas misere phalanges;
 Seu Larium, seu qui Benaci stagna superbi,
 Ascisiumq; bibunt, Teneron, Trebiamq; cruentam,
 Seu montana colunt, latis seu mœnia campis,
 Belligeri gelidas trans Alpes efferæ Galli.
 Quin etiam sauis inuictum Bergamon armis,
 Belligerasq; manus celeberrima Brixia velle
 Adiunxit, totidemq; dedit Verona phalanges,
 Phebigenumq; simul clarissima gloria vatam.
 Nec minus insignis validis Vincentia dextris
 Aere struit martem; magnisq; Antenoræ arces
 Palladiæ seuas pugna duxere cateruas,
 Brebitiumq; vetus, supremaq; mœnia Carnum,
 Illyricæq; vrbes, fontisq; extrema Timai
 Aquora, Tergestum, Concordia, siue Tridentum,
 Seu iaculis gentis fortissima corda lyburnæ;
 Indomitiq; simul duris de montibus adsunt
 Dalmatiæ iuuenes bello, Cræssaq; phalanges,
 Cydonio seuæ fundentes spicula cornu,
 Et profugæ Cyprium turma, multiq; Pelasgi.
 Corcyraq; patres; & diris Theutones armis,*

I nuietos

Inuictos quos lata ferox Alemania misit.
 Quid repetam validas acies, quas insula Cirni
 Effera, Frugiferisq; manus Inbusa viretis;
 Ingauniq; acres, validamq; Sebatia gentem,
 Ingentesq; animis proceres celeberrima magnis
 Ianua; terribiles acuit sub Marte ceteras
 Inuictis, lygurumq; propinquis consita terris
 Littora subueniunt; tutoq; Trigullia portu,
 Entellaq; sinus, Marcallaq; siue Boactum;
 Et quae prospectant desertæ mœnia lunæ,
 Alphaasq; coeunt Pisas, urbemq; liburnam
 Surgentem; viridi Feronia diua resultans
 Quæ luco, longè limosas despicit vluas;
 Marmorea; ferunt rupes; aut incluta luca
 Limina, subiectosq; colunt in montibus agros
 Lucenses; Tusciq; ferunt latisimæ campis
 Aequora Frugiferis; seu te, Cortona; vel oras
 Senarum placidas; seu quos latisimus Arnus
 Irrigat; aut Tusciæ extrema Biturgia campis
 Instruit in Teucros; seu te, Fascennia, seruant;
 Volsiniumq; bibant; paruo seu limine Tibrim
 Syluicola, seu te sinuosis, Aucula; ripis,
 Et ciminum, dirasq; acies Vetulonia pubes,
 Teclaq; Persennæ prisco præclara sepulchro;
 Sutrinisq; struunt populi, veteresq; Falisci,
 Et veij, volciq; simul, priscumq; Sudernum;
 Fulmineamq; dedit bello Populonia gentem;
 Iluaq; seu Corinthus, Pirgi, seu misit Agilla?
 Nec minus insurgit diris Aequicola telis,
 Vtiniq; truces, Marfi, iuuenesq; Sabelli;

Seu qui Carsolos, Pennam, Beretramq; Capramq;
 Cliternumq; tenent; Amiternaq; mœnia seruant
 Aspera; seu Sora, Sulmo, priscumq; Teate,
 Seu quos instruxit sauos Aefernia telis;
 Angolus, Anxanum, misitq; Atina, vel Orton;
 Aut qui prospectant Cassini culmina magni;
 Fundorumq; lacus, seu qui pulcherrima seruant
 Littora Caieta, rapidi seu flumina Iyris,
 Aruncaq; serunt colles, veteresq; Flegellas,
 Pulchraq; qui vertunt fecundo Massica Bacho;
 Teq; Phalernæ, colunt; Sidicinaq; tecta tuentur,
 Sapinumq; tenent, Tuscum, veteresq; Mutiscas,
 Venafrum, neq; non Boianum, & Clusia rura.
 Mille fruit populos, clarissima lumina belli,
 Frugiferis longè scilix Campania campis.
 Mille duces alacres inuictæ pectore misit
 Inclyta Parthenope toto celeberrima mundo;
 Et Capuana cohors claris micat effera gestis,
 Vulturniq; truces, populiq; Atella ferocis;
 Quosq; rigat Clanius, gelidisq; Acherusia ripis
 Lurida, conueniunt; animisq; elata superbis
 Belligerum iuuenum succendit Nola cateruas.
 Viniferiq; jugi soboles, simul accola montis
 Virginæ, Sarniq; manus, Stasiaq; Cauaq;
 Quiq; habitant Capreas, piscosaq; rura Dicarchi,
 Et Prochiten pulchram, magniq; sepulcra gigantis
 Innarimem, seu Theleboum, vel amœna viretis
 Surrentina tenent, densis seu consita muris
 Littora Picentum, collapsaq; tecta Salerni,
 Montaniq; truces centum struxere phalanges;

Samniteſq; feri dextris, magniq; Taburni
 Accola fulmineus, nebulofaq; mœnia Regis
 Aetoli, belloq; furens Irpinus, & Arpi
 Siue Ferentani, ſeu noſtris diruta flammis,
 Seu ſpoliata viris nuper ſeu mœnia rebus;
 Frugiferiſq; acies inuiſtas Daunia campis;
 Garganusq; ſacer, ſeu quos rigat Aufidus undis,
 Conſtræctas etiam bis denas milite turmas
 Dit Salentino tantis Meſſapia captis,
 Et lupia, noſtriſq; aduerſus fluctibus Hydrus;
 Belligeriq; manus bello ſuccenſa Galeſi
 Aeſtuat, Argoliciq; fremunt generoſa Tarenti
 Mœnia; Mycilyq; ſerentes pulchra Grœtonis
 Aequora; quiq; colunt ſpacioſa Lacinia campis,
 Nauifragiq; tenent Scylacai littora ponti;
 Syluicolæq; adſunt, duriq; cacumina montis
 Aſpera ſeruantès paſſim, ſeu lata ſecundo
 Aequora cœlorum tractu, ſeu mœnia Graij;
 Cœleſtiq; legunt ſyluas liquore profuſas;
 Belligeriq; Styli dextris generoſa iuuentus
 Eminent, & circum cœlo ſœlicia rura.
 Cauloniſq; arces, & gens aſperrima ſyluis
 Ingruit; ac claro ſuccedunt pectore Locri;
 Rheginaq; acies; diroq; obieſta Peloro
 Brutia terribilis, præclaraq; corda Vibonis;
 Iotaq; conſurgit bello gens Brutia ſauo
 Aſpera, Graiugenùm ſœlicibus amula geſtis,
 Aeternumq; nitens magnis Conſentia captis.
 Iotaq; ſanguineo ſeruet Lucania Marte;
 Et diras acunt acri certamine turmas

Blanda ferax Sturniq; truces, littusq; Velinum;
Comp'saq; Terribilesq; Vlci, validumq; Grumentum,
Et Pastum, longoq; inuecta Potentia cliuo.
Quid memorem Siculos, fulgentia lumina belli?
Quasq; tulere manus? magni nam clara Panormi
Mœnia mille viros, totidemq; vrbs alma Pelori,
Terq; instruxit Eryx centum, totidemq; Pachinni
Littora, fulmineusq; Agragas, mitisq; Malimnus,
Florigeraq; Hybla populi, veteresq; Salina;
Flammiferaq; tulit validam fortissimus Actna
Armatam facibus dextram, ferroq; cruento
Accola militiam, sociosq; adiunxit Alasa:
Totaq; nos contra feruet Trinaeria bello.
Ardentes alij populi præstantibus ausis
Tot validos misere duces, iuuenumq; phalanges;
Ductoresq; alij, stimulat quos dira cupido
Christi idum nostris vlsceri funera fati.
Hi vertent ergo, vertent pauitantia terga,
Deuictasq; manus, inuictaq; colla reflectent
Nescia deuinci, solo nisi fulmina mortis.
Sic flos Ausonia magna, sic rotur Iberum
Threicio Graijs clamore fugabitur oris.
Fœlix è simium fœlix inuict: deorum
Consilij, ferroq; potens Solimanne superbo,
Fropenes aiuum, noscens inuicta cruento
Pectora Christi adùm bello, dextramq; Quiritum,
Threicias cæcis reuocasti à morte phalanges.
Haud genitorum minor bellum committet acerbum
Austriades; nec sunt vires in bella minores
Christigenũ; quanquam numero sũt agmina magno

*Threicium maiora, truci sed Marte minuta.
 Haec fors an, socij, visum tam prospera rerum
 Tradere fortunae plus est, seruisse repertum,
 Quam quassisse novum. bello committimus vni
 Imperium Thracum, partumq; labore triumphum
 Ingenti, tantoq; parentum sanguine terras
 Quasitas. varias tulimus nos quanta per oras
 Christieolum bellis confecti, ingentia versis
 Diruta testantur latiorum mania muris,
 Sanguineaq; neces, simul haec mea vulnera, Patres.
 Et nunc haec ausu iuuenili perdimus vno.
 Hoc importunum bellum cum gente deorum,
 Inuictisq; viris, socij, vitemus, & arma
 Effera Christieadum; quos non deterret imago
 Mortis; nec timor inuertit; quos nulla fatigant
 Praelia, continuusue labor, quod tela retractent.
 Mitto; quae Cypri nuper sub manibus altis
 Ausonia dextris inuicta exhausta superbis
 Corpora Dardanidum, damnisue extetrta magnis
 Agmina Threicium. fuscis iacet inclytus armis
 Penteus, inuictisq; animis diuinus Amycles,
 Et Carames ingens, & vasti corporis Axus.
 Lumina tot cecidisse ducum sub Marte superbo
 Vidimus, & luctu confectos undiq; Teucros.
 Et rursus nostris optamus praelia damnis
 Aduersis. (heu leua virum mens) impia fatis.
 Olli sublacrymans, vocem compressus anhelantem
 Singultu premit ingenti; mactusq; recumbit.
 Finis Lib. Decimus sextus.*

F. P E T R I V I L L A R O E L I S S T Y L I T A N I

Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

E C H I N A D V M N A V M A C H I A E .

Liber Decimus.

A R G V M E N T V M .

Prosequitur consulta senex; variumq; repente
 Pandonius strepitum sedat; bellumq; superbum
 Imperat; auxiliumq; refert: struit ordine naues
 In pugnam; pariterq; instructam in prælia classem
 Imperat Austriades plenis procedere velis.

Interea surgit vario per tecta susurro
 Regia bellantum fremitus; procerumq; caterua
 Scinditur in variis animo mæstissima partes;
 Obtutusq; hæret, secum quamplurima voluens:
 Cum rursus senior lacrymis effusus amaris
 Attollens oculos, mæstissimus ora resoluit.
 Huc equas magni proceres aduertite mentes:
 Cernite, quidquid id est; dum fors incerta superstet;
 Fertq; refertq; vices, & habent mortalia cursum.
 Siqua tamen sensu expertæ prudentiæ menti,
 Siqua fides, animum dictis intende benignum,
 Inclyte Dux Thracum; lapsis & consule rebus.
 Hoc unum rursus repetens, iterumq; monebo,
 Acres esse viros, genus insuperabile bello;
 Inuictaq; deum martem cum gente gerendum
 Terribilem. fatiis olim nec victa proteruis

Vnquam

*Vnquam procubuit, magnifice exterrita, damnis,
Excidio gens ista suo fera bella reliquit.*

*Et fortuna simul nobis, & pontus, & aether,
Insydiaeq: Cyprum contra, magnoſq; latinos
Pugnarunt; bellumq; tamen sudore peractum
Sanguineo, multo nobis Salamina parauit.*

*Haud cœli, fortisq; sudes, nec Marte frementum
Christigenum nostris tentanda est fluctibus ira.*

*Nunc age cede malis; tantoq; absiste tumultu,
Bellorumq; minis paulum, fatisq; malignis;*

Hostilis donec doceat fortuna potentem

Victorem: forsane lux inimica propinquet.

Penarum satis exhaustum, mistiq; cruoris;

Hyriadum cades ripis, Grataq; recurset.

Sunt tibi regna manu forti, sunt oppida multa

Fortunæ quæſita piæ ſœlicibus auſis;

Auſoniaq; manes ſpolijs tot gentis onuſtus.

Multa dies, belliq; labor variabilis vnquam

In peius retulit, pluresq; alterna reuiſens

Deluſit, primoq; loco fortuna remouit.

Communemq; timere deum, memoremq; malorum,

Auerſamq; iubet cunctis Ramnuſia frontem.

O quoties nimium conſiſos culmine rerum

In præcepſ repulit: quoties aduerſa repente

Inuoluit diro ſœlices turbine mentes.

Me miſerum: quàm præcipiti labentia caſu

Sæcula decurrunt, varioq; inuecta tumultu:

Alternasq; vices referunt. quis crederet vnquam

Innumeros paruo Perſas mucrone profuſos

Argolico, magnumq; effuſum Marte Crotonem

Locrorum minimo ? seu res aspice bello
 Sapè pater varias, variamq; intendere sortem.
 Nos infelices quanam fortuna quietos
 Sollicitat bello ? tantis quæ tristior ira
 Exagitat monstros, certoq; accumbere letbo,
 Exitioq; Phrygum valido sumus aggere septi.
 Undiq; murorum; nostroq; in litore tuti;
 Totq; acies errant circum, validaq; phalanges.
 Conseruare rates, partosq; labore triumphos,
 Possumus, imperijq; decus, regnumq; beatum,
 Tantarum donec teneas clarescat in auras
 Armorum sonitus, præsentaq; fama triremum
 Christigenum: dextris tunc vera lacessere bella,
 Fas erit, aduersoq; omnes concurrere marte:
 Et nos præcipiti properamus gesta ruina
 Inclyta; nos ultrò fati committimus atris.
 Sed nec longa mora venient dispendia belli;
 Affligent vè diu suspensam tempora mentem.
 Haud quater Oceano Phæbus consurget Eos;
 Cum venient (dat fama fidè) per Bekinadas va-
 Sed nec longa diu nostris mora detinet oris, (das.
 Errantesq; salo; dum saeuus asperat undas
 Insurgens aquilo: Latij nec puppibus atroc
 Sternitur Iouium; diè cincta Ceraunia nimbis;
 Aut desinit Athas. sin nostris aspera ripis
 Intercludet byemi; nostras nos undiq; bello
 Abstulimus terras; fracta seruire proterua
 Sic victi manibus flectent sublimia nostris
 Colla duces, spolijq; rates onerabimus omnes.
 Si tamen hyberno maliti sydare classem,

Aduerfis optant aquilonibus ire per altum;
 Harrida tempestas crudelibus obruet undis:
 Hæc equidem petit bybernum spectacula tæpus.
 Sic nos disiectam per tot discrimina classem
 Aggressi ferro, pauidam populabimur omnem.
 His ætis, fati, q; deum tutissimus almis,
 Hesperia genus, & Gallus, & Romamq; superbam
 Inuades victor felix, totumq; sacratis
 Othomanum poteris submittere fuscibus orbem;
 Et famam celo claris equare triumphis.
 Aeternam, gestisq; ingens extendere nomen.
 Interea varios casus expende futuros
 Consilijs, linquens iuuenilis capta furoris;
 Dum doceat fortuna, sacro quid Marte gerendū.
 Ista, licet, te nunc senioris voce moneri,
 O Princeps: tamen assequimur tua iussa libèter.
 Talia præstabat mestissimus ore Mamettus
 Grandæuus senior, lacrymasq; addebat inanes.
 Hæc eadem Portanus habet, Phariusq; Siloccus,
 Expertiq; ætate senes. Sed cæca furore
 Consiliam sæuo inuentum violentia spernit.
 Bella oident; martèq; vorant; pugnamq; lacessit
 Certatim, dictisq; senum consulta retractant;
 Cordaq; longæua damnant effæta senectæ;
 Precipitiq; acies exposcunt bella tumultu;
 Instaret veluti scelerum vindicta priorum.
 At conuersa cohors procerum poscebat; ut armis
 Cederet; & ceptam ventis committeret atris.
 Plurima diem suo tristicium corde volutans,
 Flebat triste nefas (heu iuens præsaga malorum).

Fit

Fto. strepitus; magnusq; furit per tacta tumultus
 Dissensu vario: saeva aru turbare pontum
 Exagitant varium discordes aethere venti.
 At si forte caput cum patre extulit vnda
 Flauicomum; magnaq; iubet subsidere sceptro;
 Ocyus adsistunt omnes; & iussa faceffunt
 Vnanimis, motosq; student componere fluctus.
 Haud aliter se se turbata mente ferebant.
 Threicy, varijs agitati pectora curis.
 Ast ubi magnanimus solio costructus eburno
 Pandonius, dextra, dictisq; silentia iussit;
 Conticuere omnes: placidum lumine vultus
 Verba mouens, premit in gremio sub corde dolor
 Coniugis, & laesi praesertim iura Sabae.
 Ante quidem (fatur) dare statuisse suprema,
 Fas erat; & varijs tantum decernere bellam.
 Consilij, martisq; atrox expendere casus;
 Quam cum bellam manus posset; martemq; laceffit
 Hostis, & ante oculos succendit fulmine pugnam.
 Et nos indecores nimium, magnaq; priorum
 Degeneres fama, martem fugeremus atrocem.
 Oblatum: pudet Othomanos dare terga pavore;
 Obtutumve fuga bellam, carisve paternis,
 Aut vitare metu; proprio qui praelia letbo
 Exposcunt; totoq; truces bellantur in arce;
 Victoresq; premunt mundum. Sic desine tanto
 Care. Pater, strepidare metum: ne quare profecto;
 Quem finem portenta ferant. Ego poscor ab alta
 Ad bellum: noster manifesta lumine vates
 Visus in obscura martem succendere nocte.

Hortantes huic adde deos; nec somnia fingunt
 Ista mihi monitus, vel amor in bella ruendi;
 Sed superi iussis urgent; ratioq; suadet
 Certa mihi bellum. vultu mastissimus ergo
 Neu vanos mihi finge metus: nam talia fors an
 Frigida persuadet, belloq; effata senectus.
 Non hoc consilijs, non hoc authoribus astis
 Tempus eget. Princeps iussis non mollibus urget,
 Agglomerare manu, duraq; incurrere ferro;
 Quis iubet Italiae proprijs invadere ripis.
 Ignavae ne putas Teucros, Sariaeq; phalanges,
 Ausonias quoniam vento non currimus undas
 Romulidaeq; urbe contra non stringimus arma
 Tempus erit. magnos discrimina magna triumphos,
 Non fuga, Threicijs geminant: celsisq; trophais
 Colla catenatos magnos ni ducere Reges,
 Vile decus censent Thraces. iucundior ergo
 Sit tibi cera deum, genitor, sit visere templas;
 Et lingua animo iuuenili bella gerenda.
 Sunt etenim nobis inuictis pectore plures
 Semidei proceres, fulgentia lumina mundi,
 Ingentes animis; valido sunt agmina bello
 Inclyta, Threiciaeq; Macedoniaeq; phalanges
 Fulminea, magniq; daces; mauortia corda;
 Innumeraeq; rates; numero superamus & hostes
 Ingenti; nec dijs nobis, nec viribus aequi
 Christigena miseri tentant hac vltima bella;
 Et reru, vitaeq; quibus suprema reponunt. (stas,
 Nun nouus Anchiloch? Teutris hoc Marte super-
 O genitor? iuerint magni num Taurca Thraces?

Num Mynijs animo sumus inferiora secuti,
 Clavigeroq; deo belli virtute secundi?
 Sunt iterum latij dextra Lestrigones acri;
 Aenaisq; furunt siculis Cyclopes ab antris?
 Sunt etiam nobis victricis fulmine clava
 Amphyrioniadæ magni, generisq; superbi
 Monstrarum clara: domitores pondere dextræ.
 Nec talem vindex succendit Græcia martem;
 Nec Perse, nec Roma parens, Pharijsq; Secostis;
 Qualem Bistonij proceres, valideq; phalanges
 Edonia, Graiæq; gerunt, & pectus Eoum.
 Quid seuis etenim bellis præstantius unquam
 Agmine Threicio; gelido seu surgit ab Hemo;
 Aut Abdera dedit, furijs seu misit Orestæ,
 Aut Aenon, Bassiq; truces, seu Bistones acres,
 Bisaltæq; manus, Bizen, seu fortis Aristus?
 Non acies sunt hic forsân; quas Ismarus ingens,
 Quas Rhodope, misitq; Gabrix, ucerq; Doriscus,
 Strymonijq; patres, Ciconumq; inuicta propago,
 Pangæusq; sacer, Calibe, Thasiq; superbi,
 Aut Iissus, seu Pympha ferax, aut asper Olynthe;
 Quiq; bibunt Hebrû, Nestû, rapiaâq; Cecinnû,
 Euenumq; ferum, sacra q; Oeagriadas undas?
 Sunt hic inuicti inuenes; quos efferus atris
 Rupibus Orbelus, Brisson, misitq; Perynthus,
 Seu Celes, seu Stryma ferax, validiq; Podargi,
 Aut Sython, Macedoq; simul, tû Cænica prisca,
 Fulmineo vel Nypsa potens & Heraclea ferro
 Osbrysiq; tulere duces, magniq; Selymbri;
 Sive Mefambriaci, vel atrox Marasbonia bello

Bosphorus, inuictisq; ingens Byzantion armis,
 Mantiniq; truces animas, aut efferus Adona
 Quid memorem sarisos magnos, fortesq; cateruas
 Aemonias; seu quos bello misere Philippi,
 Lyncestaq; feri, diro sua fada cruce
 Phlogra gygant eos, fauus, seu terror Bonm
 Pella vinum, vel Cydnafraax, vel Amatiacūpis
 Tauriferis, aut altus Arbos, seu pulcher Olympo
 Quiq; colunt Bullos, Pbiscaq; humilēq; Tarissā
 Pollenemq; sacram, seu te, Capdania, feruunt,
 Tantalidisq; sacro lapidose praedia busto,
 Amphipolisq; ferunt agros, Offiq; vireta;
 Siue flagyrite pulchra in tritonidis urbem
 Palladis obseruant; Berea;q; protulit utrae;
 Lychnicus, aut Icano bello, pauperq; Misetas;
 Siue Chidorus aquis, placidis aut Axiacundis
 Irrigat, aut lyncestis agro demissa amano
 Nec minus insignes inuicto pectore tellus
 Tessala commisit iuuenes, & martia corda
 Ducorum; seu quos bello Larissa superbo,
 Stirpis Achillea sobolem, latiq; flagellum,
 Asbotusq; ferox, & Atrax, & Cinna, Lytaque,
 Asterio, Dolopesq; truces, seu Ptidus, & Othrys,
 Siue feri Lapitha, Lorton, Mynijq; superbi,
 Myrmidonesq; alacres, Cedno, seu mist Ithomes,
 Siue Calestra dedit, placidisq; Antonia campis,
 Peneusq; sacer, famuli seu Pasoua Phabi,
 Centaurisq; truces, viridisq; Liberba, vel altus
 Pelius, aut Phastus, vel Enipeus horridus amnis
 Siue Pelethrony, vel Anonros, & incluta tempa
 Butro.

*Butbrotumq; dedit, Lacmon, seu vinida quercus
 Dodone; vel Apollinea tulit aedera ripa;
 Seugelidi Mysii, rigidiq; sulcare triballi,
 Vel lixea vetus, veterisq; Achelous amoris
 Vltor atrox; aluitq; oris Aracynthus amans.
 Nec Tapbias^o abest, nec qui Calydonia pererrant;
 Leucatemq; serunt, nec quos Maccinia bello
 Efferuēs, aut quos placido tulit amne lycormes,
 Perrhabiq; truces, & atrox Xaupact^o, et omnis
 Naricius, Lacri, ferroq; Aetolus acerbo.
 Neo defunt armis inuictō pectore Graii;
 Quos Arnussa dedit, sacroq; Helicone profecti;
 Siue colunt Meropē, Rhānum, Suniūq; Pylūq;
 Callithoemq; bibunt, Dircē, Lernamq; paludē;
 Aut sperchius aquis rigat, aut Langia benignis;
 Quiq; colunt elaram cāpis Marathona cruētis,
 Aut te, Nicopolis, seu doctas Palladis arces,
 Dyrceumq; altam, clarisq; morantur Amyclis;
 Bessaq; , Parnassusq; sacer, fortisq; Larymna,
 Mygdoniaq; acies, & Opuns, & Pierus ingens,
 Castakidesq; manus, validiq; sequuntur Hiātes;
 Aut quos Antbedā, celebratq; classibus, Aulis,
 Ascreaumq; dedit, Delphi, viridisq; Cytheron,
 Ausoniaq; arcus Laticos, & Sylua sacra
 Aonia, vel Acidaliū placidissima sedes;
 Nec Cephisus abest, aut Asta, vel Ismenus ingēs,
 Siue Meduseis Aganippe clara triumphis,
 Aut Tisbe, Magaraq; ora, vinidisq; Creusis;
 Seu quos prisca patens bello commisit Achaia;
 Messeneq; aluit felix, veteresq; Mycena,*

Oleniq; patres, Nemeaq; horrentibus umbris,
 Sive natus Tegyæ, monstraq; horrenda Cleones
 Aequora, Pireneq; ferax, placidumq; Liebeum;
 Seu quos Gyrrha potâs, & quos Tramefia rura,
 Aut quos Maleagrus alit bello, seu mantia Pleu
 Menaliq; tulere duces, proceresq; Lycæi, (ron;
 Et formidata nautis gens dura Malea.
 Sunt etiam, quos Parthenius construxit, & ora
 Parrhasis, aut Elis, seu quos Stymphalides undæ
 Lyræusq; amnis, Ladon, Lusiusq;, vel ingens
 Innachus, Eurotasq; sacris placidissimas undis;
 Aut Talphussa ferax, Ephyre, paupq; Momani,
 Oebaliusq; rapax, & quos Cyllensia proles,
 Aut Erymanthus atrox mōstris, aut efferus alti
 Accola Taygeti, Cene, seu putebra Methone
 Aenariusq; lacus, nigro seu Tamarus ore,
 Aut Argos, scopuliq; Afines, validiq; Lacones,
 Sive Tarapna a felicitia rura Tyestes;
 Aut Trezē, Myntbesq; ingēs, Syciorq; nefand°,
 Permessusq; sacer superis, forteq; Tolandi;
 Innumeriq; duces ali; quos inclyt a bello
 Grecia, dispersaq; sali tot gurgite nostri
 Cyclades, et Lesbos, ripisq; Amarintb° amenis,
 Messapion, timidusq; Lydas, Calcisq; superba,
 Et Patbm°, Myconeq; Parosq; et Cynsbia rura,
 Et Colophon, Naxos, nec non Vulcania Lemnos,
 Et Clarius, Scyrosq; atrox, & parva Seriphus,
 Sive Chios, tum clara Rhodos, viridisq; Danyssa;
 Innumeraq; alie, mōstis quas abluit undis
 Aegæus, validas bello iunxere pbalanges.

Nec

*Nec desunt proceres inuictō pectore magni
 Boi; seu quos Calcedon misit, & ingens
 Mazaeum; struxitq; Acone, seu nutrit Amaxa,
 Seu Nicaea ferax, Polime, seu Prusia clara,
 Aut acres Compusa viros, aut aurea Crysis;
 Vel Lyrnessus alit validos, vel seruat Alydos,
 Mermess^o, seu Tymbla dedit, placid^oq; Neadr^o;
 Vel Simoenta, bibūt celebrataq; flumina Xūthi;
 Aut Segaea colunt, Rhetaeq; littora pulchra;
 Sangariusq; dedit, seu quos Berecynthia mater,
 Ideusq; pater noster, vel Dyndimus almus,
 Sargeisq; patros, Poltae, validiq; Cadurni,
 Andria, Mentalijq; duces, & Symnada clara,
 Et quos Antandros, Latifq; Euterpia campis,
 Meanderq; pater, Tralles, seu Pindarus ingens,
 Sive Lycheus alit, vel Odeffus, & vnda Caici;
 Argieq; truces, Calpis, vel iunxit Amazon,
 Et leleges, & Syrna ferax, humilifq; Criassus,
 Ac Birgylla potūs, Pbyscus, pauperq; Bubassus;
 Tū Marmussa ferox, & claris Salmacis undis,
 Et Laemus magnum Phabes testatus amorem:
 Ionijq; patros bello misere superbo
 Mille viros, seu quos Epbesus, fortifq; Priene,
 Miletusq; potens, Clarij, vel Gryna, vel Axon,
 Seu Colpe, seu Smyrna dedit, placidusq; Lebed^o,
 Vel Leuce, Mycaleq; trucesq; sequūtur Abātes
 Inuictusq; Cytex, bello quos Timolus acerbo,
 Aut Agatyrfa tulit, Mallos, vel Amaxia prisca
 Goriciq; senes, Pinarus, Cydnusq;, vel Issus,
 Andric^o; aut Calicadr^o alit, viridifq; Magass^o*

Termessusq; asper, Tharsus; pubesq; Siagra,
 Marsya seu deflens, vel quos dedit aureus amnis.
 Quid repetā lydos, validisq; Paphlagonas armis
 Inuictos; Hypepas, vel quos Phyladelphia misit,
 Minnedus, aut Torne, vel Sardi, siue Caysteri?
 Quid memorē Tyrios? lyciosq; in marte superbor,
 Sydoniosq; duces, seu quos feritate Lycaon
 Nutrit antiqua, vel quos adiunxit Araxes,
 Cappadoseq; alacres, Galatbas, Calybesq; cruentos
 Aut Cares, rapidūq; lycū, mitēq; Lalassim, (tos,
 Carmanēq; trucē, Pitānemq;, ferāq; Chimera?
 Agmina quid ponti referam, seuosq; Tomitas,
 Siue Getas, Gbolchos, Agatyrfos, siue Gelonas,
 Armeniosq; feros, extremaq; regna Nypbatum,
 Pamphiliosq; viros, aut seuos Meonas armis,
 Iconsumq; vetus, nostra placidissima genti
 Prima quies, & ubi per mille pericula vecte
 Surrexit regnum cælo sublime secundo?
 Inuictosne truci sileam, ferroq; cruento
 Phœnices, seu quos Libanus, seu misit Ieppe,
 Azotus, Cyrrhus, Tripolis, seu magnus Orontes,
 Seu quos Callinice, Nerabus, felixq; Damascus,
 Siue Syros, seu quos iunxit Carmelus agrestes?
 Niligenas sileam; seu quos Pelusia tellus,
 Vel Casij culmen Romano nabile busto,
 Seu quos misit Osyris atrox, diuesq; Canopus
 Prisaq; Memphis alit bello, sterilisq; Siene?
 Nyfiadasq; feram diros, sacrosq; Sabæos,
 Barceosq; truces spolijs, Solymosq; nefandos,
 Cyrenēq; glacrem, Nabatheas, regna, vel acres.

Cyni-

Cynipidos, Pyllosq; feros, Maurosq; truentos,
 Cretulosq; uagos, animisq; furentibus Aphros;
 Tunisiosq; viros, & quos dedit Vitis bello,
 Bragada, seu Salda, seu notis Abiluripis,
 Et quod vicinam surgit Canamantibus agmen,
 Nū t'cedant, quas modò mēs nō suggerit, orbis;
 Inimicosq; acies, totus, quas ingerit orbis.
 Auxilio, pauidas dicam iam vesper olympo
 Ante diem clauso tollet; quam dicere turmas,
 Fas erit, Othomanosq; duces: si militat ether
 Othomanis ergo; si fata, & dedala tellus.
 Accendant balta, fugiant tot lumina mortis,
 O genitor cedant signis victricia victis.
 Agmina Threiciū tut nunc comitantibus armis,
 Et cernam viuas, magni victricia mundi.
 Prosterne campis falcata insignia Phœbes,
 Fedariue fuga farsan, turpiq; timore?
 Hoc decus Othomanū? talis nū Marte triumphus
 Teucrorum; quemserta fuga decorata coronant?
 Hic meus altus honor? talis mea gloria felix.
 Ad feros demissa fuga candore nepotes?
 Ante mibi pontus, vel tellus ima debiscat,
 O socij, vitam magno sacremus honori;
 Et, quod Threicios decet, hoc in Marte geramus.
 Cetera dijs nobis, si uult & fortuna secundet.
 Ingentes animis bello cecidisse, iuuabit;
 Et non iniectos turpi dare terga pauore.
 Sed nondum fugit nostras Victoria palmis;
 Nec desperatis in Martem currimus armis.
 His acti furis, & laudis amore superbi.

Ingentem celi plausum super aethera tollunt.
 Arma vocāt; martēq; canūt; pugnāq; laceſſūt;
 Audaciq; iubent turbae fera bella tumultu.
 Roſtratas olli ductores ordine naues
 In turmas, martemq; ſtruunt, & milite cōplēt;
 Effulgentq; auro longè tunc carula fuluo,
 Et peltis; Dorisq; baſtilibus horret, & armis.
 At maſti, muſſantq; ſenes; & triſte ſequuntur
 Flatibus angurium maſtis: ſed iuſſa, ceſſunt.
 Docta Iouis ſoboles, ſeu te Parnaffia rupes,
 Senſemus Aſteria viridi complectitur umbra,
 Calliope memora tantæ mihi nomina claſſis:
 Nam tantis præſens vidisti prælia ceptis.
 Principio Pharus ſeuæ clariffimus Hydra
 Agmē agens claſſis dextram, ſecat alta Siloccus
 Corniades: Caſius Caracæ ſuccedit, & ingens
 Inde Canopeus Sarafus; Giaſerq; Cabreus;
 Mondſciusq; Ofman: Peruis Peluſius illum
 Proſequitur, dextraq; inſignis Oſyrius acri
 Caſſopolis; propè Lagæus ſubremigat Ocean:
 Dreuiſus ſequitur crudeli Marte Parathon.
 Baſſius inde Sinan ſeuus clariffimus armis
 Cyrrbæus ſuccedit; & huic Gabaleus Ofman;
 Baſgilius Delis, ſequiturq; Gadartius illum
 Dandaganus; Caſleſq; Azotius; inde Iuſuffus
 Aradius; Magiarq; Iuſuffus proximæ alter
 Iconius: propè Barceus ſuccedit Hidrus:
 Aſſequitur Muſtas Agatyſus, & tneby^o armis
 Vermigiſus Boſtreus, et inde Larāder Amattus:
 Hinc Marmæ^o Hidir^o atroc; Salymanus et idæ

Mar.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS. 557

Marteius sequitur, iuxta Tarninus Hibractin;
Mymnedius Sciaban, Celebisq; Perintbius una;
Inde Sinan Lydus remeat, Lyciusq; Caranus;
Meoniusq; Sachas pontum fecat equus Iaran.
Diuius it iuxta Phyladelphius; inde Solaccus
Bassius; Arnausq; Cylex, & Aneius una
Mammius; Ambraciusq; animo Scädētius acri;
Proximus it Clarius placidis Luchmagi^o undis
Bardatus propè Colpæus; Bagdattus Amaxus
Assequitur; ferus Allibius succedit Alanus;
Brusalius sectantur Arabs, & Baldius Accas;
Hūc Tymbraus Agata; Sinā Cyrtheius at illū
Insequitur, Samiusq; Gierius; inde Sabæus
Murattus, ferroq; ingens Ampeius atroci
Callipius iuxta; Morulusq; Basinnius olli
Succedit; remisq; Athomeius equat Hidirus:
Daruius insequitur Charamādus; inde superb^o
Dormius Axonius, dextraq; Algais feroci
Smyrnius; Agdagius remis ferit Ifficus undas
Proximus; accedit lycijs Musata sagittis:
Assequitur Celebis Larius, Taterusq; Tanæus.
Gemuisus iuxta Lamius; Megrillius inde
Nypseus; sequitur Demirus Lacmius olli;
Pangeus iuxta Deruis, Tyriusq; Sinanus;
Psyllius hinc nigris succedit Asirgius armis;
Affius Iconius sequitur, Rhodiusq; Saroffus;
It propè Syrnaus captis Agdaggius almis.
Oglius assequitur Nabathæus; Prusius inde
Mabzurrus; proraq; accedit Amassius Osman.
Delius Idaus propior, Giaurius una.

Remigat

Remigat Ascreus; Tyriusq; in bella Nasuffus
 Aequat; et hunc Gadius Cimoggius; arctius illū
 Sindius insequitur; dextra Ciniggius acri.
 Ballius inde Capbarous, Trobbendius olli
 Succedit Davius, remisq; Gereftius atris
 Stitmius, auratoq; Caranus Hidiras Alumo
 Calpius exultans; Magiarq; Farbatus Achæus
 Prosequitur; remisq; Latus Carteiſus equat
 Annaus; pietisq; inſtat Cerintbius ornis
 Muſatus; diroq; furens mucrone Caſeppus
 Caruius; hinc Artemidius Suſeiriſus una.
 Conſilijs, dextraq; ingens ſecat ultimus ala
 Aequora Piſtorides Amarynthi^o ora Mamett^o
 Effuſus lacrymis; martiq; inſenſus acerbo.
 At ferus in medio remeat dux agmine primus
 Stemniades Rhodijs veniens Apſanus ab oris:
 Sygæus ſequitur Giafer; mox Leſbius Occus;
 Proſtunageſq; Tyanæus, Calaphaſq; Bithynus:
 Cinnæus iuxta validis laigiſus auſis;
 Aepæus ſequitur Dartius; Serbetcius inde
 Symmadius ſuccedit atrox; Carraggius illum
 Hydrius aſſequitur: paribus ſecat æquora remis
 Styrius Oceanus; ſimul & Nalbantiſus acer
 Parthenius: ſequitur diſcrimine ductus eodem
 Delius inde Farapneus, Giaferq; Moloffus;
 Belgiaſq; Neambreus; quem Cozius equat
 Cenitiſus; Galathuſq; Arginus; & inde ſuperbis
 Inuehitur feruens Pelleus Olicciſus auſis:
 Feruidus hinc Minius geſtis ingentibus Haſſas
 Inſequitur; manuſq; feris oſtentat in armis;

Quem

Quē modò consuluit Teucris: Sarafusq; Criassus;
 Proximus Almanus Gnidius; Quirreccius inde
 Cimmerius; Celebisq; chius; Magiarq; Siagrus;
 Hinc Giafer Pylus, Pymplaus Delius vna;
 Celenusq; Hassan; Sunius Carapieus; & ingens
 Succedit Rhodopes veniens à rupe Sinanus;
 Trosq; Charan; iuxtaq; ruit Peruisius vndas
 Nauplius; hunc nigra seclatur mole solaccus
 Cynthius, Oenopiusq; rubris Ballictius armis.
 Carpathius toruo sequitur Pazargius ore.
 Ballius Othrysius, nec non M antinus inheret
 Agdagius propior remeās; magnusq; Mamettus
 Pectore fulmineo feruens, iuuenisq; Seinus
 Lumine sydereo, teneras cui prima iuuentus
 Vix intexit adhuc flava lanugine malas,
 Progenies ambo magni Ducis inclyta Classis.
 Hos Osman iuxta Gryneus, Delius inde
 Strymonius; Balleq; Cous, Casaq; Sytheus
 Aequatis remeant proris; fortisq; Triballus
 Bagdatius; iuxtaq; feroci Haluaggius ore
 Meonius, duroq; insignis Marte Mamettus
 Lesbius. insequitur ducens in bella Phalanges
 Acciades ingens clara Postanus ab Ida.
 Magnanimus medio magna dux agmine Classis
 Pandonius nitida curuo sub imagine lunæ
 Signa gerens incedit Halys suprema superba.
 Abmatius sequitur Sarsum fortissimus auctor
 Illyricus; succedit Arabs certamine Mustas;
 Ascipolusq; Dolops iuxta, Thasiusq; Caranus.
 It propè Sythonius Brusius, fortisq; Salaccus
 Parra-

Parrasius; cui Carragius Cillenius baret;
 Thracius insequitur senis occurrunt armis
 Tramontana latus; iuxta Sulimannus Achæus.
 Delius Ogygius sequitur, Pbrygiusq; Mamet-
 Demit^o propè Nicenus, Cabijsq; Sicäber, (tus:
 Lemnius Abmatius: iuxta Peruisius inde
 Pindius accedit; validis mox efferus armis
 Dardaganus Larius: Giafer Messenius illi
 Succedit, Graiusq; Saab Deruisius una.
 Ballius hinc Megarus; sectatur Leptius illum
 Abmatius; Lybiusq; inuittus Marte Caranus;
 Rustanus propè Getulus succedit, & inde
 Oglius Hippinus, Scander ruit Aspius undas
 Proximus; assequitur Garapheius inde Mamet-
 Fulmineus iuxta Rector mox Affius alte (tus:
 Gallipolis; sequitur Sciacheius puppe Napea:
 Bassius instat Ithomæus; telegisq; superbus
 Succedit Mustas; acerq; in bella Selinus
 Menalius, gestisq; feroræ Scisbanus acerbis
 Cednomius, remeatq; loco Rhamnusus una
 Romeius; parilisq; secat lubumagus undas
 Scodrius, assequitur rostro Calanus Iuffus;
 Tenarius iuxta suprema Bogoglius arma
 Threiciũ remeat; sequitur Marathonius Osmã;
 Strimius inde Siman; iuxta succedit Odesus
 Derasius; validusq; Osman præstantibus ausa
 Neritius; sequitur dextra Giaferius acri
 Mygdonsus; fama, sumptisq; ingentior armis
 Dardaganus furit à magno demissus Orontes;
 Magna noua cui sunt Rome naualia cura,
 Agmi-

Agminis extremus medijs, Rectorq; trinumum.
 Inclytus à laeva ducens Caraboggius agmen
 Chaonius, celeri primus secat aquora prora;
 Actius assequitur toruo Calataius ore;
 Ismariusq; Chiuzellus, lydusq; Chiorus;
 Ignisusq; ferox succedit Opuntius inae;
 Lixius insequitur Cadamellius; inde Podargus
 Vstrafaganus atrox, Taulantiadesq; Morattus;
 Cummius Antbenius iuxta; fortisq; Pafanus
 Succedit lynesta; Nemaus Iaglius olli
 Proximus; accedit torto Pafmenius ore
 Cadmaus; sequitur Mycaleius Tascius illum;
 Aglius it iuxta Pbanix; Macedoq; superbus
 Carranus; mox Ismenius Syrzinus; & inde
 Maglius Alpheus; succedit Dascius illi
 Timnius; insequitur Cunginius ortus Enipi:
 Hinc Agathenus Hidirus; & hinc acerrimus Osmã
 Instat Abydenus; Pelteius Peruius inde
 Remigat; hunc sequitur vultu Cabodannus acerbo
 Sefsius; huic propior remeat Spartanus Amattus;
 Mindius hinc Giaser; succedit & inde Chiorus
 Lyrcaus; Clarisq; Pirinus; & inde Megarsus
 Iuzellus; rostro iuxta secat alta Ramazan
 Cimmonius; socius propior Callemnius instat
 Oebalius; Patanesq; ortus Gesmannius oris;
 Zumbuliusq; comes Samothracius; aequat & illum
 Nysius Hupridius, sociusq; Ithumisius Apher
 Pleuronius Sarmusa ferox succedit: & ipsi
 Calpitius Lacedemonius: Techedellius olli
 Caspius accedit: pictaq; Caicius orno.

Leptius; horrendaq; superbus Baglius hydra
 Thracius; hunc iuxta remeat Carraggius atrox
 Saldæus; sociusq; Charan sectatur Archivius:
 Almatius sequitur remis, Marpesia proles;
 Doricus inde Sinan; nigrisq; Agdaggius armis
 Marmaricus: scindit periles Belligius undas
 Derbius; horrendoq; comes furit ore Seinus
 Psyllius; Inachia sequitur quem puppe Perinus
 Tunisius læva remeat Deruisius unda.
 Hinc scindit tranquilla Nafis Maurusius alta:
 Curmius hunc sequitur Barcaus; it inde Ciacoba,
 Cuslius & socius Massiles; puppe Caranus
 Ocyali soboles martem pretendit, & auro.
 Succedit validis magnus Bellagius armis
 Calbius; it iuxta Phuscus Delius atrox;
 Prusius hunc bello sectatur Abazzius acri,
 Almatiusq; Accas; Cabriusq; Sciander; & ipsum
 Torua tuens Sciabanus Arabs, Nasiusq; Seitus:
 Inde Sinopæus succedit martius Assan.
 Camius hinc Falagas Phrigius, Giaserq; Tagasta;
 Bremius inde Chius; iuxta sectatur Isuffus
 Calcidicus, Tyriusq; Alman, fortisq; Cuplaus
 Brussanus: sequitur Carabitus inae lalassus:
 Emonius diro succedit Marte Cademus
 Proximus; inuisitq; ferox Carabeus armis
 Inflat Orestiades; Giaserq; Maeus, & inde
 Ferchates sequitur rostro stridente Butæus;
 It propè fulmineus mucrone Beoglius atrox
 Thebannus; dextraq; ingens Cyllenius Osman;
 Quem sequitur Perides Sardous; & inde Casumpæ

Dalbius; ast illum Talitaggius equat in undis
 Edonius, Celebisq; una de gente Napaa;
 Tattarus hunc toruo sectatur Amaxius ore.
 Vltimus Ocialus laui ferus agminis auctor
 Dux lybia populi tranquilla Suarius alta
 Remige precipiti, magna proscindit & arte.
 Succedunt propè subsidio; quò pugna vocaret,
 Triginta naues: inuictò Marte Dragutes
 Primus adest Pharius; sectatur Gaslius ipsum
 Dardanius, lyciusq; Hassan; ad lazius illum
 Abdula; mox Mynius succedit Alaggius Hassan;
 Hinc Cusses sequitur Samius; Tythereius olli
 Iuzeltus; iuxta prora Curtatius alta
 Cacoprius; Tyriusq; feris Sandaggius armis;
 Delius Aetolus; proprior Bardaggius ipsum
 Bistonius sequitur; succedit Darmius illi
 Mantinus; ferroq; furens Ephyreius atro
 It propè Brussanus; tanti mox Reftor Hidirus
 Agminis accedit sauis Cbius inelyius armis:
 Delius inde Cleonaeus, Mammusq; Seriphus;
 Troius hinc susamus remeat; lydusq; Cabillus
 Insequitur; Giaferq; Siagrius; Aeticus una
 Murattus properat; clarisq; Sariggius ausis
 Lampaeus iuxta: rostro Morus efferus undas
 Inde Peletbronius scindit; sauisq; Morattus
 Phasius; acceditq; Cylex Carraggius illi,
 It propè Murattus dextra lindosius acri
 Fulmineus; Phrygijsq; ortus Lunizius oris:
 Chaoniusq; Sinan sequitur; Bastaggius ipsum
 Naxius; ac gestis ingens Sulimannus, & arte,

Threicius placidas rostro secat ultimus undas:
Hoc Teucrum lata procedunt ordine naues:
Sed primo cuncti subsidunt limine portus:
Aura dum dextra surgant aquilone secunda;
Carteioq; ruat pelago defessus Apollo.
Ianq; ferè medium coeli detorserat axem.
Cœlifer; Oceanoq; ruebant sydera magno:
Cum placidus surgens a puppi ventus euntes
Threicias aquilo naues compellit in altum.
Olli letitia iactant super aethera voces
Bjssonij; dextrumq; salut int omnen Olympi;
Ac noua suppliciter venerantes cornua luna,
Decedunt: ventisq; iubent dare vela secundis,
Pralia iam certi, durumq; lacessere martem.
Interea validas acies conscendere naues,
Iusserat Austriades: classemq; à sede Thoarum
Deduci; sauosq; armis inuisere Teucros;
Et glomerare manum bello; Thraceq; superbos
Aetolis undis, propriisue inuaedere tectis.
Tu nunc, alma Parens, cuius sub numine sancto
Instructa bello naues, validaq; phalanges
Christiadum; famulisq; tua victoria dextra
Parta tuis, sacras spectans excelsa carinas,
Adsis; & tantas n. e. nora dignata triremes.
Ianq; suis portu lata fulgentibus armis,
Elatiq; rates procedunt ordine signis.
Principio laui fortissimus agminis author
Barbaricus placide tranquillis remigat undis:
Hunc iuxta Canolus munimine clarus eodem
Incedit, cunctis praefecti classibus ambo.

*Andreas sequitur fortuna insignia tendens
 Barbaricus; validisq; ferus Pirola sagittis
 Succedit; palmaeq; gerens sublime Riuallus
 Asequitur; trimanoq; acer Georgius ense
 It iuxta; Tassinus agit Delphinus in orbem
 Proximus; immistamq; leone superbus acerbo
 Poenicem Menganus habens, secat aquora roetro.
 Inde coronatam gestans in praelia dextram
 Drazzius accedit; sequitur Caneuallus amana
 Inde Iomellina; Roma fortissimus alma
 Sectatur Fabius, iuxta Tritone Caballus
 Inuebitur magno; geminoq; leone Fradellus
 Proximus asequitur rostro; monstrumq; superbum
 Inde Cleoneum claua secat aquora gestans
 Zaccus; & hunc rosea Marcus cruce praeditus alma
 Succedit; fertisq; euinctus virginis alta
 Christophorus sequitur; seuum mucrone leonem
 Fulmineo suprema ferens Franciscus in arma
 It propior; dextraq; potens Cornelius acris
 Christiger Andreas; sacroq; acerrimus inde
 Alite succedit praestantibus Angelus ausis;
 Pyramidemq; gerens bello sectatur acerbus
 Franciscus; dextraq; gerentem martius orbem;
 Aeternaq; notio vitae fulgore coruscum
 Puppe ferens Christum; precibus veneratus amictis,
 Inuisito currit Benedictus remige pontum.
 Armato succedit equo cum virgine pulchra
 Insignis; placidas sulcans Antonius undas,
 Surgentemq; gerens diuino lamina Christum,
 Innixumq; Cruxi dextra Fredericus amica*

*Assequitur Christumq; ferens mauortius alter
 It propè Christophorus, deuotus pectore puro
 Signiferum gestans sequitur Donatus Iesum;
 Hinc cruce fulgentem sacra certamine Phæbum
 Lerzius horrendo referens succedit; & inde
 Magdalem pulchro subnixam palmitè diuam
 Puppe gerens, placidis Ludouicus remigat undis.
 Euinctus sequitur sertis Abonalis acernis;
 Christiger inde feris remeat Cornelius armis,
 Inde resurgentem venerans Franciscus Iesum
 Sectantur; gestansq; rotam Mollinus amicam,
 Fortuna: Risolusq; accedit Horatius illi;
 Cui decorat sertis Euphemia diua carinam.
 Clauigero cali uebitur Franciscus amico;
 Fortunaq; lygur ciaris Aloysius ausis
 Prosequitur: iuxta succedit hinc Michael
 Brachia protendens; sacro secat alta decore
 Inde Bonellinus, fuluog; Leone superbus
 Christifer accedit Daniel, rapidog; sinistram
 Accipitri magnis subnixam viribus instat
 Lippomanus; purisq; inuixus Carbola palmis
 It propè Franciscus; gestisq; Antonius almam
 Palmiferam sacris gestans in puppe parentem
 Insequitur; magniq; æternum clarus Olympè
 Contarides Patris referens in prælia nubes
 Instat Ioannes; volucrisq; insignia famæ
 Innicus alta gerens, sequitur, tum virgine diuæ
 Sectatur latus Garzias prælia martis:
 Inuidia stimulis remeat Torriuius actus;
 Insequitur Quixada ferox; quem setus Ibero
 Aequat*

Aequat Morsettus diuo; cui clarus Eoa.
 Lumine sacro Patere Morgina superstat
 In latus; accedit rostro Baptista Quirinus,
 Puppe gerens mundi redeuntem à Marte salutem.
 Nec procul hinc Paulus fortissimus alite sacra
 Succedit: Marcus laeuis, celeberrimus ondas
 Vltimus aurifera proscindit puppe Quirinus.
 Proximus hinc medio remeans ex ordine primus
 Alta Lomellinus remis fecat equora Petrus;
 Paulus ubi gestis ingens Vrsinus auitis.
 Prosequitur croceo clarus Iouis alite magnus
 Cbesadius; sacroq; simul Gabrielis honore
 Angelus Illustris; dextraq; insignis, & hasta
 Hinc Bindinellus scindit freta certula Saulus.
 It propè Pelieranus atrox; ubi martius heros
 Fulminea dextra, patris & Sforza triumphus
 Emicat: hinc remis proscindit salsa Mastellus;
 Huc haeret lateri Tragenis; sphynge superba;
 Virgine Christifera succedit mole Zenarus.
 Inclytus; eximio sequitur Stridonis honore
 Balzius illustris; sacro Venderius acer
 Christigero pracone rusti; dexterrimus armis
 Instat Alexandro remeans Antonius acris.
 Prosequitur vigils laeuis Marchettus olore;
 Gregorius iuxta sequitur maris efferus hasta;
 Hinc Canolus trunca magnus ferit arbore pontis
 Martius assiquitur saeva Verducibus Aetna;
 Dandolus accedit proprior; Cyprianus & inde
 Proximus; instabiliq; sequens Vincentius orbe
 It propè fortune; dextra mox Rocca superba

Celtiber; insequitur palma quem Baccius alta;
 Hinc Venetus seuis sectatur Honophrius armis
 Alitis aethera; fertisq; euictus oliua

Effertur accedit Venetis Antonius ausis.

Hinc Huiusmodi raris sectatur virgine sacra
 Illustris; myrtoq; Hieronymus inde decorus;

Chordigeroq; sacra cari sub imagine Christi
 Celtiber assequitur magnus Vasquezius almo;

Pace fruens remeat gestis Antonius alter

Eximius; Baptista ferens prope Spinola gemmam
 Labitur; anniferaq; rota inuortius heros

Succedit Gabriel; propior ruit emulus alta

Venerius palma; iuxta senogherius astat

Baticus; ac succedit origine Paulus eadem

Battinus; dextra sequitur inuortius Hector

Spinola; Dux lygarum, gestis praeclarus auitis.

Emicat hic ingens bello Farnesius heros

Inuictis animis, dextraq; inuictus, & hasta

Gloria Martigenum, nulli virtute secundus.

Haud procul in medio ductores agmine magni

Effulgent armis longè radiantibus auro,

Ingentes animis, dextrisq; ingentibus acres.

Nauigat à leua gestis clarissimas altis

Venerius, Dux Adriacum, inuortia proles;

Inuictusq; animo; dextraq; Columnius heros

Romulidas magnos, genus insuperabile bello,

Auspiciens rapit hinc latos in praelia sacris;

In medio radians inuictis inclutus armis

Maximus Austriades, martis pulcherrima proles

Austriada magni, diffundens morsa puppe

Totius quondam deuicti insignia mundi,
 Victrices aquilas, pendens veneratun ab alta
 Arbore Christiferum cunctis venerabile signum,
 Nos erga certum diuini pignus amoris.
 Qualis gemma micans, auro circumdata fuluo,
 Irradiat longè, radijsq; micantibus ælim
 Latitia mentes: & campos lumine vestit.
 Non secus Austriades, classis Dux inelytus alme,
 Tempora nudus adhuc, thoracè indutus, & aurum,
 Effulget longè, roseo pulcherrimus ore;
 Horrendumq; gerens patrio sub pectore martem.
 Hunc belli mediam circumfortissimæ stipant
 Agmina Christigenum, captis assuetæ superbis.
 Proximus Allobrogum mauiortius agmina ducen
 Legnius Andreas sequitur; qua maximus instat
 Puppe sedens Ruueres, inuictis martius armis
 Franciscus, genus armipotens, & Romula proles
 Hinc grypbe magnanimus sequitur stridete Nigr
 Proximus it remis Theodoro Baluius aeri; (nòs;
 Acceditq; ferox horrendo Marte Caydes
 Martinus; iuxta phabeo monte superbus
 Instat Alexander; tot Mozenicus auitis
 Clarus adest gestis; sauo quem Marte Philippus
 Doria prosequitur, bello Ballotta cruento
 Alcides sequitur; validisq; Lopezius armis
 Terribilis; celeriq; simul secat alta Pisannus
 Remige; Christlgeroq; Morus succedit acerbis
 Baptista; rostrisq; truci ferit æquora Thomas
 Proximus; Eugentius auris acerrimus ausis
 Assequitur Vargas; Bonauitius inde profundum
 Franci.

ranciscus verrit, dextraq; Agbilarius acri
 uccedit, curaq; gerens insignia Phæbes
 Remigat Emanueliuxta; forisq; Pisanus
 hrifligero sequitur sulcans freta salsa leone;
 Hinc Gasspar propior Maliperius, inde Grimaldus
 Fulmineus, dextraq; potens huic proximus acri
 nstat Icannes; aquor legit inde Strasoldus
 Lectoreus; nulliq; unquam virtute secundus
 Magnus Alexander, veneta de gente profectus:
 urius hunc equat rostro; Gradenicus amicis
 Asequitur Musis, olivi Valerosus inheret
 Magnanimus, dextraq; insignis sorte Medranus
 eltiber; inuehitur seuo propè marte Casalis,
 e propè Santobius duris acerrimus armis;
 rinacrius rostro sequitur Georgius illum;
 uccedit bellis, ingens Marcellius acerbis;
 mperialis & hunc iuxta secat aquora David;
 nsequitur Castellus ouans; rostroq; superbo
 lessara sectatur propior Melitensis; & ipsum
 Magnanimus Melite inuicta, sacraq; phalange
 etrus; & Ionium rostro secat vltimus equor-
 um procul à dextris, sexuncta classe parumper,
 rimus ouans sicula vehitur Caradona Caribdi,
 gmen agens; ferus Argalius cui Carolus inflat;
 lpina sequitur clarus, de gente Morettus;
 tuic rostro remeans adstat Pandolphus acuto
 Cerculeus propè sectatur Raynerius, inde
 barbaricus vehitur usq; ea mole superbus;
 equora proscindit rostro vicina Palanus;
 onslis, fauisq; bonus Superantius armis

Insequitur; fortisq; Marinus; & inde Calerges
 Andreas; toruo scētatur Mezzius ore;
 Alite flammifero succedit Stellius illi;
 Alter Ioannes sequitur; mauortius inde
 Idalia flammæ, patriæq; Aloysius vltor.
 Prosequitur prora Pasqualius; efferus instat
 Marcus; & hunc sequitur Cornelius; acrior ipsum
 Franciscus; proraq; æquat Zurlanus amicum
 Terribilis; ferroq; truci Laurentius acer
 Remigat a dextra; belloq; Antonius ingens
 Aequato remeat rostro; succedit eidem
 Hinc Battaglinus; nec non & Rubbius vna
 Aduolat in Teucros remis, acerq; Lasagnus:
 Et Gabriel clara Metynna è gente profectus.
 Efferus insequitur Bustus; quem marte Ciappe
 Aequat, & eximys cætus Georgius Argis;
 Nicoles quem Costa premit: sed Turresus ipsum:
 Assequitur pietate Bonus: rostroq; superbo
 Incaptis sequitur magnis Hieronymus alter:
 Labitur Andreas iuxta: quem Landius atrox
 Prosequitur; cursuq; secat Franciscus eodem
 Aequora: cui Patarus duris acerrimus armis
 Succedit: dextraq; ingens Cornelius alter:
 Donatus sequitur propior: quem remige magno
 Assistens Oxeda premit: Carrassius illum
 Aequat Ioannes: telisq; Amadeus acerbis
 It propè: fulmineaq; potens Centurio dextra
 Iulius insequitur: Petrusq; Cocynthia portans
 Arma Bæas: validusq; Brisantus: & efferus ore
 Adextra Ludouicus adest: quem martius æquat

NAV MACHIAE

Pandulphus; sequitur praestantibus Angelus ausis
 Biffalis; equato proscindit Gambius undas
 Argolicas rostro; Mellantius inde Garonus;
 Fulmineusq; Mealtius, Ambrosiusq; Nigronus,
 Magnanimusq; Sales paribus freta carula roctris
 infernunt; acerq; horrendo Marte Grimaldus
 Nicoleus sequitur; Iygurum clarissima proles.
 Ultimus agmen agens, infert se Doria dextrum,
 Andreas, genus inuictum; neptunia corda.
 Antè tamen classis praecedunt cornua bine
 Turrita puppes, ceu propugnacula martis,
 Horrendum pelagi monstrum, vulcania pestis,
 Agminis exitium Teurum, classisq; ruina.
 A laeva vasto praecedunt fulmine bini
 Ingentes animis Bragadeni, martius armis
 Ambrosius, magnisq; ingens Antonius ausis,
 Germani cineres vlturi sanguine Thracum.
 At Gorus à dextris succedit mole superba
 Horribilis: iuxta bellis inuicta Pisani
 Machina prosequitur magni, bombisq; eruentis.
 Inclytus in medio Dodius Dux agmine classis
 Praecedit longè; saeuisq; asperrimus armis
 Nauigat Andreas iuxta de gente Pisauri.
 Sic freta Castriferis inuicti carula proris
 Proscindunt iancto sociorum remige vecti.
 Succedunt longè procul auxiliariis armis
 subsidio; validos belli quod sorte suprema
 Mars vocat infensus, miseris succurrere rebus.
 Primus adest sicula prouectus puppe Philippus
 Magnanimus; dextraq; ingens, ferroq; eruento

Prose-

*Prosequitur Morilus; iuxta Vafquezius alter
 Martius accedit; rostro quem Petrus acuto
 Celtiber affequitur; tortoq; Algatus ore
 Efferus it iuxta; validisq; Aloyfius armis
 Clarior Heredius fequitur; cui proximus haret
 Terribilis Daniel; curfu luchinus eodem
 Labitur, alta fecans; bello clariffimus alter
 Christophorus luchinus adest; proraq; superba
 Ionias propè profcindit V aduelius vndas:
 Proximus infequitur fperans Baptifta fuperno
 Subfidio; dextraq; ingens fuccedit atroci
 Flammifero iuxta clariffimus orbe Philippus;
 Inclytus accedit Bemus, parnaffia proles;
 It propè Balbus atrox, soboles mauortia ferro;
 Infequitur cari fratris fœuiffimus vltor
 Sanguine Threicio fatifq; vocantibus alter
 Contarides; alterq; feris Malperius armis
 Horrendus; claroq; nitens loredanius oftra
 Labitur à dextra, belloq; infignis, & ore;
 Ingenti fequitur clarus pietate Molinus,
 Inuictaq; manu; præftantibus Angelus aufis
 Egregius remeat iuxta; mauortius inde
 It propè Nellinus; fatifq; Machedus amicis
 Feruidus accedit; rostro quem martius equat
 Velafcus; validis iuxta fecat equora remis
 Inclyta Syrene; Thorace induius, & auro
 Puppe fedens fequitur mauortius Afcolus alta;
 Succedit, propiora tenens ftridente carina
 Bartholomeus; & hunc latia tum puppe Metellus
 Clarior affequitur; fuccedit martius illi.*

Delagius; iuxta, Syrenes aurea proles,
Andreas se se validis ostentat in armis;
Consilijs ingens, ferroq; acerrimus Aebles
Prosequitur: dabit Syrenen ultimus alman
Altaarus inuictus ferro Brogzanus atroci,
Subsidij bello tanti clarissimus auctor,
Fortuna, captisq; maris, fatisq; benignis,
Egrogiaq; animi nulli virtute secundus.
At propè Regalem tanto certamine puppem
Quattuor assistunt inuicti pectore firmo
Ductores, bellis ingens Requesenia navis,
Et propè Franciscus validis Maliperius armis
Insignis, dextraq; potens, animoq; Cicogna
Inuictus sequitur Marcus; legit inde superbus
Getulis formidatus freta carula V asches
Ultima: nam longis pelago, ventoq; proteruo
Cetera nauigij nondum peruenerat undas
Classis ad Ionias; pontoq; errabat in alto.
Sic dijs auspicijs felix, magnaq; secunda
Regina diuum latus tutissimus omnis,
Aisspanusq; legit varijs exercitus armis,
V eliferisq; premit neptunna regna carinis;
Non secus instructus ferro, precibusq; litatis
Pectore deuoto, belloq; accensus acerbo,
Inuictusq; animis; sui quàm turbida martis
Instantis si pugna vocet, concurrere dextris.
Tranquillo placida luctantur marmore ionso
Ominis ut dextri victores voce salutant;
Ioniumq; stupens miratur classibus aquor
ingentes auro turmas, & fortibus armis.

Finis lib. Dec. sept.

P. PETRI VILLA ROELIS STYLITANI

Theologi Min. Strict. Obser. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAE.

liber Decimus octauus

ARGVMENTVM.

Cernuntur classes; poscuntur numina votis;
Arma fremunt acies; socios, fonte s'q; solutos
Austriades auendit; opem petit aurea virgo
Hinc genitum, genitusq; patrem; Sanctiq; tuentur.
Bella, rates primæ miscens; hinc cætera classis.

Et iam Thitoni coniux inuicta quadrigis
Ionios claro spargebat lumine fluctus;
Errantesq; leui ludunt per cerula flamma,
Immistumq; ardore iubar; tonsaq; resultant;
Aethereumq; inuictus ouans properabat in axem
Rhabus equis, totum collustrans clarior orbem:
Ac felix erat ille dies; quo luce superna
Immortalis homo denicta à morte refulsit;
Septimus expleto ducit quem circulus orbe;
Cum propè veliuolam ponto consurgere nubem,
Prospiciunt Itali; densamq; insurgere syluam.
Tunc prior excelsa proclamat mole Metellus;
Quis globus; o socij? densa caligine pontum
Inuolui, velisq; rates procedere plenis,
Prospicio; totumq; allabi classibus aquor.
Ferte citi st immas; date tela; accendite martem:
Hostis adest. nec plura. furens ea fama per aures
Christigenum validas extemplo suscitatur iras.

Arma

Arma, vocant; duroq; includunt corpora ferro,
 Inuictisq; animis. olli super aethera clamor,
 Armorumq; fragor, stridorq; horrorq; volutant
 Ingentem strepitum; morisq; apparet imago.
 Thoraces alij, galeamq; ensiq; superbum,
 Fraxineamq; aptant humeris lucentibus hastam.
 Ingentemq; alij clypeum, clauamq; potentem
 Insertant dextris, aut immedicabile fulmen.
 Interea puppis supremum regia signum
 Extulerat, bellumq; sacro venerabile signo
 Austrias; ac vires animis accenderat acres.
 Extemplo placidis panduntur fluctibus ala
 Belligera, varijs elata in praelia signis;
 Inq; locum nuper praefixum quisq; recedit.
 Vocibus interea supremis sidera Thraces
 Obtundunt; magnisq; agitant volutibus undas
 Letitia, plausuq; alacres; votisq; Sabaeum
 Supplicibus poscunt; conuersi lumen ad austrum
 Demissum, partemq; vouent in munera praedae:
 Illudunt Italos dictis, validosq; superbis
 Hispanos. quibus infelix fortuna periculis
 Obiecit miseros (surgit vix omnibus una)
 Quae duris fors infelices impia fatis
 Implicuit; cacamq; premit dementia mentem;
 Ut se sponte ferant magnis in munera Teucris.
 Sed quis Christigenas ad nostras crederet oras
 Venturos taca iactatos turbine fortis;
 Thracibus ut famuli sublimia colla reflectant?
 Felices nimium fortunatiq; laborum
 Threicij magni, genus alto à sanguine martis,

Syderei, quibus alta parant hæc munera Divi.
 Tum bonus Iſtariuſq; precibus ſubnixus ab alto
 Puppe vocat ſuperos; ſanctosq; indicit honores;
 Diq; Deaq; omnes; quibus ingens gloria Thracis
 Sacra litat; ſanctiſq; querat pia limina donis.
 Eſſe duces belli; tuq; ò ſanctiſſime vates,
 Vnica ſp̄s Teucrum, tantis neu deſice rebus;
 Certamen duce te ſauum, Martemq; ſuperbum
 Aggredimur, ſicut duce te conſcendimus, equor;
 Auſpiciſq; tuis palmam ſperamus alumni.
 En tua, qui dirus flammis ſacra templa nefandis
 Impetit; & ſobolem ſcelerato perdere ferro,
 Pertentat, nomenq; tuum, vatumq; tuorum
 Magnanimum mundo geſtis abolere proteruis.
 Nos tua progenies effuſo ſanguine contra
 Audemus duce te magno; ſanctosq; penates
 Intactos propria diffuſi morte tuemur.
 Aſpice tu, genitor, noſtra tu miſſile dextra
 Intorque; dirumq; vndis effunde eruentis
 Prædonem, laſi iuſtiſſimus ultor honoris;
 Cuncta potes genitor, calo gratiſſimus alto.
 Mille tibi ſolito celeberrima marmore templa
 Victori auans, feſtoſq; dies ex more vetuſto.
 Cum ſocijs ſtatnam ſupremi in pignus amoris.
 Tali ſuppliciter magnus fundebat ad auſtrum
 Pandonius, qua cuncta ferunt ludibria venti,
 At pius Auſtriades deuoto peſtore ſupplex (ſuſis
 Sternitur ante cruceſq; precibus, lacrymiſq; pre-
 Interea (dictis omnis fletuq; benigno
 In proprijs imitata coharſ ſic puppibus illum.

Orabat) nomenq; sacrum, sanctumq; cruorem
 Inuocat auxilio; clavisq; officus ijsdem,
 Hic orat lacrymis; o spes Crux alma salutis
 Vnica Christi adum, virtusq; inuicta tuorum,
 Caestumq; decus, nostriq; o gloria mundi,
 Quem totum sacro victum, dirumq; triumphans
 Tartarei monstrum barabris, mortemq; proteruam,
 Sanguine, syderibusq; tubar praestantius altis,
 Effulges, o vita tuis, o ianua cali,
 Pondere sola pio mundi dignata redempti;
 Ad te confugimus; captis ingentibus adsis;
 Coniunctasq; tuis animo nunc laudibus vno
 Deuotas acies praesentibus eripe fatis.

Nos alacres proprio letam cum sanguine vitam
 Fundimus vnanimis sancto pro nomine Christi
 Dilecti; tantum summo nos aspice calos,
 Supplicibusq; tuis sacro succurre cruore.
 In te spes omnis. nullum frustraris amantem
 Auxilio; fidum verè nec deseris vllum
 Sperantem. quid nos ergo superabis amore
 Christifera? si tu nobiscum sanguine sacro,
 Quae idem sancto vicisti funere mundum;
 Quid poterit victus contra? quid dirus auernus?
 Omnis bonor tamen, o virtus, o gloria gestis
 Sint Crux alma tuis, o laus immensa triumphis.
 Talibus orauit dictis, o numine fratus
 Aeterno, dextraq; gerens venerabile signum,
 Circumdat classem; dictisq; accendit amicis
 Ad bellum validis feruentia pectora dextris
 Magnanimis heroum; placidoq; hoc incipit ore.

*Dilecti socij, per tanta pericula vecti,
 Bellorumq; aestus genitoris signa secuti,
 Perq; hyemes olim, fyrtes, nimbosq; furentes,
 Et vos, ò iuvenes, mecum qui Marte superbo,
 Inuictisq; animis Teucros exposcitis acres;
 Quod votis optastis, adest; en tempus; ut ipsa
 Fulmineis iam nunc vestris cadat inclyta dextris
 Gloria Threicium, ducibusq; superbia victis;
 Thracia barbariem quannis collegerit omnem.
 Vos dijs auspiciis validi date spicula dextris;
 Aeternaq; acuat palmas pulcherrima fama
 Gloria, subuersa Cyprì miserabilis armis
 Ultrices: istas siquidem vindicta cruento
 Sollicitat ferro sceleratam euertere gentem
 Inuisam nimium superis, caeloq; rebellem:
 Arma parate duces animis ingentibus omnes,
 Et quos progenuit supremis Roma triumphis
 Ausonios, & quos gestis Hispania magnis.
 Sentiat inuictos animos ferus hostis eisdem;
 Qui totum magnis presserunt viribus orbem.
 Si tamen aethereo quenquam pater altus Olympo
 Substulerit magnae terris nil laudis egentem;
 Felix, ò nimiam felix; cui Marte sub isto
 Contigit egregijs illustrem occumbere captis.
 Regna superna vocant; superi comitatur ouantes
 Latitia plausu magno super astra beatum.
 Christigenis quis enim casus iucundior ullus,
 O socij; quam pro Christo succumbere letbo?
 Stat sua cuiq; dies; sed iam non omnibus idem
 Finis adest; vram vixta vos querite metam.*

Haud ista propria sedes, non regia mundus
 Christicolis, sed regna manent caelestia sancto
 Auxilio superum: latos nos aetheris alti
 Lucida templa vocant, caliq; ingentia tecta;
 Semper ubi secura quies, rerumq; perennes
 Delicia magni vultu genitoris amato.
 Hic omnes, socj, lato contendite gressu
 Ostensum per iter; vestras hic panite sedes;
 Hic sacra veros exquirite mortis honores.
 En nunc auspiciis superis certamine sacro
 Ianua syderei nobis aperitur olympi.
 Ergo quis dubitat, tanta mercede laborem (esto;
 Ferre brevis? iam Christus adest; timor omnis ab-
 En spes nostra: (crucis monstrat venerabile signu)
 Huic ritè preces, deuotaq; fundite corda
 Suppliciter; sanctumq; vocate in praelia numen;
 Auxiliumq; vocato Deum, lacrymisq; profusis.
 Non tulit ulterius sermonem feruidus alium
 Dulcis amor Christi succensus imagine visa
 Christifera pinus, nostraeq; salutis amore
 Perspecto, tollunt alacres super aethera voces
 Vnanimis; lataq; profusi voce salutant
 Suppliciter, lacrymisq; pijs, & pectore toto
 In genus humanum supremi pignus amoris.
 Salve spes mundi, nostra spes vna salutis,
 Christigenumq; decus (surgit vox omnibus vna)
 Aurea Crux sancto Domini decorata cruore.
 In te nostra salus, proles aequa parenti,
 Crimen atrox mundi sacrata morte piavit;
 Nunc tiam per te veniam speramus ab ipso,

*Felicemq; isto duce te certamine, palmam
 Ad sanctum cari semper genitoris honorem;
 Nostra manes etenim virtus, nos terq; triumphus.
 His arsero manus iuuenum, fremitumq; dedere
 Latitiae dictis; & amara succendit ouantes
 Ad bellum magna summi pro laude parentis.
 Hinc ad magnanimum conuersi pectore leto
 Austriadem, tales iactant ad sidera voces.
 Casarei viua; felix pulcherrima proles
 Culminis; aeterni seruent quem numina Patris.
 Inclyte fulmineam Princeps iam conferre dextrã;
 Neu dubita: medijs sauis cadet hostis in undis
 Obrutus. Ausonioq; tuos, patriosq; videbis,
 Vulnera, tela, neces, ignemq; inferre superbum
 In Thraces. duce te nõ mortẽ horremus, & ignes
 Magnanimo. pbrigiã iam spe nũc præcipe classẽ.
 Est animus nobis vitæ contemptor, & Orbis
 Pro Christo, magnoq; almi genitoris honore.
 Talibus exultat dictis, & milite firmo
 Martius Austriades; belliq; ardore coruscus
 Regali tandem latus se quippe recepit.
 Tum, clara multis poterat qua parte videri,
 Stans celsa in puppi, placido sic excipit ore.
 Vos, iuuenes, istis quos fors tulit impia transiris,
 Seu dum vita comes, paruo seu tempore pana;
 Regia nunc vinculis exemptos gratia reddit.
 Marte parate manum lati; summenq; superbum
 Pro remo vibrare truces; Thracumq; cruore
 Antiquum vita fuso scelus omne piate.
 Gloria quæ anti surget certamine Martis*

Dilecto latio, patrisq; videtis, Iberis,
 Oceani trans claustra sacris inuicta triumphis.
 Sic tandem, forij, post tot sublimia gesta
 Sydereo felix virtus aequabit olympo
 Laudibus aeternis eternos, & morte beatos
 Sacrata (si fata vocant) nec vestra feretur
 Fama leuis, tantiq; abolefcet gratia facti
 Ausriada vestro, aut sceptris sordabit Iberis.
 Nec viuis promissus amor, tandemq; sepultis
 Desinet; in sobolem transurret gratia Patrum
 Venturam multis vita voluentibus annis.
 Neque audem magni spolijs Orientis onusti
 Eximij (sint capta manu bertamine vestra
 Omnia, sit concessa meis ditissima prada
 Militibus) patria caris remeabitis vris.
 Falices, quos tanta manent. sic dixit; & acres
 Bellantum stimulos acuit, inuenumq; furores.
 Olli latantum magnus ferit ethera clamor;
 Sublimesq; canunt tanto promunere laudes;
 Admissasq; ferunt grates, animosq; volentes
 Ausriadae magno. Princeps pulcherrime, vitam,
 Quam donas, ditant; libertatemq; paternam,
 Aeternam gestis animisq; volentibus omnes
 Spondemus, iussisq; tuis per tela, per ignes.
 Iam martis robur, promptuq; ad vulnera pectus
 Gestamus: gestis tantum tua gratia nostris
 Hoc faueat bello: turpi dabit impius hostis
 Terga fuga; medij suae cadet prostratus in undis.
 Nam te victorem clamant neptunna regna.
 His dictis se Marte parant: vigor igneus olli

Magnanimo gelidum depellit corde timorem.
 Quidata cecidere tuba dant cornua cantus
 Terribiles; vasq; strepant concussa fragore
 Timpana; fulmineiq; accedunt morte furoris.
 Non secus ac late glaciatis frigore brumæ.
 Albescunt campi; niuro cum vestit amictu
 Frigidus à gelidis descendens nubibus imber.
 Aut qualis sub vere nouo nax longa nitentem
 Induit in florem; stans seu lætus aristis
 Horret ager; talcs galeis, validisq; sarissæ
 Albescunt puppes; longeq; carbone corusco
 Effulgent; magnisq; rigent fulgentibus auro
 Thoraces gemmis, clarisq; bastilibus undæ;
 Vexillisq; micant varijs; & imagine maris
 Sic alacres dextris animisq; volentibus hostem
 Inuitant; fœuisq; ardent concurrere telis.
 At Teucri contra curua sub imagine Lunæ
 Instructi bello veniunt; ventisq; secundis
 Aequora discurrunt. omni super astra superba
 Clamorem tollunt iterum; quo litte & unda
 Infremages strepitq; ululatibus arduus æther
 Tum superos in vota vocans; victisq; minantur
 Exitiam; sortemq; Italiam miseransur acerbam.
 Quis Deus, o miseri, vel quæ fortuna quietos
 Sollicitas tantum nostris committere bellum
 Littoribus Thraes contra; dextramq; Sabæ
 Viribus exiguis? quæ vos dementia cecos
 Et agitat, magnos in bella læssete Teucros
 Obmollendosq; duces, genos in superabile bello
 Ut miseri medijs alacres in fluctibus atro

Excitant letho gaudens effundere vitam
 Threicium dextra: namq; hoc cecidisse, decorum,
 Ausonios minimè pudibundo vulnere victos.
 Fulibas inter se dictis, animisq; superbis
 Accingunt sese pugnae, stentisq; vocatis
 Lictoris atoli disturbant equora letis,
 Chrysiogenas solam passidos certamine tanto
 Perfracto Teucrum iam iam dorsu turpia feda
 Terga fuga veris spectantes undiq; prioris.
 At bonus Ausriades dilectum induta lesum,
 Athereamq; fidem, simul & thora coruscantem,
 Tempore nudus adhuc, rebus iam rità paratis,
 Suppliciter iunctas tendebat ad aethera palmas;
 Auxiliamq; pijs lacrymis querebat ab alto
 Ante Erucum, se seq; sacris arabat iunco
 Subsidijs, quibus & Thracis, Erebumq; protervum
 Sterneret; & nomen Regis laudaret olympi.
 His tandem pacem dictis super aethera aptum
 Exorat, nec animi vitæ, dulcissimæ, tantis
 Chriсте mihi, frustra perpassas morte labaret
 Sacrata; tua nec pietas, nec patrius ardor
 In vanas abire vires, nostraq; solutio
 Verus amor, nec exiguacius mercede superba
 Iste cruor sanctus, pinnæ quem fudit ab alto
 Promobis tuus vinctus amor; nec vulnera mortem
 Ista petunt dilecta tuis; nec vindice summa
 Aut nostri scelaris surgunt ultricia ponto
 Non hac te pietas immanesa, nec inclytus, utquam
 Pofcit amor patrius; non hæc insignia restans
 Vindictæ, duraq; manus, dominiq; severi

Sed pacis, magnæque testantia patris amorem.
 Hac quoniam passus nobis, nobisque, relinquens,
 Omnis donasti caræ, dulcissime, (pansa,
 Nostra manent; & nos humiles tibi, mitis Iesu
 Offerimus, nostrasque animas, lacrymasque profusas:
 Aspice te, valde genitor miseratus ab ætq.
 Hæc tua progenies sancto decorata ænore,
 Dilecti tantum genitoris numine frata,
 Inuictis animis Teucrum petit æpera bella.
 Da pater auxilium sancto miseratus amore;
 Et tuæ clarescat bello notissima virtus,
 Laudibus æternis totum celebranda per orbem.
 Tu spes salo tuis: animo tua iussa sequentes
 Aspice nos pietate pater, miserere tuorum,
 Quos olim, vitæ per tot discrimina vectus,
 Aerumnas, diramque necem perpeffus, ut atræ
 Casibus eriperes mortis, tristisque ruina.
 At te confugimus solum, tua poscimus arma;
 Dilectam nam tela premunt hostilia prolem.
 Nec nobis aliud bello, nisi vota supersunt.
 En adsum; placidaque libens sequar omnia morte
 (Si tibi sic visum) cari solatia lethi,
 Procubuisse tuum nomen, mi Christe, tuentem
 Ausriadæ, mihi mortis honos hic maximus vnus.
 Hos saltim, qui me patria, natisque, relictis
 Per varios casus, per tot discrimina vecti
 Martis in ancipitæ sortem, mortemque, sequuntur
 Aspiciens, tantis (si visum) aues te periclis.
 At tu diua parens summo gratissima Regi,
 Virginitate potens, magnæ spes maxima Romæ,
 Adsis,

Adsis, oramus, captis, & numini dextro
 Aurea da Virgo geniti succedere mantem.
 Ingressus duce te pontum, penitusq; superbas
 Ventorum, pelagisq; minas, caliq; fragorem
 Incolumis dextro superanti numini matris
 Virginis, aspiciens sargentem vertice pontum:
 Hunc tantis ipsum captis oramus amorem;
 Aspice Romanam classem pia iussa sequentem.
 Victores tandem sacris ingentia templis
 Vota tuis palma magno soluemus honore;
 Eximiaq; tua partum pietate triumphum,
 Seruatamq; simul vitam testabimur omnes
 Supplicibus dictis semper, festisq; diebus.
 Nec tu, syderia classem qui prospicis arce,
 Alme Pater, nostri precibus defensor, & ingens
 Christigenum meritis magnis auriga tuorum,
 Deficias nostra tanto certamine princeps
 Militie; quoniam tu spes fidiissima saepe
 Supplicibus Francisco, tuis sanctissime bello.
 Hac cuncti patrias, oramus, Marte phobanges,
 Hispanosq; tuos tantis defende periculis,
 Progeniamq; tuam, quae cali amplexa trisprium,
 Vulnera, tela, necem, summi genitoris amore
 Spernit ouans, precibusq; pijs bellatur, & armis
 Christiferis; nostraq; venit spes altera classis.
 Dijq; Deaq; omnes, pietas quos maxima culo
 Intulit aeterni Patris, vultuq; beatos
 Gloria supremo felix illustrat amore;
 Martis adeste duces; hostemq; effundite ponto:
 Auspicijs etenim vestris, & dulcis Iesu

Aggredimur fratri presentem namque martem.
 Sic tandem tua signa ferent victricia lati
 Victores famuli, Genitor, trans ultima claustra
 Oceani, magnas undis obeuntia terras.
 Talibus orantem dictis, lacrymisq; profusum
 Audit aethera constructus sede piorum
 Catus, & aeterno genitori vota precantis
 Obtulit, admistasq; preces, & postulat amorem
 Quo stygia miseros deuicta a morte vocauit
 Ad vitae lumen. breuiter tunc aurea virgo
 (Nam cupido cuncti Reginam lumine matrem
 Spectabant superi; totisq; in dicta petebant)
 Dilecto supplex genito sic orsa profatur.
 Haec tua progenies, sancto generata cruore,
 Suppliciter, fili, postulat fidiissima matris.
 Auxilium; precibusq; parentem id posse, fatetur.
 Audi, nate, preces, raris simul vbera matris
 Aspice; supremosq; orbis memorare labores
 Maternos. & per siquid pietate meremur,
 Nate, tuus, matris iustis his annue votis.
 Cernis, ut exultant vari genitoris honore;
 Ardentesq; tuo poscunt pro nomine bellum,
 Auxilijs tantum superum, magniq; parentis
 Subsidio fratri tantis neu defice rebus.
 Id tua te pietas, & idem clementia postulat.
 Haec mater: cunctiq; eadem simul ore precantur
 Caliccola: contra paucis sic filius orsus.
 Coniunctos praesens magno defensor amore,
 Pollicitiq; iuror; mater dulcissima, seruo;
 Dilecte tamen haec fiant mandata parentis:

Fas etenim matris sanctis concedere votis:
 Quidquid idest: concessa tuis victoria gestis.
 Sit Genitrix: maiora meret carissima mater.
 Tunc oculos patri, distenditq; brachia tendens,
 Brachia iam ferro quondam transfixa cruento,
 Aeterno sed nunc mundi decorata triumpho
 Incolumis, summoq; diu gratissima Patri,
 His dictis vultuq; hilari, quo cuncta serenas,
 Immenso carum genitorem affatur amore.
 Conditor omnipotens, rerumq; aeterna potestas,
 Qui solus sancto praesens regis omnia nactu,
 En mea progenies animo tua iussa secuta
 Fertur in horrendum nostro duce numine bellum.
 Hanc olim dira diffuso à morte reduxi: (stant,
 Sanguine sub solymis: en adhuc mea vulnera re-
 Optatam caro pacem clamantia patri.
 Andi sancte Pater; dilectum respice natum;
 Progeniemq; meam tantis defende periculis,
 Vnanimi sanctum Genitoris voce vocantem
 Auxilium, vitaeq; prius soelus amae perasam.
 Te propter cara contempto lacis aware
 Ecce nec horrescunt Martem; nec vulnera curat,
 Sed magni solum poscunt Genitoris honorem,
 Sanguinis hoc tantum frati munimine nostri.
 Da Pater auxilium nostro miseratae amore
 Dilectis; laudentq; tuum per saecula votum.
 Sic Genitus: contra Genitor sis orsus amore
 Aeterno, genitum gremio complexus amatum.
 Unica progenies aeterno aequa parenti,
 O virtus, & vera tui genitoris imago.

Iam concessa tibi rerum suprema potestas
 Cunctarum. fiant genito felicibus ausis
 Dilecto quæcunq; placent. sunt omnia nati
 Facta mei. quia enim cari sanctissima virtus,
 Et supremus amor geniti, fusiq; cruores
 Non meruere tuis? quantum, mi nate, potentes.
 Austriadas, famulosq; tuos infessus amavi;
 Progeniemq; tuam quanto complexus amore,
 Nunc, olim, pelagi vectam, terraq; periclis,
 Expertus toties, tantoq; cruore redemptam
 Attraxi, miserans, Erebi de tristibus umbris;
 Gladibus indolui duris, commotus amore.
 Nate tuo solum; miseramq; misertus acerbis
 Casibus eripui; sinemq; imponere cunctis
 Aerumnis, metamq; malis, hæc vulnera cernens,
 Decreui, famulis pandens hæc limina caris.
 Idem restat amor: tanto nec Marte superstant
 Vlla tuis horrenda: manent immota tuorum
 Fata tibi. bellumq; ingens, populosq; feroces
 Contudent; promissa tuis, diuinitus ecce
 Succedunt: nec versa retrò sententia menti.
 Auxilijs, dextraq; tegens, & amore paterno,
 Adfuero, mi nate, tuis: Ibracumq; superba
 Agmina disiciam punto, victasq; carinas.
 Tandem nube oava cesorum corpore sacra
 Inspoliata tegam toto celeberrima mundo,
 Egregias tollens animas in florida regna.
 Sic dicens, totum subito patefecit olympum;
 Christiferisq; pijs ingentem insudit amorem,
 Accendens validas inuidio pectore vires.

His actis, totum exercent noua gaudia caelum,
 Aligerumq; charos iuuenum; Patrumq; beati
 Agminis; inflaurantq; diem concentibus alium;
 Aeternoq; canunt Regi sua premia laudum.
 Interea Pater omnipotens comitante caterua
 Calicolum media celsus conſedit in arce,
 Aequora deſtituens; oculosq; ad grata reuoluens
 Agmina Chriſtigenum, ſacris rutilantia ſignis,
 Inclyta fulmineos ſuccendit peſtora ferro.
 Olli ſacrati fortiffimus agminis author
 Aligeras acies ducens in praelia celo
 A ſummo, rurfus ſacris victricia quondam
 Sumit ab athereis pendentia poſtibus arma.
 Aethere pars volitant; Erebo pars impia monſtra
 Enſe fugant; valido denſant pars agmina vallo.
 Chriſtigentū; pars traſtra replent; pars ſūma coro-
 Antēna; pars telū parāt; ſed puppe Michael (narrat
 Principis Auſtriadae cari deſenſor amici
 Conſedit; validoſq; animos accendit in armis.
 Totaq; Felicem circundant agmina claſſem
 Calicolum, raroq; ſacer Franciſcus amico
 Aſſicit Auſtriadae, conſeſſus imagine ſacra;
 Letitiaq; animum, Martiſq; impleuit amore.
 Magnanimumq; adiit captis Antonius altis
 Vennerium, coram dictis hortatus amicis
 Chordiger inſignis, Patauinae gloria gentis;
 Inuictumq; Ducem ſuccendit in arma Raphael.
 Romanam rubris euinctus tempora tenis
 Chordiger eximius defendit Marte Columnam
 Horrendo; pariter Gabriel mucrone tuctur
 Aethe-

*Aethero : validoq; inuictum pectore Sforziam
 Tuscus adit Bernardinus caelestibus ingens
 Complexus donis; patrioq; amplexus amore
 Diuus Ioannes, Parma decus additus alma,
 Seruat Alexandrum, Teucrum ferale sigellum.
 Magnanimum sacro Franciscum clarus amictu
 Alter Ioannes inuictis signifer armis
 Inclyta defendit Peligna gloria gentis;
 Vrsinamq; acri Ludouicus Marte tuetur;
 Chordigeriq; alij proceres certamine tanto
 Magnanimos seruant alacres, donisq; supernis
 Tutantur, iuuenesq; pios, omnemq; sacratam
 Militiam, mistiq; alij munimine sancto
 Christigenum lati defendunt agmina diui.
 At clara cali residens regione propinqua
 Virgineo stipata choro Regina superno
 Alma parens, famulis animum, viresq; ministrat
 Inuictum magno praesertim robur Ibero.
 Subsidunt vnde subito; fugit uexor curus,
 Threicias tanto liquens sub sardine rerum.
 Tunc nutu magni dextro Reſtoris olympi
 Optata spirant aura; xephiriq; secundi
 Christiadam perflant falicia vela triramum.
 Hinc radijs oculos feriens, certamen Appollo
 Ingrauat horrendū, confundens lumina Teueris.
 Agnoscunt omen latij, latiq; salutant
 Laudibus eximijs Christi venerabile nomen;
 Iuitantq; sacrum deuoto in pectore numen.
 Interea seuos animos, atq; aspera corda
 Deponere pio cuncti genitoris amore.*

Aeterni, seseq; inter complexibus haerent
 Fraternalis; veteriq; ferunt obliuia culpe;
 Dulcia dilecto figentes oscula vultu,
 Effusi lacrymis (atflabat deturperantia
 Spiritus aetheria) sic cunctis spiritus unus
 Christiger optato coniunxit pectora nexu.
 Austriada suprema ferens solatia magno.
 Et iam belligeris velatum classibus equor
 Ionium, totumq; instructo Marte videtur,
 Piniferisq; hastis, auroq; horrescere fulvo.
 Hinc inuictus agens acies in bella latinas
 Austriades, ponto, ventis, superisq; secundis
 Aureus horrendam praeimit lumine Martem
 Fulmineo; patriamq; ostentat pectore nomen.
 Inde ferum succensus H. stys rapit agmen Eoum,
 Threiciasq; acies, lybiaq; horrentia corda,
 Conuulsam remis scindens stridentibus equor.
 Interea moles tureitis puppibus instans
 Remige composito longe praecesserat agmen,
 Threicios contra feruens certamine vasto:
 Adriaticq; duces ingenti Marte propinquant
 Ad pugnam; primumq; truces accendere bellum
 Incipiunt, ferrumq; simul, flammamq; uolentes
 Aere cauo; totamq; inuoluunt turbine classem
 Fulmineo; vastis ingens tonat ietibus aether;
 Turbatq; fremens toto surit aequore stridor.
 Haud aliter, diros quondam dum Phlegae gygates
 Sollicitat, montes imponere montibus altos;
 Aethereq; Deos caelo detrudere victos,
 Martius incaluit vili super aethera rumor;
 Caeaq;

Cacaq; per nigram fundantur fulmina nubem.
 Aut qualis pater altitonans, cū spicula torquens,
 Concussum sonitu vasto conquassat olympum,
 Aestuat; impulsuq; graui tremit horrida tellus.
 Sic diro puppes reuomentes pectore flammās,
 Armorum tollunt strepitum, ferriq; fragorem
 Ingentem: credis ruptum descendere calum;
 Tum pallere diem, fumoq; incumbere noctem
 Horrendam, totumq; salum mugire tumultu,
 Et scopulos scopulis, undiq; furentibus undas
 Impulsu, secumq; atro concurrere marte.
 Insequitur clamorq; virum, strepitusq; superbus
 Bellantum iuuenum, duroq; in morte cadentum:
 Nam remi proraaq; simul franguntur, & arbor;
 Et puppes, & transstra feris, mediaq; carina
 Ictibus, absumitq; rates vulcania pestis
 Contactas; magniq; ruunt à puppibus amnes
 Sanguine Threicio; turbataq; cœrula fedant.
 Hinc confusa notant remis, & tela, sudesq;
 Bustaq; densa Phrygi; truncataq; brachia ponto,
 Submersaq; undis absorbent æquora puppes;
 Immissisq; feris seuit vulcanus habenis,
 Undiq; Threiciamq; absumit fulmine classē;
 Armorumq; furor, stridorq; exasperat ingens.
 Obsistunt prœmo validi certamine Thraces;
 Telaq; proyiciunt nervis, & fulmina librant;
 Aequoreasq; feris oppugnant ictibus arces;
 Infensiq; student duris accedere rostris.
 Remige præcipiti; propiusq; accendere martem;
 Quam celeri potius gestant succumbere letba;

*Nam super ignitas excelsa è mole catenas
 Intorquent, diroq; accensas turbine glandes,
 Letbiferasq; sudes, & atroces fulmine bombos;
 Threiciamq; omnem duro certamine classera
 Conquassant; dirisq; insternunt agmina fatis.
 Non secus ac boreas, facie dum pallidus borret
 Auctumnus, fragiles concusso stipite ramos
 Collapsis spoliat folijs, & vimine truncum.
 Haud aliter turrata viris saevissima moles
 Threiciam spoliat classera, transtrisq; cruentis.
 Ianq; quater denas crudelibus vnda carinas
 Fluctibus obruerat Teuerum; totumq; superbis
 Machina bombiferis classera disiecerat alto
 Sanguineo; fatisq; omnem merisset acerbis
 Fulmine crudeli; saeva ni territa moli
 Victa locum, tutamq; viam concederet vndis;
 Distentisq; fugae longè decederet alis.
 Attoniti siquidem monstros, & cede suorum
 Ingenti proceres Thracum, decedere longè,
 Christiadamq; iubent reliquas invadere naues.
 Insurgunt subito tonsis; celeresq; recedunt;
 Hostilisq; tamen sequitur vulcanus euntes;
 Dum licet, & miseros vexat ferrugine dira
 Othomanos, multas conquassans fulmine naues.
 Interea bonus Austriades succensus amore
 Exinio belli, socium praecesserat agmen,
 Antè volans; martemq; ciet; pugnamq; laceffit
 Arduus; ac belli primus dat signa superbi.
 Equis erit mecum, socij; qui primus in hostem
 Audeat; & marti me nunc comititur euntem?*

*Fulmineas vibrare manus; date spicula dextris,
 Magnanimi proccres: vestris en praelia votis
 Succedunt: tantum bellis estote superbis
 Christigeri: precibus genitor dabit omnia sanctis.
 Sic ait; & iaculum librans, proiecit in hostem,
 Principium pugnae; duroq; apparuit ense.
 Accipiunt omen socij; seseq; superbo
 Marte cient; ardentq; aduersa incurrere dextra.
 Intonat hinc bellum misso mox fulmine contra
 Pandonius; ferroq; accinctus, in arma phalanges
 Sollicitat dictis; stimulisq; accendit acutis.
 Vltrices, inquit, scelerum, martisque; cateruæ
 Inuictæ, verè bello Troiana iuuentus,
 Fulmineis animis presentem exposcite pugnam;
 Totius è vasto domitores fulmine mundi
 Othomani socij; pro religione supremi
 Fatidisci properate mori: vos inclyta celi
 Regna manent; vatesq; vocat sublimis ab alto.
 Quid moror? en bello, socij, mea cernite facta;
 Felicemq; sequi magnis contendite captis.
 Talibus horrendum dictis super aethera tollunt
 Clamorem Teucris; dextrisque; ardentibus instant;
 Certatimq; truci properant concurrere Marte.
 Olli bombifero sese quassare tumultu
 Incipiunt classes, feralibus eminus ausis
 Ardentes: tabulasq; graues, cratesq; refringunt;
 Multaq; caesorum sternuntur corpora transiris.
 Interea properant proras annexere ferro;
 Audacesq; cedere furentia cominus arma.
 Ut tandem restis incurstant obuia rastra,*

Et proræ proris; validæ certamine vasto
 Vndiq; consurgunt acies; martemq; cruentum
 Inuadunt; animisq; audacibus agminâ certant.
 Tunc ferruginea condensus grandine nimbus
 Insonat; atq; feros miserando funere complet.
 Tunc clypei, galeæq; sonant; tunc æsa saeuillam
 Attollunt; martisq; ingens ferit æthera rumor.
 Hinc alacres Itali librant lachrymabile fulmen,
 Hispanæq; acies validæ, proceramq; caterua;
 Precipue dextra feruens, animoq; paterno
 Martius Ausriades primo sub limine proræ
 Inuictis ardet gestis; hostemq; trucidat.
 Hinc acris contra Teucris, lybiæq; caterua
 Oppugnant iaculis, saxis, validisq; sarisis;
 Telaq; proyiciunt neruis; & spicula librant.
 Tunc pius Anstriades certum sperare triumphum
 Ausus; & atroci melius confidere bello
 Auspicijs supernum claris, & virginis ætne:
 Nanq; sacro Patris iussu, qui flamina condit;
 Condensæ sumi tenebræ, lucemq; ætemq;
 Eripiunt oculis Teucrum; classemq; superbam
 Inuoluunt atræ densa caligine nouis;
 Diraq; Threicijs obæcant lumina nibe
 Sic cæci pugnant; nec sat rationis in armis;
 Nec contos, nec tela vident, nec prælia cernunt.
 Robora mox belli ferro tabulata refringunt
 Vtraq; certatim iunctis fortissima proris.
 Apparent subito iuuenes, validæq; phalanges;
 Inuictiq; duces, stantes in limine primo
 Vndiq; tum maioris prior, propiusq; periclo

Apparet timor; & mortis pallentis imago.
 It clamor caelo; sequitur densissimus imber
 Telorum; pleniq; ruunt è cadibus amnes.
 Sanguinei; voluuntq; cadentia corpora ponto.
 Nec cedunt: anceps saevis mars errat in armis.
 Tunc dictis clarisq; ducum validissima gestis
 Agmina densantur proris; & tela coruscant.
 Nec mortè, nec tela timent. hinc feruidus instat
 Martius Austriades ferro; nec tela, nec ipsi
 Custodes sufferre valent, aut sistere contra.
 Consurgunt subito Ebraeum munimine vasto
 Ductores; vitamq; in aperta pericula mittunt.
 Ingeminant hastis martem: velut aggere denso
 Audaces se se dextris; animisq; superbis
 Opponunt. stat quisq; suæ de limine prora
 Acer in aduersos hostes: nec ceditur ulli.
 Tunc sudor, mistusq; cruor fluit undiq; ponto.
 Casorum; fusoq; rubescunt salsa cruore.
 Nec minus hinc iuxta Regem duo fulmina belli
 Ingens Vennerius, magnusq; Columnius heros
 Oppugnant; duraq; Phrygum dāt corpora morti;
 Inuictiq; duces, clarissima lumina martis;
 Magnus Alexander validis acerrimus armis,
 Fulmineaq; manu clarus Franciscus, acerbo
 Agmina dant Teucrum letho, sariaq; phalanges;
 Nec miserae possunt acies subsistere contra.
 Inclyta Francisci sequitur clarissimus aëta
 Legnius Andreas, demittens corpora morti
 Obuia Sythonium, quamquam fortissimus obstat
 Mammius; & contra duris ardescit in armis.

*Nec minus Othomanos telis mauortius Hector
 Spinola prosequitur, spectans Farnesia gesta
 Maxima: sed contra furibundo Marte Mamettus
 Obsistit; Lygurumq; effundit corpora letho.
 Barbaricus dextra cornu dat funera dextro
 Aspera lagæis ingens; aciesq; trucidat
 Niligenas, Erebiq; duces demittit ad umbras.
 Non impunè tamen: sternit nam mille Siloccus,
 Caca fremens oculis, ferroq; accinctus acerbo
 Corpora terribilis Venetum; captisq; superbis
 Anceps pugna diu seuo stetit horrida Marte.
 Nec minus horredo Canolus certamine magnus
 Fulminat; & Tyrios atroci fulmine perdit.
 Dardalides contra Celebis seuissimus armis
 Obsistit; durisq; infestat cladibus hostem.
 Nec procul inuictus ferali Marte Quirinus
 Euboicos sternit nigris Antonius umbris.
 Effera sed contra seuus rapit arma Mamettus
 Calcidicum, Veneto sociorum funeris ultor
 Sanguine; fulmineaq; manu, dictisq; cruenta
 Audax aduerso sustentat praelia Marte.
 Hinc ciet horrenda seuum formidine bellum
 Dardaganus; Venetosq; truces in funera poscit
 Terribilis. Validis contra fortissimus armis
 Instat Ioannes, seuo tot millia letho
 Contarides sternens Teucrorum Martia corda.
 Perfurit hinc Arnaus atrox; acerq; Riucaldus.
 Inde ruit ferro contra, Martemq; cruentum
 Agglomerant; miscentq; immisto funere stragem.
 Martius Andreas præstantibus emulus ausis*

*Barbaricus fratris, ferali saeva tumultu
 Fata ferit Teucris: at duris Oglus armis
 Oppugnat; proraq; audacem distinet hostem.
 Nec procul horrendum denso certamine martem
 Aglomerant acies; ac tristi funere pontum
 Immisto complent infensa à parte sinistra.
 Fulmineus dextra, ferroq; Pirola superbo
 Eminent hinc; contra Musatus turbidus obstat.
 Hinc Megiarus atrox, ruit hinc Georgius ingès;
 Inde Zeninus agens telis saeuissimè Thracum
 Agmina; terribilis ciet hinc certamen Hidirus.
 Mengenusq; ingens, ac dextra Sit mius acri,
 Drazzius inde ferox vultu, Dauiusq; cruentam
 Inter se pugnam miscent; & funere complent.
 Non minus atrocè Caneuallus, & inde superbus
 Ballius; ac Fabius, dextraq; Ciniggius acer;
 Zaccus, & Ascreus; Fraciscus, & horridus Osmã
 Sanguineo validi committunt fulmine martem.
 Fulmineiq; duces alij, valideq; caterua
 Audaces tristi contristant funere pontum
 Commisto; legitq; ratem ratis effera bello
 Horrendo; cornuq; ferox furit ala sinistro
 Tota cruentatis bellorum tristibus ausis.
 Olli caesorum cumulo freta cerula magno
 Horrescunt, misto spumantia sanguine belli.
 Hinc alij mistim truncati brachia rubris
 Semineces voluuntur aquis: hinc vulnere leuo
 Confixi spirant animas in fluctibus atris.
 Vndanti iattant alij collapsa profundo
 Brachia; sanguineoq; premuntur gurgite tãdem.*

At cuncti miseras tollunt ad sydera voces
 Auxilio; tandemq; debiscens unda dolorem,
 Extremoq; aufert gemitu suspiria cunctis.
 Nec minus interea medium succenderat agmen
 Horrendas ferro pugnas, & sanguine pontum
 Fedarat; misto fundens tot corpora letbo;
 Praecipue bonus Austriades clarissima Thracum
 Pectora magnorum fatis prostrarat acerbis,
 Pandonium quarens bello; sed densa superbo
 Agmine Threicium captis audacibus obstant
 Pectora; quin propria Regem cum morte tuentur.
 Inde procul captis insignis Sforzza superbis
 Aeternum decus Ausoniae, belliq; triumphis
 Magnanimos referens Ataus, hinc efferus armis
 Darmus, fulmineis proles mauortia gestis,
 Aduersis tecti clypeis, & fulmine saeuo
 Indomitum claro commiscet pectore martem.
 Hinc bonus Ascanius dictis praeclarus, & hasta
 Fulminea solymum magna vi corripit acrem;
 Sanguineumq; cient proae sub limine bellum
 Ardentes; nec cedit adhuc victoria cuiquam.
 Hinc ferus Vrsinus; proles inuicta Quiritum,
 Emicat in Teucros horrendus claudibus atris.
 Apsanus furit hinc dextra mauortius heros
 Romulidam contra; miscentq; ingentia bella
 Sanguine purpurei, magnisq; laboribus acti;
 Scutorumq; serunt turbatum fragmine pontum.
 Nec minus insignis dextra Carrassius heros
 Fulminat, Othomanos stygijs Antonius umbris
 Prosterbens. contra duris ardescit in armis

Oglus horrendus; pugnamq; cruore laceffunt
 Immifto; subeunt focij; martemq; cruentum
 Inter fe glomerant acres; & funere complent.
 Nec procul inuictis fauos infternit Afappos
 Peonandus telis ingens germanus uterq;
 Et Carraffiadum tollunt fuper athera nomen.
 Nos propè Francifcus frater, fortifq; Raphael
 Marrencis duro profternunt agmina ferro.
 Lydia fed contra surgit fauiffima proles,
 Terribilefq; duces, fcandres, & fauus Arnattus;
 Incifofq; cient duram certamine pugnam.
 At belli geflis virtus inuicta fuperbis
 Effufos hoftes fædo Carraffia ponto
 Deturbat tandem lethali vulnere victos.
 Carolus hinc acrem diftrictò lunius enfe
 Lumattum petit in bellum; fortifq; Morattum
 Mondinus; Celebinq; Chium Lanorius ingens
 Terribilem; Sarniq; Comes Vincentius acrem
 Peruiden; fauumq; infestat Honophrius Accan;
 Haffantemq; trucem fauis verdacibus armis
 Impetit; horrendūq; gerunt cū fanguine bellum.
 At Gaffar dextra validis interritus aufis,
 Inclyta Caulonis soboles, & gloria Graium
 Auionium, ferro furibundum inuadit Achatem
 Inuictiq; fero glomerant certamine martem.
 Afpera magnanimus dextra Brancatius acri,
 Terribilifq; Sinan decernunt pnalia ferro.
 At bonus atroci succensus marte Morattus
 Turbidus ingreditur bellum; fragemq; mixtatur
 Horrendam; foluitq; metu fua facta fenili.

*Sed contra validis inuicta Padilia dextris
 Progenies sistit; pellitq; à cade superbum;
 Othomanosq; simul crudeli strage trucidat.
 Interea bello Romani gloria martis,
 Magnus Alexander bis senos strauerat undis
 Sanguineis sarios horrenda cade peremptos;
 Asclidëq; acrem, Suniumq; adiūgit, & Hermiū.
 Infert se socium ferro fortissimus Hector;
 Et Stellū; Casagemq; necat, fortëq; Minaldem.
 Fulminat hinc ingens duris Requesenius armis,
 Obuia plura virum demittens corpora morti.
 Andradasq; ferox, fortisq; Henricus, & acer
 Corduba; Sydoniasq; acies in tartara fundunt.
 Venneriusq; atrox bello, Venetaq; pbalanges
 Terribiles, magniq; Duces, valiaiq; manipuli,
 Vndiq; condense consumunt funere Teucros;
 Victoresq; cadunt; sed surgunt aspera bella.
 Nec minus horribilis pulchro cum fratre Seyno
 Bella gerit, crudo succensus Marte Mamettus,
 Crudelem miscens stragem; sed martius obstat
 Inuictis animis contra Canolettus, & armis;
 Seq; inter ferro quatiunt asperissima bella.
 Hinc ingens Hassas Mynius furit; inde Casalis
 Alter adest; ferroq; gerunt miseranda cruento
 Prælia; nec cuiquam flectit victoria martem.
 Nec procul hinc Cypri fatis ereptus iniquis
 Exultat Nestor, magni iustissimus ultor
 Aetoris; ut dirum vitit fera bella cientem
 Lesbiadem; iunctasq; manus ad sydera tollens,
 Ingentes soluit superis pro munere grates.*

Nam

*Nam regale tumens, & magno celtior ibat
 Principe Lesbiades, fatis sed ductus acerbis :
 Tunc sic intrepido vultu conuersus ad hostem,
 Haud te, dire, dolis rapiet, nec fraudibus ullis
 Amplius impietas manibus teterrima nostris,
 Lerbiade te fata vocant; exclamat, & ingens
 Fulmineo contra subito mucrone refulsit.
 Obstupuit Mustas dictis; gelidusq; cucurrit
 Ima per ossa tremor; sceleris nam conscius atri
 Contremuit; seuitq; intus seuisissimus index
 Criminis insandi succensus. vindice pana.
 Quae potuit virtute tamen, fratusq; superbo
 Agmine lesbiadum seuis apparet in armis;
 Seq; inter multo miscent cum sanguine bellum.
 Seuit Honoratus gestis acerrimus altis
 Syluius; horrendoq; petit mucrone Sinanum.
 Barbarus obsistit contra; telumq; cruentum
 Librat; & effuso commiscet sanguine pugnam.
 Syluicolas duros atroci Marte Metellus
 Feruidus horrenda prosternit caede Molossos.
 Fuluius assequitur germanum ingentibus ausis,
 Pompeiusq; ingens animis, & Horatius acer,
 Inclyta supremis soboles Caraccia gestis.
 Strymonium lacerat saeuum Bindellius atro
 Marte ducem; Ballen tum Serbellonus acerbo
 Exagitat ferro Gabriel; sociosq; profundit.
 Mantino seuis sternenti corpora telis
 Efferus occurrit dextra Moncadius acri;
 Multipliciq; ferum transfigit vulnere pectus.
 At ferus Andradas extremis viribus hostem.*

Aggre-

*Aggreditur; multosq; fugat; multosq; trucidat :
Sed duris contra subsistit Mæcius armis.*

*Fulminat hinc etiam nigris acerrimus ausis
Nigronus; vastoq; præmit munimine sæuum
Alcicolum. procul hinc animo, dextraq; superbus
Tramontana furit bello; multosq; profundit
Adriacos. reprimi, sed Anozenica furentem
Terribili virtus bello; proraq; repellit.*

*Emicat hinc ingens clara virtute Philippus
Doria; feruentemq; inuictò Marte Trasidem
Inuadit, dubiamq; cient certamine pugnam.*

*Nec minus egregijs ingentem Antonius armis
Martius aggreditur socium stipante caterua
Acrediden lybium; Rhodopæaq; tela profundit
Germanus tamcn hinc ferro Paganus acerbo ;
Fortia crudeli demittens corpora letbo;*

*Ingentemq; manu Trezzen Marcellus atroci
Aggressus, sedas tandem deiecit in undas.*

*Hinc Grafer tonat horrendū; magnūq; Grimal-
Fulmineo poscit ferro. sed martius beros (dum
Emicat; inuictòq; hostem præmit arduus ense.*

*Candidus hinc pariter signo Vincentius albo
Irradiat bello; contra furit efferus Hofman;
Sed duris sternit fatis Carraffius hostem.*

*Nec procul hinc clavis proles Mastrillia gestis.
Mygdonias acies diro demittit Auerno.*

*Sed contra surgit duris Graferrius armis ;
Horrendamq; gerunt seua formidine pugnam.*

*Hinc procul ingentem duro petit obuia ferro
Darclaganū Melite, gestans, velut altera quodã*

Ingent

Ingentes gessit Mynios ad Pbasidis undas,
 Magnanimos proceres, fulgentia lumina martis.
 Sed contra Syrus obsistit, fortissima bello
 Agmina sanguineo ducens; martemq; superbum
 Inter se glomerant; sternunt & funere pontum.
 Hinc acer furit Hastenius; Delinus & inde;
 Crudelesq; obeunt pugnas; & sanguine miscent.
 Ignescunt ira: duris furor ossibus ardet
 Bellantum iuuenum, lethoq; in salsa ruentum.
 Inuictiq; duces alij certamine vasto
 Consurgunt; stragemq; cient, tristemq; ruinam.
 Othomanis; atroq; effundunt agmina ferro;
 Victoresq; cadunt immisto funere sacro
 Hispani, latiq; duces, validaq; phalanges.
 Martis atrox, cedisq; furor, clamorq; cadentum,
 Armorumq; horror concussum funere denso
 Lamentis medium funestant tristibus agmen;
 Ioniumq; salum commisto corpore sternunt
 Ingenti, Teucrum quamquam maiore ruentum.
 Non minus inuicta Paulus vestigia dextra
 Sforzzius Eoo signat temerata cruore,
 Milia prn sternens horrendo corpora letho:
 Obsistat contra quamuis acerrimus Arges.
 Interea sulcat tumidis freta cerula velis
 Consilio; dextraq; ingens neptunna proles,
 Inclyta Doriados preclara gloria gentis;
 Tgreiciasq; rates vallo cingebat acerbo,
 Aspectu terrens, belliq; ingentibus ausis.
 Qualis apud lybien steriles designat arenas
 Ingenti gyro, sylvas, aut concita dumis.

*Dum peragrat deserta premens vestigia saevis
 Formidata leo; notoq; obsignat odore.
 Illa fera transire timent; pauidaq; superba
 Mirantur; sistuntq; gradum, secumq; volutant
 Plurima; lethalemq; vident insistere metam.
 Iam tandem redeunt; sylvisq; feruntur opacis.
 Hinc stridore fremens ingenti territat omnes;
 Et pauidas tandem morstu vorat horridus atro.
 Sic bonus Andreas, cingens indagine pontum
 Fulminea, saevo Teucrorum Marte triremes
 Horribilis duris paulatim deuorat armis:
 Threicijs quanquam pauidus certamine primo
 Lapsa videbatur ventis dare vela vocatis,
 Aut pendere diu dubij formidine Martis.
 Saeuis, ut Andream vidit decedere longè,
 Perfurit Ocyalus; similemq; intendere gyrum
 Pertentat: sed victus abit: vetat auster euntem,
 Aduersis etenim postquam intractabile longè
 Perspexit ventis aquor, remisq; superbis;
 Auertit pelago proras; Martemq; cruentum
 Christigenis dextro bellantibus arduus inferi
 Agmine, demittens descendam funere stragem:
 Non impunè tamen; victrix cadit Africa letbo.
 Emicat hinc ingens dextra Cardonius acri,
 Thrinacrios ducens proceres, clarissima Martis
 Lumina: sed saevo contra Caraboggius atrox
 Fulmine consurgit, captisq; audacibus obstat;
 Sanguineamq; ciens inuictò milite pugnam.*

F. PETRI VILLAROELIS STYLITANI
Theologi Min. Strict. Obseru. Prou. Neap.

ECHINADVM NAVMACHIAB.

Liber Decimusnonus .

A R G V M E N T V M .

Fulminat Austriades ingens; multosq; trucidant
Magnanimi Celtæ proceres, magniq; Latini :
Portanusq; cadit; remeat lygur acer ab alto :
Ostupet Ocyalus : cedit Portanus; & Orco
It Mustas, multiq; Phryges, Reçtorq; Methones .

INterea martem regales sanguine prora
Terribilem simul exercent; & funere pugnam
Commisso glomerant; & inundat aquora bustis.
Hic bonus Austriades patria virtute coruscans,
Algatiden cum fratre Cbyla, fortemq; Moloscum
Ignitas Brebi casos demittit ad umbras .
Hinc Meropë, Celebinq; acrë, ferit inde Garenû;
Huic caput in partes, ast illis brachia truncat.
Prosequitur delecta cohors; stragemq; cruentam
Hostibus immittit: magna sed feruidus ira
Instat Halys contra; dictisq; accendit acerbis
Sythonias acies, hostem depellere prora.
Sic iterum dictis procerum; factisq; cateruæ
Firmantur; densiq; incursant agmine proris.
Hos iuxta magnus valido Portanus, & acer

Mammius

*Mammius indomitū glomerant certamine mar
 Hunc tamen inuictus dextra Franciscus atroci,
 At illum densa virtus Romana fatigans
 Vulnere perstringit; sociosq; immittit Averno.
 Tum ferus Asclides dictis affatur amicis
 Dardanios; durisq; animos accendit in armis.
 Hectorei socij, belloq; inuicti iuuentus,
 Num duce me passidos turbantue aduena bello
 Troianos? tantò ne ausus sauire furore,
 Deuictis Thracum ducibus, caesisq; cateruis
 Barbarus Hesperius rapiet felicia tecta?
 Quocirca bello solitas expromite vires,
 Ingentemq; animo victam deposcite Romam.
 Sic dicens, animis magnum feruentibus agmen
 Romulidum, duroq; inuictā mate Columnam
 Inuadit; sequitur pubes asperrima bello.
 At non hæc latū magnus tulit agmēnis auctor;
 Ducētemq; acrem dictis castigat acerbis.
 Barbare, quid sacras audes tentare phalanges
 Romanas? non agnoscis mauortia corda
 Romulidum? ferro nunc experiare cruento.
 Dixit; & ingentem Romanis viribus hastam
 Intorsit; volat illa furens, et turbinis ingens
 Impulsus, pectusq; auctis, clypeumq; Cylissum,
 Et mistum fuluo ferrum transuerberat auro.
 Corruit in vulnus saeuum miserabilis heros;
 Et multam perdit paulatim sanguine vitam
 Effuso. subitò densi furialibus armis
 Accurrunt socij, fessumq; à morte reducant,
 Stringentes posito fluidam liquore cruorem.*

Martius ad pavidum victor conuertitur agmen
 Interea; multosq; neci demittit acerba.
 Pars vitam fidis olli committere plantis
 Exiguus studet inuisam per carula cymbis:
 Par herere parat genibus victoris amicis;
 Salsa ruens strato properat pars corpore ripis
 Atolis; cedit misero pars altera fato:
 Cum Tralles cedis fraternæ feruidus ira,
 Emicat; & socios dictis accendit amicis.
 Quid petitis, socij? sunt vobis fortia bello
 Pectora, sunt animi, martisque, experta iuuentus.
 Quid ruitis? vestrumne ducem sub cardine tanto
 Deseritis? talis consurget gloria bello
 Dardanidis? turpisne fuga pulcherrima sertis
 Tempora cingetis, magni plaudente triumpho,
 Qua cinxere patres gemmis ardentibus olim
 Orbe triumphato? Romana occurrere genti
 Solus ego, totamq; ausus subuertere ferro,
 Irrupam, socij, medios impune per hostes.
 Discite, marte sequi me nunc. sic dixit; & agmen
 Dardanidum validis moriturum sistit in armis.
 Concurrunt acies iterum mucrone superba; (cum
 Fit strepitus; magnoq; strepunt caua tempora cir-
 Tinnitu galeæ; surgitq; miserrima cedes.
 Hinc Rueres ingens duro quatit agmina ferro
 Messia; Scarri dremq; trucem, fortemq; Mariden
 Effundit pelago traiectos guttura ferro;
 Mustantemq; ferit; sociosq; insternit atroces.
 Prosequitur iuxta magnis in praelia gestis
 Legnius, ac cumulat caesorum cedis aceruos.

At belli fulmen dextra *Fernandus* atroci)
 Antè *Pbrygum* saeuo turmis tot Marte peremptis)
 Prouisum duro *Tbracem* certamine poscit
 Terribilem; validoq; infestat acumine pectus;
 Effusumq; nigras *Erebi* mersisset ad umbras;
 Ni denso focij uetuisent agmine densi.
Germanum subito telis succurrit acerbis
Martius assisens *Lateri* *Prantiscus* amico;
*Tbreicium*q; atro prosternunt corpora letho.
 Inuiuis sed quid fas est considerare fati?
 Mitteret eternum magnis in saecula nomen
 Laudibus; & clarus gestis *Caraperius* altis
 Viueret; at contra duris *Antonius* armis)
 Victus ubi cessit terrentibus *Oglus* umbris)
 Fulminat, horrendo referens *Carrassia* bello
 Pectora, terribilemq; acer consurgit in hostem;
 Inuictorq; clement horrendam pectore pugnam.
 Nec procul hinc animis alacres, dextrisq; *Morettus*
*Marreades*q; gerunt Martè; procul inde *Morattus*
 Terribilis, sauisq; bonus superantius armis
 Sanguineum glomerant condense funere bellum.
 Nec minus *Entigues*, ferroq; insignis *Alonsus*
Lunius inuiso prosternunt agmina letho
Teucrorum; quantum obsistat leptius illis;
 Multaq; *Batigenum* demittat corpora morti.
 Innotat horrendis procul hinc interritus armis
Sestius; & durum miscet cum sanguine Martem;
 Sed premit inuictus ferro *Spinellus* acerbo;
 Effusumq; atro tandem demittit auerno.
 Incurfant procul hinc alacres ombone coruseo

Hispanus

*Hispanus Gabriel, dextraq; horrendus Amattus
Spartanus, ferroq; ingens Gusmanius heros
Barceas acies satis effundit amaris:*

Sed duro contra consurgit Marte Sayrus.

*Hos iuxta poscunt, seui duo fulmina belli,
Fernāndus Casamen ferro, sociosq; Raphael
Alter Martēnsis, Carrāssiūs emicat alter,
Plurima pallenti mittentes corpora morti.*

Nec procul hinc Gabriel pietate insignis, & hasta,

Insubrium decus aeternum, Melitesq; potentis,

Emicat; atrociq; superbum Marte Ramazzum

Aggreditur dextra; mediumq; elapsus in agmen

Terribilis, multa tandem vi deiecit orco;

Multaq; busta virum iungit consortia letho.

At martis decus egregiam Lanotus heros

Agmina sanguineo fundens Marpesia ferro,

Ductorem medijs effusum in millibus Orci

Deiecit in tenebras; pavidumq; interritus agmen

Inuadit; multosq; rubras effundit in ondas.

Hinc procul irradiat diuinis Carolus armis

Ausonia Gonzaga iubar; Psyllumq; cruento

Orbelum ferro, sociosq; inuadit; & ipsum,

Et socios omnes inuscto Marte profundit.

Sforzcius hinc ingens Paulus, furit Oscitis inde

Terribilis (magnum letho iam strauerat Argem)

Sanguineamq; gerunt atroci pedore pugnam.

Hinc formidatus Teucris, & gloria magna

Heroum Melites dextra Romagassus acerba

Insonat; & solo deterret nomine Mauros,

Ingentemq; premeris immitit in ossa timorem.

Interea bonus Austriades praestantibus ausis
 Diuinum referens horrenda in bella parentem,
 Fulminat, horribilemque, ciens certamine martem,
 Agmina Bistonium pallenti deijcit umbra.
 Mirantur Thraces diuina sobora dextra;
 Mirantur fulmen validum, tristemque, ruinam
 Fulminis Austriadae, generisque; interrita magni
 Agnoscunt claris bellorum pectora gestis.
 Bis ternas acies aduerso Marte coegit
 Magnanimum heroum turpi dare terga pauore.
 Aspera bis victi redeunt in praelia Thraces;
 Magnanimique, ducis dictis, & honore superbi
 Oppugnant; audentque mori, mens omnibus una
 Seruandi Regem, miseram seu ponere vitam
 Vnanimes ardent, & aperta pericula tentant.
 Magnus Iobannes contra rapit acer in hostem
 Hispanas acies; belloque, asperrima corda
 Magnanimum heroum dictis, accendit amicis
 Ad pugnam, factisque, manus ingentibus urget.
 Dant cuneum; densaque, in Thraces mole feruntur;
 Fulminea clarus dextra Lopezius heros,
 Cardinensque, ingens, simul & Moncadius acer,
 Et Zabapta ferox, validusque, Carilius, & ingens
 Corduba, terribilisque; atroci Marte Philippus,
 Et Rodoricus atrox, nec non Mendozza superbus,
 Ac Sotus, validusque, feris Gusmanus armis,
 Magnanimoque, satus pariter Marcellus Alandro,
 Inuictique, duces alij certamine vasto
 Austriadem magnum, dextraque; animisque, sequitur.
 Desuper & glades, & acuta cuspide cantos,
 Effun-

Effunduntq; acres fulgentes ære caterua
 Nigrantem denso telorum turbine nimbum;
 Multaq; Threicium demittunt corpora morti.
 Non tamen ad primum prora succedere limes
 Hostilis, primamq; datur contingere metam
 Batigenis: etenim semper globus eminent ingens
 Threiciam, validiq; duces, fortesq; phalanges;
 Et propria stantes accessum morte tuentur.
 Non secus annosa concusso stipite quercus
 Efferuet rapidis circum domus ardua nigris
 Agminibus; vix quinq; ruunt ad praelia primò;
 Paulatim crescens ira globus agmine trunum
 Occupat; & bellum morsu succendit acerbo.
 Haud secus in prora feruent densissima Thracum
 Agmina, sanguineumq; truces ad limes inundant
 Ductores: quamuis absumant millia ferro
 Corpora Batigena magni, validasq; cateruas
 Immissosq; duces fundat mauortius heros
 Austriades, alios sauo seu vulnere tardet:
 Opponunt etenim sese testudine densa
 Threicij duxo moribundi fulmine martis;
 Sythoniamq; ratem proprio discrimine seruant.
 Interea Trallen nigris demerserat undis
 Romulides magnus; proraq; fugauerat agmen
 Dardanium, saltuq; ratem conscenderat acri;
 Tum tristem miseris infert pertransstra ruinam
 Othomanis; impletq; inuiso funere pontum.
 Succurrunt socij dextris ardentibus acres
 Vndiq; Portanumq; student auertere litto
 Vnanimes, pugnantq; truces; sed martius instat

Aduersus miseros latijs Antonius armis;
Horrendamq; ciet stragem: sed corpore denso,
Non tantum ferro, Rectorem à morte tuentur.
Hinc premit Andricios fatis Maluezzius atris
Pyrrbus; & effuso proceres in sanguine mistos.
Infauftis contra faciorum Scandarus atrox
Cladibus occurrit, sauumq; in bella lacescit
Victorem, veteremq; feris inuenit in armis.
Vndiq; sanguinea crudescunt praelia ferro
Interea, clamorq; ingens in fata ruentum;
Letbiferisq; anceps nimium mars errat in armis:
Vndiq; nam dudum certatur pectore firmo;
Nec ferram, mortemq; timent; nec vulnera carant.
Bellantes: solum ferro, dextraq; superba
Alter in alterius crudescit funera pendens
Ardus; ac miles sitiens haurire cruorem
nuisum, conculcat opes; & tristior ira
infaustum strictis odium mucronibus implet.
Prodiga despecti surgit prudentia lucri;
Prædaq; feralis feritate nocentior omni
Exulat ex animis bellantium, atq; ardor balendi:
Sanguis enim cunctis flauo preciosior auro
Ducitur hostilis, sublataq; vita pyropis.
Tas inter cades, miserandaq; funere bella,
Ecce lygur dextrum vento, fatiq; secundis
lgmen agens, proram pelago diuertit ab alto,
rte noua specularus iter, martiq; potentes
esydias, stragisq; viam; prorisq; superbis
rdua Tureissa victor premit ilia classis;
gentemq; gerens inuictis viribus hastam,

Efferus ingreditur bellum; dirisq; triremes
 Concutit hostiles bombis, lybicasq; pbalanges.
 Tunc sic alloquitur socios. vos martia corda,
 Quæ magno patriam semper decorastis honore,
 Ausoniaq; decus claris, nomenq; triumphis,
 Inuictas armate manus; animisq; paternis
 Fulminei vosmet tantis accingite captis.
 Pectore iam patrio dignum, iam sanguine prisco
 Robur adest animis, socij: vos estis ij tem;
 Qui mecum toties a iuersa per aquora vecti,
 Et lybiæ spolijs, magniq; orientis onusti
 Victores patriam læti remeastis ad urbem.
 Precipitate moras; solitumq; ostendite martem:
 En vocat Italia nomen, vocat inclyta Christi
 Gloria dilecti, vestro qui pectore vires
 Ingentes præsens dextramq; animumq; ministrat.
 Vos animis certate pijs. nec plura; superbo
 Principio Celebrix sternerit, mox fulmine Rhesum
 Corripit in latus; ac pugnantibus ingerit hastam,
 Strage furens: socij; horrendo Marte sequuntur
 Atroces; multamq; ferunt cum sanguine stragem.
 At ferus Ocyalus simulata nescius artis
 Velorum, fictaq; fuga, lygurisq; superbi,
 Victor ouans mediam in classem proiecerat agmen.
 Vt primum vasto redeuntem à gurgite vidit
 Aquatis tumidum velis, ventoq; superbum,
 Ancipiti dudum pressus formidine mentem,
 Obstupuit; dirumq; reuoluens pectore casam,
 Deserit inceptum; seseq; horrendus in armis
 Colligit; & magna venienti concitus ira

Opponit sese ferro, socijsq; proteruis.
 Sed bonus Andreas validis petit arduus armis
 Christifugam, terrore premens, totumq; fatigat
 Viribus inuictis, austrisq; fauentibus audax;
 Ac Lybiae prpulos, proceresq; in frustra trucidat.
 Obsistunt contra iaculis, sudibusq; superbi
 Getuli, mistoq; immiscent sanguine stragem.
 Haec inter valido Caribem certamine prouum,
 Et Scelbin cum fratre Iyca, Merobenq; profundit
 Nigronus, comitemq; Balim; fortemq; Rusitem
 Saulus, Brebyciumq; Beyn, Steliumq; Grimaldus.
 Interea Peruimfatis Spinellus acerbis
 Strauerat ingentem; sociumq; effuderat agmen:
 Cum seuus contra dextra Sandaggius acri
 Occurrit, dirumq; immiscet sanguine bellum;
 Victoremq; Italum dictis castigat amaris.
 Infelix ausus sacra tot funera gentis,
 Othomanumq; ducum ferro tentare nefando?
 Nec Thracum diuos, nec nomen Principis atmi,
 Nec Teucrum, sacroq; potentes fulmine Thraces
 Funeris ultores timuisti, perfide, tanti?
 En nostro sumant non dignas sanguine penas;
 Aspice. nec Prochiten, placidi nec amana videbis
 Littora Pausilipi vernantibus amplius oris,
 Sed stygios umbris manes pia uictima caris.
 Non tulit ulterius sermonem Carolus atrum:
 Sint responsa tuis haec tela, miserrime, dictis
 Cum letbo. dixit; martemq; inuauit atrocem.
 Hinc Ruueres ingens, ac dextra legnitus acri,
 Et pater Ascanius, seui irra pumina belli,

Millia turbato prosterunt agmina ponto.
 Sforzcius hinc acer, ferroq; Vrsinus acerbo
 Per medias acies Teucrum dant fortia letbo
 Pectora; nec viles dextra dignantur atroci
 Sternere Pamphylios: dextra, laeuaq; furentes
 At subeunt socij; despectaq; funera complent.
 Hinc medio magnus catu Farnesius heros
 Mustantem duro prosternt vulnere transstris;
 Passentesq; Erebi caesum merisset ad umbras:
 Nigens crudelis subsistens pectore Thracum
 Opposito, stratum fati seruasset ab atris.
 Irruit in densos dextra mauortius hostes
 Sauius; & turbam letbo prosternt inertem,
 Immistosq; duces; sequitur fortissimus Hector,
 Fulminetq; duces alij, sociaq; caeterua;
 Othomanisq; atram denso dant funere stragem.
 Hinc formidatus dextra Carrassius acri
 Fernandus fundit Sparten; magnumq; Procasten;
 Tolpbis Argiolum iuxta, Breciumq; Morillus;
 Flaminus Baurim, fusosq; Toraldus Achate
 Ingentem Dalion; procul hinc Lanous Arcam
 Terriollem, fratremq; Choam, sociumq; Thearcon.
 Sforzcius hinc Paulus Meneyn, fortēq; Melassen,
 Arcennumq; necat, sese dum funeris osci
 Vltiores iactant: iuxta Maluezcius Othryn
 Effundit, sociumq; Dagon, lyciumq; Polisben
 Marrenis; sociusq; ingens Fernandus, & ingens
 Franciscus caesis Carrassia gesta Bythinis
 Millibus attollunt caelo; fortisq; Casalis,
 Aeternisq; micans belli Gonzaga triumphis,

Ausonijq; duces alij munimine vasto
 Incumbunt iterum bello; multosq; trucidant.
 Cepissentq; rates; acri ni fortia bello
 Pectora Turcarum starent in limine primo;
 Ductoresq; acies dictis in bella referrent.
 Hinc inuisa quies oculos, & ferreus orget
 Somnus in aeternam Teucrorum lumina nottem.
 Magnanimus miscent saevis ea funera telis
 Vennerius, Canolusq; acer, fortisq; Quirinus,
 Barbaricusq; ingens, Venetumq; acerrima bello
 Cetera turba ducum: rabido velut ore Nyphates
 Impasta tygres absument noctibus agnos.
 Haud aliter Veneti Patres, & martia pubes
 Per medios hostes animis ingentibus ardent,
 Fortia Teucrorum sternentes agmina letho,
 Vennerius Rhodopen ferro, Tarabeng; Triballum
 Ductores iuuenum perimit; sariumq; Momerten
 Algigium lybium, cumitema; in funera Perus
 Barbaricus sternit; faciumq; in fata Quirinus
 Adiungit Psyslen Stymno; Pialimq; trucidat.
 Hinc Meridona necat Canolus, fortemq; Sinanū.
 Ast immane fremens, Marium, Fabiūq; Mamettus
 Interimit, iaculoq; Petrum stridente Cubattus.
 Interea Sarias acies, tyriumq; Scielbum,
 Ductoresq; neci iuuenum, fortissima corda,
 Strauerat Austriades; proraq; audentior hostem
 Ardet adire manu; proceresq; obtruncat; & omnes
 Obstantes, duroq; viam certamine pandit.
 Tum socijs. iustum nobis victoria martem
 Annuis à superis: ceptis succedite lati.

En sperata dies: ferro me quisq; sequatur
 Fulmineo; martisq; æternum quarat honorem.
 Sic ait: & saltu, ferroq; horrendus atroci
 Infilit in proram. dextris, animisq; superbis
 Ancipites duri casus in maribus euntem
 Prosequitur delecta cohors; æcerq; Philippus,
 Cardineusq; ferox, Marcellus, & inclytus armis
 Corduba, fulmineiq; duces, & martia corda.
 Olli Thracium sauis ferit æthera clamor;
 Ascenduntq; foros; nuieto Marte Thalanges
 Terribiles Sarium; grauida quas regia puppis
 Suppositas bella studiis gestabat in aluo.
 Dant sonitum ingentem; diramq; furentibus omnes
 Inuadunt animis Martem; cœu cœtera nunquam
 Pugna fuit; taciq; animis, cœciq; furore
 Horrida committunt prorsituri prælii ferro.
 Vulnera contemnunt rabidi, quin funera temunt;
 Insenso solum properant concurrere Marte.
 Audentes animo dictis, & Martis honore
 Magnanimus succendit Halyz, spolijsq; superbis.
 At generosa Ducis tantum sortita periculum
 Betigenam legio, dextris accensa paternis
 Incubat; & caro properat succurrere Regi.
 Incursant alacres omnes: tum pectore firmo
 Vndiq; certatur: teretiq; sub arbore sauis
 Agmina densantur; viso nec funere cedunt.
 At bonus Austriades prorumpens Marte superbo,
 Efferas in medios ferro delabitur hostes,
 Obuia multa ducum demittens corpora morti.
 Qualis ab ætheria deiecit sedem proteruos:

*Impia Calicolas contra, magnumq; tonantem
 Arma Pelethronios, montesq; ignemq; ferentes
 Fulmine Mars atrox. baud illo segnior ibat
 Martius Austriades, medijsq; in millibus ardens;
 Horrendamq; ciet pugnam, tristemq; ruinam
 Othomanis ducibus miserando funere victis.
 Threicijs contra telis, & pectore denso
 Extremo sub Marte parant defendere puppem.
 Instat Halys; dictisq; animos in praelia tollit
 Bistonijs; paribusq; furens accingitur armis.
 Fulminat, id cernens, dextra Requesenius acri,
 Inuictaq; manu pariter Vaschezius heros;
 Austriadaq; Duci tantis succurrere captis,
 Ardescunt; celeriq; accedere remige puppi.
 Certatim properant ambo; tandemq; per hostes
 Vi pandunt iter inuicta; multosq; profundunt.
 Martius interea nigris Antonius umbris
 Strauerat Alcaethium; sociosq; effunderat omnes,
 Aut casos. sedosue salo: vix praelia primi
 Puppe gerunt; miseriq; atra se morte tuentur;
 Cum diros belli casus sub pectore voluens
 Portanus secum, miserandaq; funera Thracum,
 Haret; & insolita pressus formidine mentem,
 Terga parare fuga, & studuitq; excedere bello;
 Effusas ut opes, aduersaq; numina cernit.
 Tum fidum dictis Sulmanum affatur amicis.
 Cernis, ut ingentes superum seuissimus ardor
 Vertit opes Thracum? tales quis vincere possed
 Indomitas iras diuum, vel sistere contra?
 Hoc illud, Sulmane fuit; quod sepe monebat*

*In somnis genitor, totiesq; per aera voces
 Audita noctis medio (nunc deniq; nosco)
 Tracibus excidium magnis ferale canebant
 Fluctibus in medijs. heu mens praesaga malorum
 Horrebat bellum: dictisq; innixa Mametti
 Magnanimi sebat. sea quis felicibus ausis
 Principis Othomani tantum sperare dolorem,
 Aut damnum poterat, tantaq; incendia classis
 Sed fors omnipotens, & diuum tristior ira
 His misere malis, & ineluctabile fatum.
 Heu fragilis nimium miseranda superbia vita;
 Quam citius ruis infelix à culmine praecipis.
 Nil potes inuitis unquam confidere fatis
 Viuorum, magniq; illapsu Regis olympi.
 Cernis; ut infensus Mauors sub imagine nota
 Principis Austriada nostris dat funera Teucris;
 Othrycios, Thracesq; suos, Hemumq; perosus,
 Ingentesq; animos latijs, viresq; ministrat?
 Quis talem bellis diuinis crederet unquam
 Viribus Austriadem? magnos en solus acerbis
 Deicit Othomanos fatis, classemq; superbam.
 Cedamus fatis; nec fas, obsistere diuis.
 Arripiamus iter; non haec sine numine sancto
 Eueniunt; quando fatis urgemur iniquis.
 Cernis; ut aligeras bini cum veste nitentes
 Sydereas ducunt acies in praelia telis
 Aethereis; diroq; inuictum martemuentur
 Austriadem? dextra ne vides, et lucidus Ales
 Caelestis, leuaq; bumilis, sed fortibus ausis
 Obordiger assistit terreno pauper amictu;*

Telaq; diuertunt amba bellantis amici
 A membris, ut nil nostrorum ferreus imber
 Ledat lobannem? genus insuperabile bello
 Austriadum superum auspicijs, fatiq; secundis
 Extitit Othomanum semper fatale ruinis.
 O nimum felix; & fortunate laborum
 Austriade, magni soboles certissima martis,
 Fortuna; magnisq; patris virtutibus haeres,
 Bellorumq; ausis caelo succedis amico;
 Totiusq; puer domitor clarissimus orbis,
 Exitiumq; meis extremum ingentibus vnus
 Othomanis, at nos fatis cedamus iniquis
 Interea; tutiq; solum, Salmane, petamus.
 Menè parare fugam turpem te posse relicto
 Sperasti? victanè ducem sic linquere classe?
 Heu Macomette pater, tanton me crimine dignum
 Duxisti? talesnè iubent mibi numina penas?
 Quò feror infelix? quæ mentem insana versat?
 En moriamur adhuc. quid agam? per sancta Sabæ
 Limina, per siquid sancta pietate meremur,
 Te, pater, obtestor; dilectos aspice Tbraces,
 Othomanumq; ducem, si non exosus ad vnum
 Threicios perdis. liceat, superesse iriremes
 Bistonias; dirisq; tuos excedere fatis.
 Non alijs opibus, nec defensoribus istud
 Tempus eget, genitor. non hac fatiicia seuis
 Hostibus eueniunt tanti certamina belli
 Humanis opibus, latium non arte magistra.
 Sed bene dij patrij pugnant, & Regia virgo
 Quis contra? Regina potens caelestibus armis

Et seuos animos latijs, viresq; ministrat
 Fulmineas, ferro Teucros accincta trucidans.
 At tanta stammis vindieta maximus olim
 Vltor ego; cum dira dabunt mihi crimina vires
 Chriſtigenum, sumens scelerato à sanguine pennis.
 Ira Deum succensa sinet. sic dixit, & vna
 Labitur in paruam tacitus de puppe biremem;
 Ignotusq; fuga fuluæ properauit arena,
 Salmano solum fido comitatus amico.
 Interea totum telis absumpserat agmen
 Martius Oenotrius Thracum; captamq; triremem
 Deserit Ausonijs; mediosq; illapsus in hostes
 Terribilis, miseris tentat noua praelia Teucris,
 Paribeniũ sauo aggressus mucrone Caranum.
 Hinc ferro (sic diu voluistis) martius vltor
 Astoris, & socium transtris effuderat atris
 Lesbiadem; iuguloq; assistens, fata minatur.
 Ille manus; supplexq; oculos tendebat inermis;
 Effucisq; piam precibus deflectere mentem
 Ceperat ausoniam: venetum fidissime Nestor,
 Parce, pius scelerare manus; nec sanguine sumas
 Inſonti penas: cali pia numina testor,
 Diuorumq; minas; afflictam inuitus in urbem
 Conſlatoſ vidi Thraces, & lesa Cethina
 Fedra: confectusq; odijs furor aspera Teucrum
 Fata dedit latijs tanta pro cede suorum.
 Parce, precor, victo; siquidem sanctissima victis
 Supplicibus placidam spondet clementia pacem.
 Sin autem corpus meum hoc æthere cassum;
 Exanimam me redde meis. sic optimus Astor
 Illacry-

*Il. acrymans natum, corpusq; ex angae sepulchro
 Concessit, fieriq; supremum mortis honorem.
 Vicisti: iustis respondent omnia votis.
 Talibus infæ'ix demulcens pectora dictis,
 Turbatam votis mentem flectebat amicis
 Nestoris, infensamq; manum: sed mollia dicta
 Infandi sceleris iustis ultricia panis
 Numina non fallunt, merito quin funere sumant.
 Hac inter, dictis Nestor dum voluitur anceps;
 Ecce cruentatum bullis fulgentibus enses
 Astoris aspexit, lethi, læsiq; vocantem
 Fœderis ultorem sacri, miseraq; Cethina.
 Ignescunt iræ subito; furor ossibus ardet;
 Exclamatq;, altum reuomens à corde dolorem,
 Impie suppliciter sceleratam Barbare vitam.
 Exposcis; diuum contra qui iussa, fidemq;
 Immeritam rupto turbasti fœdere gentem
 Idaliam? sicætheri Regnator olympi,
 Sic felix Astor, mentisq; Antonius ingens,
 Illustresq; duces poscunt, pubesq; latina,
 Ida'yq; patres inaigna morte perempti;
 Palmisferiq; omnes meritum tibi funus ab alto
 Instaurant; iustasq; absumunt sanguine pœnas;
 Vlscisq; iubent umbras. hoc inclytus Astor
 Te ferit, hoc scelerata petit tua viscera ferro;
 Et pœnam librat dextra nec plura: cruento
 Terq; quaterq; remens transfigit pectora telo.
 Patidus exemplo mortis color occupat ora;
 Mæstus ubi manes inuisit spiritus imos.
 Heu quis te casus deicetum funere tali*

Excipit? aut qua digna satis fortuna reuifit,
 Aftoris inuicti toties erepte ruinis,
 Lesbjade infelix? sceleris quis cladibus istis.
 Implicuit vite infanda iuftiffimus. vltor?
 Cingeris hinc iuftis odijs; amor inde recessit
 Fictus Ericthonium; penaq; fequantur atroces.
 Heu mentes hominũ misera. quid longa iuuabunt
 Confilia? an digno vertent à funere fontes?
 An longam fugient superũ fera crimina dextram;
 Si femper fontes comitetur confita pena?
 Quis fugiet superum iuftas volitantibus iras.
 Confilijs; ad fancta Deum ni numina puro
 Pectore confugiens lachrymis effusus amaris?
 Amplius elatis quisquam non fidere rebus,
 Sed memores superos, scelerisq; vltigia difcat
 Numina; iuftitiamq; fequi virtutis amore.
 Hinc pauidos socios inuictõ pectore Nefcor
 Aggreditur; stragemq; ferens, immittit Auerno.
 At bonus interea ferro fternebat atroci
 Agmina Teucrorum fedas Iordanus in undas.
 Permiftosq; duces, deiectis funere trifti
 Tot Sarijs primũ. cum feuis astitit armis
 Apfanus, magna sociorum cade superbus.
 At prior alloquitur; dictisq; laceffit amicis.
 Si te magnarum rerum, fi prisca Quiritum
 Gloria follicitat, magna dux inclyte Romae;
 Hoc folum noftro dirimatur fanguine bellum.
 Et Rhody, ceffentq; Itali. certamine virtus.
 Annuet hoc pulchrum meritis fua viuida mantem.
 Non socium. dixit: sociosq; recedere iuffit.

Martius exultans percepto nomine pugna

Vrsinus, dictis hosti sic fatur amico.

Non hac à pauido, Rhodium fortissime gentis,

Pectore, nec timido belli vox excidit ore;

Egregijs quamquam gestis te gloria tollit

Illustrem: concessa tuis sint praelia votis

Hac tamen; & prora bellum dirimitur in ista.

Sic ait; & socios iussit concidere transiris.

Olli fulminis alaeres in vulnera dextris.

Horrendam ferro pugnam, martemq; lacefcunt

Sanguineum: viam circumdant ara fauillam.

Ast animo, dextraq; inuictus martius heros

Hostiles oculis reddit vigilantibus ictus

In ventos; saeuumq; ferit dexterrimus hostem.

At multum fuso diffundit sanguine vires

Asterius magnas; multiq; in corpore vultus

Romano signat: talis sub pectore virtus

Romulidae magni praestantibus enitet auisis;

Et latium robur patrijs ostentat in armis.

Scuta cadunt diffusa salo; solidaeq; premuntur

Lorica; largis sudor fluxit undiq; riuis;

Sollicitatq; labor durus: sed fessa labori

Ingenti nullam poscant in membra quietem.

Obstitunt nixi dextris: vim suscitatur ira

Inuictam: possuntq; tamen; quia posse videntur.

Ignescunt iterum supremis nescia bellis

Pectora deuinci; stimulisq; ingentibus ardent

Gestorum, magnaq; acti virtutis auite.

At tandem duro succensus corda furore

Dar Apsanus, vibrat supremis viribus enses

*In caput Ausonij: flectitq; iu pectora lapsum;
 Ingeminatq; ictus. sed bello viuida virtus
 Tunc Vrsina ducem superas reuocauit ad auras.
 Posilitit subito; vacuumq; per aera ferrum
 Insonuit; tenuesq; in Ventos protulit ictum.
 At tanta pugna succensus arda pudore
 Ingenti verus Romani roboris heres,
 Perfurit; ac dextra lucat immediabile fulmen;
 Inuisumq; caput galea proscindit aperta.
 Concidit infelix; vitamq; in vulnre fundit
 Magnus Orontaus; caeciditq; ut martius beros.
 At tanto socij percussis pectora casu,
 Complicuere genu latio; vitamq; precantur
 Effusi; vitamq; pijs his flouibus olli
 Concedit latius; socijsq; remittit habendos;
 Vicinamq; ratem saltu conscendit atroci;
 Terribilemq; ciet condense funere pugnam.
 Et iam Troiugenam medijs in milibus ardens
 Miserat ad manes casum Farnesius imos;
 Addideratq; duci comites in tartara multos
 Deuictis Teacrum ratibus; eiem puppe Mettellum
 Vicina videt effossum lethali bus armis,
 Poscentemq; manu: quo non praestantior alter
 Parmenses inter, Regi nec gratior ullus.
 Indoluit nimiu fatis Farnesius atris,
 Illacrymans sortem cari miseratus amici;
 Treicioq; ardet miserandam funere cadem
 Vlcase; seuasq; absumere sanguine penas
 Hostili, ferro medios irrupit in hostes
 Effurus; & stragem miseris immittit acerbam.*

Otbrysijs; pariterq; duces, pubemq; trucidat.
 Ut leo crinitus casos in stramine natos
 Aspiciens, dama dum eade rediret onustus,
 Sævit atrox, & odore legens vestigia noto,
 Corripit audaces cursu sauiissimus acri;
 Horrendamq; infert stragem; mortemq; dolentem
 Natorum iubet ubcisei furibundus in hostes.
 Talis Alexander medijs in milibus ingens
 Threicium mæsti desavit feneris ultor,
 Fortia deiciens miseranda corpora morti.
 Prosequitur delecta cohors in martis eundem
 Discrimen; multiq; neci sternuntur acerbe
 Funera confuso; nec tantis fida periculis
 Deserit ardentem pubes certamine Regem
 Parmensis: talis magno succendit amore
 Dilecti virtus animos Ducis inclyta magni:
 Terribilis duro contra eam Marte Matbaon
 Obuius occurrit; distisq; læscit amaris.
 Haud equidem valido rinctum te mania valle
 Magnanima cobibent Parma; nec fidere plantis,
 Sorte datur. victo misera spes una salutis
 Hæc tantum, pedibus vitam committere nostris.
 Inuisam vocem abrumpens (nam plura parabat
 Dicere) verba darent, sed nō dant verbera plantas,
 Barbare. sic dixit. telumq; immane superbi
 In caput Emony librat, vocemq;, animamq;
 Pallentes Erebi pariter demisit ad umbras
 Ensis atrox, valido scindens ad guttura ferro.
 Hoc Sarij tanto stupefacti pectora casu,
 Concussis cecidere animis, Sariumq; ruina

Exorant pacem strati; victiq; fatentur,
 Imperiumq; Ducis magnum, vitamq; morantur.
 Parcere subiectis sibi Farnesia virtus
 Imperat: acer enim vera pietatis amore
 Magnanimum nullus pectus furor exuit unquam.
 Parmensi magno, nec fors contraria Regi.
 Attamen atroci ferro mars impius hausit
 Quamplures; dum iussa duces sensere benigni
 Principis in Teucros; miserofq; infensa quiescant
 Pectora, sanguineo socium succensa furori.
 Hinc alias ferro naues manortius heros
 Ingruit hostiles, effundens agmina letho;
 Aspectuq; fugit miles conterritus omnis.
 Non minus hinc duro miscebat praelia ferro
 Magnanimus ruerse; sauoq; obsistit Agyllo
 Fulminea dextra. glomeratur sanguine pugna
 Permisto. Celebin sauo tum funere mergit
 Ipsius ante oculos magni Franciscus Agylli
 Dilectum, patriaq; adiunctum sanguine gentis.
 Hoc mentem casu cari turbatus amici
 Scuit Agyllus atrox animis; cunetisq; superba
 Ignescant ira lycijs; sauisq; Sarissis
 Consurgunt omnes; ac postunt sanguine vitam,
 Vnanimes unum contra. sed maximus umber
 Inuictis acer contra stetit obtusis armis.
 Sed non hanc turbam concurrere passus Agyllus
 Heroem contra solum mibi ceate pugnam,
 O socij. mibi vinctam mibi sumere uignam,
 Fas erit hac dextra fors. nec plura locutus;
 Fulmineum ferro fert hac conuersus ad hostem;

Hoc nostro defende caput, crudelis, ab ense;
 Teq;, inquit, solum solus certamine posco
 Victorum: caris ut eas in tartara nostro
 Manibus infelix demissus victima ferro;
 Et consanguineo referes te fulmine miscum.
 Sic dixit; dictisq; ingens hastile lacertis
 Intorquiens, durum vagina liberat enses;
 Terribilisq; hostem feruore imuadit acerbo.
 At Ruueres acri assuetus decernere ferro,
 Effugit saltu telum; dextraq; superbus
 Apparet contra; dictisq; irridet amaris.
 Fas consanguineo iungi te, barbare, caro,
 Sacrilegoq; tuo; manesq; videbis ad imos
 Spiritus infelix; at corpus victima turba
 Squamigere medijs lacerum voluetur in undis.
 Sic dicens, solitis in sauum viribus enses
 Intorquet lycium; parma, galeaq; rescētis
 Diuidit horrendo spaciosam vulnere frontem.
 Tunc oculos sanguis guttis obnubilat atris,
 Eripiens hostem ferro, martemq; superbum.
 Perfurit hoc ictu lycius: dant lumina flammās
 Horribiles; cecoq; iubet contendere marte.
 Accurrunt subito socij: sed martius heros
 Ostensum victor pectus transuerberat ense.
 Occubat infelix, manes it mestus ad imos
 Spiritus in flammās, roseas sed corpus ad undas.
 Crudescent lycij; perculsi pectora casu
 Magnanimi Ducis; ac surgunt in funera seui.
 Sed valida victor dextra, ferroq; cruento
 Aggreditur subito condensum audentior agmen;

*Ingentemq; infert multo cum sanguine stragem.
 Interea sauis percepta cade suorum
 Horrenda dictis ultrò compellat Amattus
 Victorem. solum (fatur) dux inclyte gentis
 Ausonia, ferro, validoq; lacescere Marte
 Inuictum bello; sedit sententia menti;
 Ne longum traberem multa cum cade meorum
 Horribilem pugnam, Martemq; cruore proteruum.
 Quocirca nostro dirimatur sanguine bellum;
 Et latij, (si sic visum) nostriq; quiescant:
 Sic victor capiet deuictam Marte carinam.
 Arma, locumq; legas, concedimus omnia votis.
 Non quoniam tanto sperem te vincere bello
 Inuictum; non hac nobis fortuna superstes;
 Sed victum latij dextra cecidisse, iuuabit,
 Magnanimi Ducis inuicta, belloq; superbo.
 Sic etenim non terga fuga, sed pectora ferro
 Ascieden socij cernent inuicta dedisse.
 Sic dixit. contra paucis sic Sforzzius heros.
 Gratulor bis ausis, Graie dux optime gentis,
 Et Martem, proramq; istam, solamq; bipennem
 Annues si qua tamen poscis; do cetera votis.
 His dictis, alacres socium cingente corona
 Obiecti clypeis horrentia praelia magnis
 Inuadunt; Martemq; cruenta limine proæ
 Horrendum glomerant: surgit timor ensis, & unda
 Aequalis; vastoq; sonant caua tempora vircum
 Tinnitu galeæ; ferrumq; umbone repellunt;
 Ac roseo mittunt paulatim fragmina ponto.
 Anceps diu maior: ingens sudantia feruor*

Membra quatit; mistusq; cruor collapsa labore
 Ossa premit, sed honor validis vim suscitatur armis.
 At patriæ fama, nomenq; insigne parentum
 Dum secum memorat præclaris Sforzgius ausis,
 Ignescunt animo virtus, & corpore vires.
 Ingeminat bellum; veluti si nulla fuissent
 Prælia tum laceros artus, parmæq; resectam
 Hostis, & à toto manantes corpore rivos
 Aspiciens, bellumq; animo, non viribus æquis
 Miscentem, dextra tremebundū impellit in undas.
 Concidit infelix; vitamq; in gurgite fundit.
 Arcades exclamant; vitamq; ingentibus orant
 Effusi lacrymis. vicisti, inuicte; cruentis
 Ne tendas odijs ultrò (sic ore precantur)
 Oramus miseri: victis pia fœdera scinto
 Firma manu: nos hæc victori cedimus arma,
 Beuictamq; ratem: solum miserere precantum.
 Talibus accensus dictis, & fœdere sacro
 Concedit vitam lacrymis, socijsq; triremem;
 Terribilisq; infert vicinis bella Pelagis
 Horrida, sanguineamq; necesse, stragemq; cruentam.
 Interea lapithum tantorum cæde ruentum
 Consurgit furibunda cohors; quibus asperat iras
 Dargutus furijs ætus, stimulisq; malignis.
 Indignum facinus, morientem cernimus, inquit,
 His oculis Regem lentis nec morte dolemus
 Principis egregijs secum moriamur; & armis
 Inuictis latium permisti in fata ruamus.
 Præstat obire diem; quam vertere terga pauore.
 Sic dicens, celeri remeans volat ocyor euro

Per mediam classem; nauesq; impellit amicas;
 Regalemq; ratem bis ternis undiq; proris
 Congreditur sabitò: socium tum rebus egeris
 Succurrit, mittens inuictò militè quinas
 Subsidio naues, puppèmq; inuadit Iberam;
 Cepissetq; ratem; ni fortia pectora dextris
 Obstarent; vitamq; in aperta pericula ferrent
 Hispani proceres, vatidæq; in bella phalanges.
 Huic etiam inaius iungit fors dura periculum;
 Dum seuis surgunt animis, & Marte superbo
 Indomiti lapitba; magnumq; in funera poscunt
 Austriadem; belliq; ingens ferit aethera rumor;
 Inuictis acies animis, validosq; Podargos
 Cardineus fatis heros sternebat acerbis;
 Ferrea tunc pectus stimulo transfixit acuto
 Sphæruta; felicemq; animam committit olympo.
 Occubat; & roseo digressus spiritus ore
 Suppliciter sanctum dulcis ter nomen Iesu
 Inuocat; Austriademq; suum respexit amicum;
 Collapsamq; caput letus deflexit in illum
 Qualis purpureus persusus rore resurgens
 Flos nitet; at truncum si fortè excindit aram;
 Languescit; miscetq; acri pallore ruborem,
 Talis Cardineus validis pulcherrimus armi
 Sanguineis posito languescit lumine transtris.
 Hoc cuncti duro perculsi pectora casu
 Magnanimi proceres, præsertim martius heros
 Austriades, socij sortem miserantur acerbam,
 Effusi lacrymis; ferroq; arsere corusco
 In Teucros; certantq; vicisci funus amici

*Sanguine Threicio: retrò càm murmure vasto
 Respèctant Thracum; puppiq; furentibus armis
 Regali certum cernunt instare periculum:
 Terribilesq; trucè properant succurrere ferro;
 Austriadumq; ducem medio certamine linquunt
 Immemores: sed non cessit fiducia magno
 Hesperio; solitaq; gerens virtute paternum
 Nomen, & inuictò proprium sub pectore martem,
 Fulminat; ac longè trepidantem distinet hostem.
 Addunt se tantùm socios, Aloysius ingens
 Corduba, fulmineusq; borrendo Marte Philippus
 Heredius; lateriq; haret Marcellus amico
 Arcadius; miscentq; inuictò pectore martem
 Terribiles; facieq; aliorum protegit armos
 Quisq; sua; longeq; tenent ardentibus hostem
 Viribus; ac multos audentes Marte trucidant.
 Hos circumglomerati omnes certamine vasto
 Horrendam miscent pugnam, Martemq; superbum
 Indomiti lapithæ, Sariumq; exercitus omnis;
 Desendaq; simul cædis glomerantur aceruo
 Austriadae magni dextra; ferroq; truento
 Magnanimum heroum; tataq; ingentibus arcem
 Batigenis denso componunt funere cæsi.
 Nunc valido virtus magnorum Martia bello
 Emicat Austriadum, magnis fulcita triumphis
 Maiorum; priscisq; iterum clarescit in armis.
 Haud aliter quondam claua vastissimus orbis
 Horrienda Domitor diros flagrante tumultu
 Clade Pelethronios stravit, lapithasq; superbos.
 Sic genus berculeum belli felicibus ausis*

*Martius Austriades hostes effundit eosdem
 Vulnere lethali victos; multosq; trucidant
 Othomanos socij; sauo seu Marte repellunt.
 Perfurit, id cernens duris clarissimus armis
 Calmeides; fortiq; ardet concurrere dextra
 Austriadem contra; dictisq; affatur amicis.
 Inclyte Christi genum Ductor, mauortia proles
 Caesaris inuicti, nec enim clarissima virtus
 Me latet Austriadum magnis inuecta triumphis,
 Europamq; Aphrosq; domans, omnemq; trementem.
 Diterrens Asiam, pontoq; extrema refuso
 Littora, quin exempta solo longissima nostro,
 Hoc unum posco, tecum concurrere bello.
 Ne reuas per qui te talem genuere parentes
 Te bello: nec enim ferro superare superbo
 Inuictum reor Austriadem; sed mortis bonorem
 Exposco; nam me felicium principis armis
 Austriada magni casum cecidisse, fatebor.
 Iamq; tuis dijs auspiciis, fatisq; secundis
 Vincimur; & classem, vitamq; amittimus vndis,
 Bellorumq; decus priscum, nomenq; parentum
 Magnorum felix. bis nunc praestantibus ergo,
 Per cineres patrios oro; da praelia votis.
 Talibus orauit dictis Morabeggus ingens
 Magnanimum Austriadem; contra qui talia reddit
 His paucis. iquidem ductor generose Pelasgum,
 Te tanto socium nobis certamine malle.
 Quam durum telis hostem, ferroq; cruento.
 Ait. n. en cblatum generoso pectore Martem
 Annuo, fulmineaq; manu concurrere mecum.*

His dictis, saltu transgressus busta superbo,
 Argolicum contra diuino aperuit ense.
 Olli Thrricij, Celtaq; astante corona
 Horrida suspensi, spectantes bella, quiescunt.
 Ast illi vasto glomerant certamine pugnam
 Terribilem clypeis tecti, ferroq; superbo.
 Ingrauat horrendos atrox Morabeggus ictus
 Prole gygantea feruens; & viribus ingens
 Inuictus; quæ cuncta leui mauortius beros
 Tela vitat saltu, tenerum contundere pectus;
 Vulneribusq; acrem densis transfigit Arbaum;
 Ac multo fixat collapsum sanguine corpus.
 Sed quis magnanimam contra consurgere sumptis
 Austriadum sobolem telis impune superbus
 Ausus; & effuso terram non ore momordit?
 Sic tandem multo collapsus sanguine fuso
 Concidit infelix claris Anorabeggus ausis;
 Seq; quater tali felicem funere dixit.
 Olli consurgunt diris ululatibus omnes
 Argolici; repetuntq; horrendam turbine pugnam
 Telorum: contra sauit certamine victor
 Inclytus, horribilemq; infert mucrone ruinam
 Othomanis; arcemq; struit sibi cade recentem.
 Talibus interea gestis mauortius beros
 Principis Austriada, fati;q; agitated acerbis
 Pandonius, seuis accendens viribus agmen
 Othomanum, Sario;q; truces, lapithasq; proteruos,
 Irruit; & bellum presentibus ingrauat armis.
 Olli belligera tollunt super athera turma
 Ingentes strepitus; implentq; ululatibus auras,

Horrendum diro congressi turbine martem
 Telorum; durisq; hastis. sed martius heros
 Omnibus obfistens, diuinis fulminat armis;
 Desendamq; necem Teucris, sauumq; timorem
 Immittit. pariterq; instant certamine vasto
 Terribile focij; Sariosq; in tartara fundunt
 Intrepidi, magno tantis duce Principe captis
 Austriades; spernuntq; hostem; longeq; repellunt.
 Olli fulminea densus ferrugine nimbus
 Insonuit; celeresq; sudas, valideq; sarissa
 Succedunt; tenerumq; inuicti pectus obumbrant
 Austriada; sociumq; premunt truculentius arma.
 Sed generosa phalanx inuictis effera dextris
 Batigenum, caliq; magis defensa benigni
 Auxilijs, posita Sarios umbone repellit,
 Praecipue bonus Austriades; lapithasq; trucidat
 Exemplò sumptis ausos accedere telis
 Vndiq; deterrētq; alios. tunc aspera caro
 Magnus ab Hesperio diuertit tela Michael;
 Chordigerumq; pater votis in bella vocatus
 vulnera cuncta vetat Regi Franciscus amico
 Mitior, & sobolem tanto sub Marte tuetur
 Incolumem; dextrisq; omnes ingentibus ambo
 Inuictos seruant socios. ardentius olli
 Ignescunt ira lapithis; seuiq; furores
 Exundant; urgentq; animos in praelia diros.
 Ire volunt omnes; seseq; hortantur; & acri
 Impellunt strepitu; properantq; effundere letho
 Christigenas magnos; certaq; documbere morte;
 Et caso spirare truci truculentius hoste
 Bluētantem animam, tanti felicitas casus.

Martius Aufriadcs contra virtute paterna
 Obsistit, socijque simul; vultuque proteruos
 Bistonios alacri terrent, ac longius arcent.
 Intrepidi; sternuntque neci mistosque; superbo
 Audentes bello Sarios. animumque benignus
 Ingentem pater omnipotens. viresque ministrat.
 Celicoleque; duces animis ardentibus omnes
 Ire volunt; ducibusque optant succurrere caris
 Subsidio; nutumque orant, veniamque parentis
 Aeterni; sponsaque addunt pia vota precantis.
 Affice dilectam tanto sub cardine prolem,
 Oramus, sancto decoratam sanguine nati,
 Alme pater, sacri consortem culminis olim.
 Vulnere dilecti talem gratissima pacem
 Exposcunt geniti genitis: hæc mitior audi.
 Tunc genitor paucis iras, animosque; serenat
 Aligerum iuuenum. non hæc sine numine nostro
 Eueniunt, inquit, iuuenes: neque funera poscunt
 Aufriada cari, socijs nec vulnere præbent:
 Seruat enim genitoris amor, geniti que; suprema
 Dilecti virtus meritis, & Virginis alme.
 Cernitis; ut nostra feruent virtute corusci.
 Dilecti proceres, præsertim martius heros
 Aufriades noster; medijsque; in millibus acres
 Effundunt hostes? nostro clarissima nutu
 Clarefcit cari virtus certamine tanto
 Aufriada nostri Teucris, & nostra proteruis
 Gloria Ibreicijs, pietasque; immista Pelasgis
 Ausonias erga nostras; sobolemque; fidulam.
 Sic dicens, totum vultu collustras olympum.

F. PÉTRI VILLAROBELIS STYLITANI
Calab. Min. Obser. Custod. Neap. Theologi.

ECHINADVM NAVMAGHIAE.

Liber Vigefimus.

ARGVMENTVM.

Regia vexatur puppis; dum magnus Iherus
Threicios sternit transtris. hinc Alvarus acer
Addit opes, additq; duces: dant funera Teucris
Christigenæ magnis ceditq; Suxius armis;
Occidit Adriaous; cadit hinc & Pandone Cretus.

INterea procures cuncti succurrere puppi
Regali properant, ingens Requesenius heros,
Andradaſq; ferox, acerq; in prælia. V. aſches,
Inuietiq; duces alij: tunc eſſera bello
Sirene tantum Regis mirata periculum,
Subſidio remeans celeri volat ocyor euro:
Iungit opes; additq; duces (ea cura triremi)
Aerataſq; acies, inuietq; pectora bello.
Olli vicinam tremebundo Marte triremem
Aggreditur; quaſſatq; ſuperbis Alvarus armis.
Inde per atrocis victor dilabitur hoſtes,
Obuia demittens crudelibus agmina fatiſ;
Inuoluitq; rates; pontq; immergit acerbo.
Qualis apud Marſos ſyluis egreſſa repente
Nocte ſub obſcura mutas lupa deuorat agnas;
Ac catulis infert miſerandam funere ſtragem.
Vndiq; ſuccedunt aliæ munimine magno
Subſiſſis; bellumq; ingens, pugnamq; ciuentam

Accessu glomerant. cunctis vis addita vires
 Suscitāt, ingentesq; animos in praelia tollit.
 Olli fulmineus dextra Ioredanius acris,
 Inuiētisq; simul clarus Maliperius armis,
 Auxilio subeunt socijs; ferroq; superbo
 Terribilem medio belli flagrante tumultu,
 Telorumq; astu miscent cum sanguine martem;
 Horrendamq; ferunt stragem, tristemq; ruinam
 Othomanis: velut impasti duo caede leones
 Absumunt vasta pecudes, & inertia corda
 Syluicolum: tales Veneti certamine duro
 Ingentes animis ambo, dextrisq; superbis
 Certatim Teucrum prosternunt agmina letho.
 Hæc inter, denso telorum turbine nimbus
 Ingruit; hinc misto complent miseranda cruore
 Busta foros; mistiq; atris simul undiq; transfuris
 Victores, victiq; cadunt (lacrymabile visum)
 Tunc cecidit sanis proles mauortia fati,
 Magnanimi proceres ambo, Ioredanius inæde,
 Hinc Maliperius, æternumq; in sæcula nomen
 Demittunt belli claris sublimè triumphis.
 Hoc casu socij succenssi pectora tristi
 Ignescunt; vitamq; in aperta pericula mittunt;
 Vlscisciq; ardent socio pia funera ferro.
 Interea puppis crudelem regia martem
 Sustinet; seuos longè disternat hostes.
 At non passa diu proprijs mauortia proles
 Horrendum transfuris martem conclusa facere:
 Infilit in seuum pars hinc furibanda Caranum;
 Aggreditur valido Cussum pars altera ferro;

Tertia

Tertia sed duris Mamminum premit emula fati:
 Substant aut atq; duro certamine martem
 Terribilem; funditq; Phryges terrentibus umbri.
 Accurrunt subito Veloces remige vasto
 Auxilio Teucris; bellumq; immane superbi
 Funere permisso inuadunt: sed martia pubes
 Batigenum contra prestantibus emicat armis.
 Ingentes cumulans miseranda stragis aceruos
 Dardanij; impletq; faros, & funere transstra.
 Id cernens, subito claris Antonius armis
 Ingrat infestam Regali martius alnum;
 Sanguineoq; ratem saeuus certamine vastat;
 Cassidemq; trucem roseas deuoluit in undas;
 Inuaditq; alias subito. Farnesius inde
 Emicat; Edonios inuoluens tristibus undis.
 Turbidus ex templo saeuum petit obuius hostem
 Dargutus; martemq; premens, sic orsa profatur.
 Romulide felix, magnorum vera Quiritum
 Gloria, Romaniq; inuictæ o pectoris heres;
 Hæc quantum magnos iuuenum iustissima, cernit
 Incendant lamenta deos. latissima Reges
 Regna suis optant ingentibus addere regnis.
 Infelix miseros omnes hæc cura remordet
 Mortales; pauci renuunt; quos lustrat ab alto
 Iuppiter; aut animis euexit ad æthera virtus.
 Persuadent optata duces succedere Regi
 Vota suo; sed non iustum, nec numina curant.
 Quin fossas implent, totum quo sanguine pontum.
 In fletu plebis, talis pia numina fusus
 Sæpe vocat sanguis iustis: ultricio panis;

Regalemq; domum maxis euerſit ab imis;
 Crudeleſq; duces rerum diſperdit egentos;
 Et vitam; formamq; ſimul cum funere tollit.
 Nos ergo, noſtris qui dira ſuaſimus artum;
 Infandumq; ſcelus, noſtro dirimamus acerbum
 Sanguine mauortem. quid enim meruere vateris
 Haeniferam? quid plebs? quid inertia corda phalagis?
 Quid famuli, pubeſq; rucis? certaminis ergo
 Infauſti fatis omnes, & Marte quieſcant
 Incolumes, noſtrumq; altera morte furorem
 Expleat infelix mauors. ſic dixit, & ingens
 Apparet ferro contra. tunc martius heras
 Oppugnans, martem praſtantibus annuit auſis;
 Et ſocios iuſſit clypeis aſtare repoſtis.
 Olli terribiles horrendam fulmine pugnam
 Inuadunt; quatiuntq; inuiſo vulnere corpus
 Inuicti dextris ambo; ferroq; ſuperbo
 Igneſcunt; nec paſſa retro decedere virtus
 Martia; nec bello laſſas oſtendere vires
 Effundunt tum ſeuſa ſalo, tum ſanguine tranſtra
 Permiſto; forſ, & virtus miſcentur in unum
 Incapſiſq; ambo tantis vigilantibus haerent,
 Inſiſtuntq; oculis; dubius nam ſeuit in armis.
 Mars atrox: talis bellantum in pectore virtus.
 Sed tandem dextram contra qua tela potentem
 Romutida magni, romanaq; pectora bello;
 Igneſcunt inuicta feris qua ſemper in armis
 Pautatim lapſus dextra rotat arma labanti
 Dargutus; ſe ſeq; truci vix Marte tuctur.
 Olli romana dextram proceate nitentem,

Inuictamq; premit deuictis victor ob armis;
 Collapsamq; hostem dictis affatur amicis.
 Magna Pelethronia bellorum gloria gentis,
 Quam felice, inquit, latius victoria martem
 Annuat, ultoresq; vides. Rhodopeia iustis
 Quam dure superi deuastent agmina flammis.
 Cede Deo, votisq; pijs. carissimus vnus
 Hac mihi frater eris semper virtute decorus.
 Nec te deuictum posco; nisi numine patris
 Aeterni, tenebras spernentem noctis opaca.
 Talibus obstupuit dictis pietatis auita.
 Romulidam; votisq; pijs demissus inhaeret
 Atracides. cedo superis; exclamat, & alonia,
 Inuictaq; tue, latium dux inclyte, dextera.
 Felicem iuste palmam tibi romula virtus
 Annuat auspiciis superis: & gratulor ausis.
 Sic dicens, dextram victori extendit inertem.
 Olli fraternis ambo complexibus haerent;
 Ingentiq; animum presenti pignore firmant.
 Ocyus hinc alias inuicta Marte triremes
 Inuadunt una; stragemq; obstantibus addunt.
 At ubi magnanimi proceres meminere supremi
 Principis; hostilique sciunt in puppe relictum;
 Casibus indoluere nimis; lacrymisq; profuse
 Ignescunt; vitamq; in aperta pericula tacant;
 Contemnuntq; necem. tunc sic Lopezius heus.
 Magnanimi socij, magno quos deus error
 Abstulit Austriada, virtus vos reddat eidem.
 En noster socios puppi compellat ab illa
 Auxilia Princeps: & quem spondistis amarepi;

Dum vento patrijs in Boos cessantes oris;
 Certatim validas en nunc ostendite dextris.
 Quid moror? hae armis victoria debita vestris
 Aeternum vocat Hispanum super aethera nomen.
 Talibus accensi diētes, & amore suprema
 Principis Austriadae, dextris, animisq; superbis
 Ardentes in bella raunt; stragemq; cruentam
 Immittant lapidibus: proram tum primus atrocem
 Ingruit hostilium, duro Lopezius ingens
 Ense viam pandens socijs, Teucrosq; trucidans
 Obstantes: magnisq; animis, & fulmine saevo
 Prosequitur delecta cohors: nec tela, nec ipsi
 Custodes subferre queunt, aut sistere contra.
 Interea validum duris acerrima telis
 Dardaganam Melite nigris effuderat umbris:
 Horrendamq; necem medios delapsa per hostes
 Ciuerat, Hiddiriumq; trucem, fortemq; Sarassum,
 Et ratibus, vitasq; simul spoliarat, & armis,
 Fulmina tot martis ducens, lectissima corda
 Magnanimam heroum, belliq; assueta cruentis.
 Hinc dira duro lybia bonus agmina ferro
 Doria proscindens, nunc hos, nunc excipit illos;
 Dyalum quarens, medios illapsus in hostes.
 Non secus horribilis condensis nubibus auster
 A lybiis pellens immensum syrtibus æquor,
 Peruet in Ausoniam, vastosq; ad litora fluctus
 Ingeminat, ripasq; horrendis veberat undis.
 Sic ferus Andreas animis ingentibus hostem
 Conquait, & naues iniectis obruit armis.
 Et ferus Dyalus tanto trepidante tumultu,

Auersos captis superas, & numina Thracum
 Aspiciens, sparsasq; suorum in gurgite clades,
 Obstupuit, fada confusus imagine belli;
 Arrectaq; horrore comæ; tum confesa virtus
 Gestorum, mistoq; furens insania luctu
 Exagitant; saeuoq; animo pudor aestuat ingens;
 Vt videt instantem tergo, letbumq; ferentem
 Andream, pavidisq; suis deflebile robur.
 Otia solus agam; positis inglorius armis,
 O superi, tristisq; inquit, teu morte parentem
 Natorum longum voluistis ducere funus?
 Quid lucem moror inuisam? quibus orbis in oris
 Naufragij fragmenta mei, vitamq; recondam?
 Heu quibus insidijs, qua me circumdedit arte
 Efferus Andreas; dum ventis vela secundis
 Pandit; & aëto fuga pavidus dare terga videtur.
 Heu quibus in terris nostras non personat aures
 Amplius Ausonia nomen fatale meorum
 Cladibus Othomanū? magnos quò perfida tandem
 Othomanos fortuna feret? quo numiro laeso
 Magnorum, superi, ruit ingens gloria Thracum
 At tu lecta manus, quæ nunc fortuna secundum
 Præbet iter patriæ, velocem dirige cursum;
 Sanguineamq; viam medios irrumpe per hostes.
 Perfurit bis dictis; curisq; agitated amaris
 Belligeram Meliten (fertur nam gurgite prima
 Turbidus aggreditur, bis senis horrida proxis
 Bella gerens; laeuamq; horrendis intonat armis.
 Sed contra telis obstant, interrita corda;
 Magnanimi heroes; funduntq; ignobile vulgus.

Ingeminant libij telorum praelia nimbis;
 Ferratasq; ferunt condensæ turbine glandes:
 Audacemq; subire student, & perdere puppem
 Undiq; tentantes: dextris sed martia pubes
 Obfistens, tamiduum longè determinat hostem,
 Ingentem cumvolans stragem, dum spiritus aura
 Vescitur ætheria: sed non mauortia proles
 Passa diu cunctata suis contendere transfritis.
 Profilit in lybicum despecto Marte carinam
 Quætabet, & dura trepidis dat funera ferro
 Hostibus: Annaum dextra Bisbaltus atroci
 Aggreditur, fortemq; Rusin Carraffius inde
 Iulius; Hofmanemq; inuadit Horatius acrem
 Germanus; Celebrisq; Vrsinus Horatius alter
 Impetit, ac Fbalschen germanus, & inde Caranus
 Flaredius; Pberidenq; ingentem Tolstus und;
 Parcius hinc petit Alligenon, fortemq; Beolens
 Insequitur Petrus fatis Tustinus acerbis:
 Magnanimiq; alias alij petiere carinas
 Heroes, stragemq; ferunt, tristemq; ruinam.
 Impasti volut è sylua terrentibus umbris
 Egressi feritate Eryphes, liquidumq; secantes
 Aera, permixtos absument eade lednes.
 Haud aliter mistos proceres, pubemq; superbam
 Fulminis latij trucidant horrentibus umbris.
 At Psylli tanto stupefacti corda tumultu,
 Terribili subito colere s à puppa recedunt;
 Inuictasq; duces fouum per cariola ducunt.
 At non crudelibus belli fiducia magnis
 Obfistigens cessit, dextraq; acerrima virtus.

Amplius inuictis supremis pectore gestis
 Ignescunt vitamq; iubent pro laude pacisci;
 Audacesq; atris effundunt agmina transfis.
 Insurgunt contra telis feratibus omnes
 Terribiles Aphi: his centum Marte cruento
 Inuadunt unum iaculis; celeriq; sarissa
 Vnius sevas exposcunt sanguine panas.
 At miles contra melitensi pectora clarus
 Horrendam pugnam præstantibus eminus ausis
 Sustinet; ardentemq; premit truculentius hostem.
 Qualis apud Graios animis ingentibus audax
 Calicolas contra clypeos in fulmina centum
 Aeratos, totidemq; gexens in prælia palmas,
 Aestuat; horrendosq; Ionii determinat ictus;
 Terribilemque, ciet duro certamine Martem.
 Haud aliter feruet bello mauortius heros
 Quilibet, & centum clypeos ad seua fugandum
 Tela gexens, totidemq; manus in funera librans
 Aphroarum, miscet crudelem sanguine pugnam.
 Interea tanto belli trepidante tumultu
 Ocyali duro soboles inuicta Caranas
 Marte Buam, seuisq; simul Bellagius armis
 Inuadunt; proraeq; infestum fulmine bellum
 Calbius intentat, lateriq; Ciacha sinistro;
 Almatiusq; petit puppem; dextrumq; proteruo
 Acrius infestant bina certamine proræ:
 Exuperantq; alacres saltu; sed Martia pubes.
 Fulmineo contra mucrone Gorynthia durum
 Ostentans Martem, captisq; affata superbis
 Fulminat; & fatis effundit millia transfis.

Corpora Barceum, durisq; ardescit in armis
 Expellitq; truces lybicos a puppe cruenta
 Inuictis audax dextris, & pectore firmo
 Nec Psyllis intrare datur stridentibus unquam
 Belligeram nauem; patrio dum spiritus ore
 Errat adhuc vnus, virtusq; Stylenfis, in armis:
 Quae magnos supra miseranda cadis aceruos
 Aphrorum tandem telis confixa cruentis
 Casu ruit, nauem relinquens subeuntibus Aphis.
 Nec minus horrendis feruet Superantius armis
 Terribilis, letboq; infestos deiecit hostes.
 At contra rabidus quinis Brassanus atrocem
 Aggreditur nauem rabibus; nimboq; cruento
 Telorum, saeuoq; igni manortia corda
 Magnorum Venetum fatis effundit acerbis;
 Innumeriq; cadunt aduerso Marte Cuplai,
 Horrendo pariter Venetorum fulmine casti.
 Hac inter, dum mille premit saeuissima telis
 Agmina, prostens Erebi pallentis ad umbras,
 Impia traiecit generorum sphaerula pectus;
 Eripuitq; animam; captisq; ingentibus altum
 Palmifer illustris scandit Benedictus olympum;
 Magnanimiq; simul socij, nec defuit vnus;
 Quos celi pietas iunxit spectata per ignes
 Prosequitur palmae gestus illustris iisdem
 Contarides, ferri transfixus acumine pectus;
 Fortia dum lybia prosternit corpora letba
 Hinc cadit Eois insignis Landius armis,
 Nec procul egregia roseo Paschalius ore
 Ingentes animis ambo, mansiq; propagoa nimis

*Mezzius asequitur sacro super æthera letbo
Dilectos terris, socios, caloq; beatos.*

*Nec procul insignis dextra Cornelius acri,
Fulminea;q; Bonus, saevi duo fulmina belli,
Procubuerunt super Getula stragis aceruos
Horrenda, varijs traiecti pectora telis.*

*Inuictosq; duces alios premit efferus armis
Ocyalus, denso contundens agmine classem
Christigenum; spoliatq; viris, signisq; triremes
Christigeris, tanti quæ sint monumenta furoris.*

*Non secus horrendo miscentem prælia cornu
Indomitum quinti taurum sub nocte silenti
Inuasere lupi, varijsq; a sultibus urgent
Certatim; varioq; infestant Marte superbum;
Dum bona dormitat longè custodia pernox.
Obsistit contra lacerans crudelibus hostem
Cernibus horrendus, validos dum sustinet artus
Spiritus, hostiliq; suam tum funere mortem
Vendicat; & quem non potuissent sternere terni;
Effundunt socio quamplures agmine campis.*

*Haud secus Ocyalus condenso prælia catu
Efferus agglomerat, socijsq; furentibus unam
Marte quatit duro descendenda in fata carinam.
Sic plures Italum validis spoliauerat armis,
Effusisq; viris, ventis dum vela secundis
Implet in atrocem furibando Doria bello
Christifugam; belliq; hostes indagine cingit:
Obstitit quanquam peruerso Aloysius hosti
Inuictus, varioq; effossus vulnere corpus
Lethali pugnaret adhuc infessus, & hostes*

Funderet inuisos letbo virtute Cipica.
 Nec minus horrendum tyrrbeno pectore martem
 Sustinuere duces Etrusci funere misto
 Ingenti, dextraq; ferox fatale Morectus.
 Fulminea bellum solita virtute repressit,
 Horrendis pellens infestos cladibus hostes.
 Interea varijs confixi corpora telis
 Magnanimi heroes, varijs in puppibus atros
 Occubuere super miseranda stragis aceruos.
 Felices anima; caelo quibus inclyta vita
 Parta quies, sacro martis decorata cruce.
 Eximij; Melites ingens ò gloria magna,
 Sanguinea socium precibus succurrere pugna.
 Interea caso redijt Iustinus ab hoste;
 Quassatamq; ratem traxit cum strage cruenta
 Conspicitur cumulata ratis, tum funere denso
 Confusa cadis, magnisq; instrata ruinis;
 Belligerisq; viris, signoq; exuta supremo.
 Nanq; furens animis, ferroq; Svarius atro,
 Aggressus denis ingentem puppibus alnum,
 Christigero signo, cunctis spoliarat & armis;
 Ac tereti secum succinctam fune traherat.
 Irruit inuictus contra Iustinus, & hostes
 Acrior auersos fatis sternebat acerbis.
 Cum victor puppi cernens Marcellus ab alta
 Instantem Melite cladem, stragemq; furum,
 Subsidijs subito victricia dirigit arma;
 Horrendumq; infert martem, seuumq; timorem
 Hostibus, & socijs alacrem spem suscitât armis:
 Agnoscunt etenim cuncti Mastrillia tela.

Hinc

Hinc simul accurrit Teucrum Romagassus acerba
 Cæde madens, magniq; duces, validaq; pbalanges,
 Victricesq; rates, prædamq; relinquere cogunt.
 Haud secus Oenotriam supra cùm terga bidentem
 Bellua dira rapit, sylvisq; intendit opertis;
 Vndiq; pastores catu latrante molossum
 Accurrunt, terrentq; horrendis vocibus hostem,
 Hastarumq; metu, ac saxorum turbine denso.
 Olli deiecta trepidus fugit auis agna
 In sylvas lupus, & vitam præponit abacta.
 Vndiq; sic surgens contra certamen acerbum
 Afficiens, animo tantum turbatus amaro
 Deserit inceptum, fugiens velocior austro,
 Ocyalus, funditq; leues lamenta per auras.
 Numina Threicijs nondum satiata ruinis
 Austriadum ferro diuum, Regumq; potentum,
 Inclyta Sythonium bellorum gloria vobis
 Visa potens, inquit, nimium felicibus ausis,
 Et nimium felix, gestisq; exosa supremis.
 Heu quàm felicis (si res datur vlla per orbem
 Instabilem felix) paucis rota voluitur annis
 Fortune: quàm præcipiti labentia cursu
 Omnia decurrunt felicia tristius orbi.
 Quid toto magnis mundo felicis vnquam
 Fascibus Othomanum? quid nunc depressius illi
 Sic nomen, famamq; immites perditis almam
 Threicium Regum, superi, regnumq; supremum
 Me quoq; crudeles vasto demergite ponto;
 Inuisamq; caput cecis immitte flammis.
 Quid moror infelix? quò me dementia tandem?

Me si calicola voluissent querere palmam
 Optatam; ventis impleissent vela secundis.
 Non hac fors miseris, vestris sed dextera captis,
 Felices Itali, nati felicibus ausis,
 Aspirat; viresq; addit, belliq; triumphum.
 At tu magnanimi soboles pulcherissima martis
 Austriade, dilecte Deo, qui fundit ab antris
 Aolijs rabidas acies, cui militat aether
 Arauus, & Zephyri veniunt in bella secundi;
 Ac densa fumi caligine senior auster
 Obruit aduersas acies, & turbine tela
 Vertit in authores proprio saturanda cruore;
 Successu letare tuo; cui candida talem
 Purpureo primum concessit flore triumphum
 Assurgens etas; quem non videre Philippi,
 Non Sacra, nec tunc cum fidus cedente rediret
 Fabricius Pyrrho, nec cum Pompeius Eois
 Deuictis, non Euripus, non Phœbus Apollo
 Actius; aut similem persensit dedala tellus;
 Victor ut aurora populi curuæq; Diane,
 Quin magnis toto patria reuehære triumphis
 Orbe triumphato deuicti principis almi
 Othomani, ferro quem sola potentia diuum
 (Nam nos imperio vinci maiore fatemur
 Calicolum) dextraq; domus prosternere bello,
 Austriadum: fatalis enim stat sola ruinis
 Hæc Regum Othomanum fatis deducta secundis.
 Felices nimium, fortunatiq; laborum
 Austriadæ populi, sacro quibus aurea sceptro
 Sacu. a Jydereus stabilis concessit olympus;

Christigenumq; sacrum captis defendere nomen
 Eximys, Christi q; fidem, legemq; tueri;
 Qua poterunt calum sancta virtute mereri,
 Imperiumq; orbis, cursumq; imponere ventis.
 At tibi fata negant bellorum inuisa triumphum.
 Infelix Princeps; magnam quin funere palmam
 Cum fama perdunt, sedis & corpus in undis.
 Et qui supremis terras tenebat, & undas
 Imperijs victor toto celeberrimus orbe,
 Orbomanæ coniux, opibusq; insignis, & auro;
 Aut captius inops deget, miserandus & hosti;
 Aut cadet infelix. medijs inhumatus in undis.
 Proh scelus indignum, rerumq; acerrimus ordo;
 Quàm varijs miserum glomeras ambagibus orbem.
 Talia fundebat, lacrymans; classemq; reuisens,
 Ter frustra carum moribundum aspexit amicum;
 Terq; vale, dixit; leuibusq; simillimus austris
 Labitur, alta fecans ventis rubefacta secundis,
 Expertas horrens aquilas, lyguremq; superbum.
 Interea bonus Andreas præstantibus agmen
 Strauerat inceptis; lybicosq; in vincla pet. bat
 Deuictos; sociosq; inuisos cade cruenta
 Fundebant hostes, humiles a morte tuendo.
 Martius hæc inter victricibus Aluerus armis
 Pintius aggreditur medijs in millibus acrem
 Androniden, curuæ lustrantem insignia Phæbes;
 Horrendumq; infert medio certamine martem.
 Barcao tandem mauortia signa perempta
 Tollit ouans, sociosq; immittit victor ad Oream
 Instabiles lybicos, disensi turbinis instar.

Ceu tonitru vasto molles infternit olivas:
 Haud aliter fundit letho mauortius hostes
 Villaruel, densoq; infternit funere nauem:
 Interea Casias acies Cardonius ingens
 Strauerat; atq; ducem nigris demerserat umbris
 Cbaonium; binasq; simul quassauerat alnos
 Belligeras, seuasq; acies demerserat orco:
 Cum ferus accurrens validis Scyronius armis
 Guffanes; duroq; inuadens fulmine proram,
 Compellat socios dirum succendere martem.
 Olli Cabbilius puppim, dextrumq; Morattus,
 Terribilisq; latus lauum premit Innulus acris
 Conatu; seuamq; inuadunt undiq; pugnam,
 Obnixi superare ratem: sed martia corda
 Marte vetant assueta truci defendere proram;
 Ingentesq; gerunt horrenda cadis aseruos.
 Sed tandem priscos referens in praelia Casar
 Insignes Aualos ingenti marte Morattum
 Aggressus; medijs moribundum extendit in armis;
 Conquassatq; ratem; pauidosq; effundit in equor
 Othomanos. quis enim generosa viribus unquam
 Inuictis Aualae potuit subsistere gentis?
 Bellorum claris Aualos iam tota triumphis
 Diuinos tellus extollit dedala caelo.
 Guffanen strauit fatis Henricus acerbis
 Interea; socisq; ratem commisit habendam.
 Ipse tamen Sulimum ferro fera bella cientem
 Aggreditur; multosq; necat; sternitq; triremem
 Funere lampao. vicinam e puppe carinam
 Inuadens, nigra Scyronia corpora morti

Fundit Iohannes ferro, socijque sequuntur.
 Nec minus tunc validis insignis Osorius armis,
 Fulmineaque manu premit Henrichegius hostem
 Exitio, miseramque effundunt undique stragem.
 Et iam tela natant, immistaque busta profundo
 Sanguineo; laeuumque, Italiam submittitur agmen
 Deuictum, Teucrum seuo tot Marte peremptis.
 At non audaci virtus concussa Mametto
 Hoc socium casu, seuam sed fortibus armis
 Acrior ad pugnam surgit, Venetumque superbus
 Aggreditur, se sequitur inter dant mutua ferro
 Vulnera; crudelisque diu Mars aestuat anceps.
 Collapsus tandem multo sudore Mamettus
 Procumbit; subitoque caput praecidere ferro
 Instat Adriacus, galeamque educens collo.
 Exclamant socij, stratusque ingentibus orat
 Germana vitam lacrymis, pacemque Seynus.
 Vicisti, dux Adriaca fortissime gentis;
 Ne tendas odij ultrò: non corpora maioris,
 Sed fauos animos mandat prosternere ferro.
 Oramus vitam, victi parere fatentes.
 Sic ait, it contra paucis Epictorius veros.
 Et vitam fratri, & quaeuis, puer inclyte Thracum,
 Largior: ò utinam maioris fera bella negasset.
 Sic fatus, subito vicinam inuadere nauem,
 Intentat; miscensque horrendam finere stragem
 Terribiles socij, rumpentes agmina dextris
 Inuictis, mistosque duces, pubemque trucidant.
 At generosa phalanx, dextraque Lopezius ingens
 Effera Threiciam quassantes agmina ferro;
 Irruerant;

Irruerant; lapithum sauo quã martia Ictõ
 Pectora, Threiciasa; acies fundebat in arcum
 Maximus Austriades, bustis defensus, & armis.
 Exclamant lati tantorum sospite Rege
 Bellorum furijs; & amor succendit ouantes.
 Circumstant subito densi, dextrisq; superbis
 Latitiam monstrant, inuictaq; pectora bello
 Obiectant; pulchramq; petüt per vulnere mortem,
 Confixiq; cadunt: medioq; sub agmine primus
 Ingruit Austriades ingens; mediasq; per hostes
 Fulminat; ast alij subeunt; validiq; sequuntur
 Marte fero, tum saxa, faces, celeresq; sagitta,
 Telorumq; genus magno volat omne tumultu.
 Victores: victiq; cadunt; surgantq; ruuntq;
 Nec mora, nec requies; semper globus eminet ingès
 Othomanum; cacoq; audent concurrere Marte.
 Insurgunt; caesiq; ruunt; & rursus inuadunt
 Indomiti lapitha; socium nec funere tristi
 Terrentur viso. bellorum. it turbida celo
 Tempestas; multosq; insternit ferreus imber.
 Dat gemitum nauis; collisq; pectora ferro
 Inuadunt Martem clypeis; ceu cetera nusquam
 Pugna fuit: durosq; adstrictis ensibus ictus
 Ingeminant; paruoq; acies densantur in orbe
 Immista; tantisq; locus vix arma gerendi
 Agminibus: fors & virtus miscentur in unum.
 Vita quidem, cogitq; magis presentia Regum.
 At bonus Austriades nunc hos, nunc excipit illos
 Ardentes ferro, Schelbin, fortemq; Drioxum,
 Ingentemq; necat Ballim, Carabemq; seuerum.

Hinc Marcellus Achen fundit, Sariumq; Caranū:
 Corduba Carmeidem: sociumq; adiungit Isuffum:
 Prostrernit Meroen Iyctum, Sariumq; Philippus:
 Aematium Montada Leryn, Zabapta Matuffam
 Afræum, Mendoza Beyn, Scilibenq; Morillus:
 Bffundit Rodoricus, Achyn, Lopezius acrem
 Hofmanium; proceresq; alij dant funera mille,
 Prasertim Lapithis, implentes transtra cruore.
 Interea Cussum, Mammumq; hispana iuventus
 Strauerat inuictis armis, fortemq; Caranum;
 Deuictasq; rates bustis implebat Eois.
 Hinc scedis magnus transtris, mediosq; per bofes
 Vennerius seuum fatis demiserat atris
 Almatium, fortemq; Salim, validumq; Beynum;
 Threiciamq; atris classem disperferat vndis
 Intrepidus, sparsamq; infestat Marte cruento:
 Nec quisquam tantis Teucrum subsistere captis
 Audet, & inuictum sumptis inuadere telis:
 Cum ferus adueniens durum certamen Hidirus
 Ingrauat, ac sauo victorem Marte laceffit.
 Inclyte Dux Venotum, belloq; inuicte superbo;
 Infaustam quamquam nostris cognoscimus ausis
 Fortunam (sic orsa refert) Martemq; secundum
 Annuit eximij belli victoria gestis
 Christigenum; vitamq; pijs committere ventis
 Possumus inuisam, sed non venerabile nomen
 Gestorum, prisiciq; ingentem Martis honorem.
 Quocirca sacris eternam immittere famam,
 Querimus, & sacro foelices viuere letho,
 Ausonia victi dextra, ferroq; superbo

Magnanimi Ducis Adriacum. da praelia votis,
 Oramus, caesq; eternum nomen Hydiro.
 Dixit; & inuictis acerrimus astitit armis.
 Tum pater Adriacus placido sic excipit ore.
 Quandoquidem superos nosciss, Dux inclyte Teuerie
 Christigenis iustam bellis concedere palmam;
 Tu quoq; cede deo placidus: mibi frater in omnes
 Euentus aderis, magno complexus amore.
 Sin autem duro manus contendere ferro:
 Optatis adsum votis. sic dixit; & acres
 Inuadunt saeuum clypeis, & pectore martem;
 Terribilemque, ciet multo cum sanguine pugnam.
 Has inter cades, bello dum pectora mauors
 Sollicitat; totisq; in vulnera viribus itur:
 Barbaricus dextra fatiq; adductus amieis
 Emicat in proram socium comitante caterua
 Hostilem; proceresq; omnes, aciesq; trucidat;
 Quas dedit Aegyptus bello; saeuumq; Syloccum
 Aggreditur; miscensq; inuicto pectore martem
 Vulnere permisso. tandem mauortius beros
 Tigefion Ducis ante oculos in fata Sylocci
 Deiecit; inq; latus mox hinc hostile cruentum
 Excipit extremis subnixus viribus enses
 Adriacus, multo vitam cum sanguine rumpens.
 Illi deslendis ingens ferit athera clamor
 Vocibus: occiso crudescunt bella Sylocco.
 Concurrunt omnes morituri in praelia sumptis
 agai telis; & obumbrant athera contis:
 inq; Ducem socios ulturi, & fata Sylocci
 conyiciunt densum neruis fridentibus imbrem

Telorum; librantq; horrendum sulfure fulmen;
 Infensiq; ruunt. sauis stetit acer in armis
 Magnanimus victor; rabidosq; in frustra trucidat
 Niligenas; sociosq; auci demittit in orbem.
 Hac inter, Casijs prebet dum funera victor
 Fulmineus; sonitu stridens allapsa sagitta
 Irruit; atq; aurum galea, qua lumine parua
 Lucis habent aditum, morsq; celerrima fata,
 Disrumpens, cerebrum ferro bibit acta profuso.
 Concidit; atq; caput socijs exanguie reponit
 In gremijs, ut flos duro succisus aratro.
 Extulit os sacrum caelo; letusq; profatur.
 Venit lata dies, socij; qua spiritus almo
 Reddatur Patri; mea me promissa reposita.
 Viuite felices; finemq; imponite bello
 Viribus vnanimis solitis, & numine dextro.
 Hac ait; & totum se se collegit Olympo;
 Paucemq; animam catu comitante beato
 Audita tandem palma cum voce remisit.
 Hac inter tanto successi pectora casu
 Niligenae; vasto surgunt munimine belli;
 Adriacosq; viros pellunt a limine prore;
 Hostilemq; ratem pariter certamine misto
 Ingressi, miseram Venetis dant funere stragem:
 Cepissentq; ratem; dextra ni Syluius ingens
 Fulminea rursus sumptis expelleret armis.
 Hoc duce successi proceres, Venetaq; phalanges
 Instaurant bellum; dextrisq; micantibus hostem
 Sectantur; pauidosq; inuiso Marte profundunt;
 Lagoosq; omnes victa sic naue trucidant.

Hinc procul à dextra disiecta per agmina Mares
 Magnanimus duro seniore marte Mamettum
 Aggressus, fatis alacres effundit acerbis
 Calcidicos; cumulatq; infausto funere transtra.
 Irruit horrendo contra mucrone Mamettus;
 Intrepidusq; atram commiscet pectore pugnam.
 At bonus inuictis in seuum viribus hostem
 Adriacus tendens, letibani vulnere pectus
 Transigit, ac fatis moribundum extendit acerbis.
 Accurrunt subito socij; pars vulnere curant;
 Pars hostem iaculis poscunt, & fulmine diro:
 Horrendumq; gerunt commisso sanguine bellum.
 Hoc tanto Thraces turbati pectora casu,
 Infremere truces ferro; martemq; cruentum
 Subsidio, sauisq; instaurant undiq; dextris,
 Horrendumq; cruore duces certamen acerbant.
 Olli succurrens inuicto marte Marinus,
 Ingrauet horribilem letbi discrimine pugnam
 Inuisi densiq; immisto sanguine transtris
 Victores, victiq; cadunt; totumq; cruento
 Arduus immisto spargit mars funera pontum.
 Hinc cadit insignis dextra per strata Marinus
 Contarides, clarisq; ingens Vincentius armis,
 Sanguinis egregij clarissima fama Quirini:
 Martius Andreas sequitur felicibus ausis
 Barbaricus socios, saui tria fulmina belli.
 Felices nimium, sacro, qui marte cruorem
 Fundentes, animas caelo, nomenq; dedistis
 Aeternum mundo, claris sublime triumphis.
 Magnanimiq; duces alij, fortesq; cetera

Procubere super Teucrorum stragis aetnos.
 Ianq; feris laeva fatis miserabilis ala
 Finis erat pugna, bustisq; inuoluitur equor;
 Seminecesq; rubris iam iam merguntur in undis;
 Lamentisq; implent moribundi tristibus auras:
 Cum celeri Thraces poscebant littora cursu;
 Certabantq; solo vitam committere fido.
 Martius inde fugam valido diuertens valle
 Intentans, multos fatis Antonius atris
 Effundit Canolus Teucros, acerq; Quirinus (Etos.
 Marcus; & innumeros retrahunt post terga reuin-
 Strauerat interea transfretis inuictus Hidirum
 Vennerius; totoq; ingens fletit equore victor.
 Ianq; Phryges ponto, lyciosq; effuderat omnes
 Formidata nimis miseris Farnesia virtus
 Othomanis; belliq; altis inuecta triumphis
 Ibat octans pelago, prosterbens tristibus umbris
 Reliquias Teucrum, flexis & funere parcens.
 Nec minus insignis dextra, gestisq; superbis
 Bellorum, pacisq; bonae mauortius heros
 Franciscus totis miseros prostrauerat undis
 Bibytios, Cylicesq; truces, Tyriosq; proteruos;
 Urbinumq; altis pulchrum, totamq; triumphis
 Ausoniam, belliq; sacro decorauit honore.
 Maiorum magnum Rauerense in secula nomen.
 Ianq; rates ternas validis quassauerat armis
 Egregium decus Italia, nomenq; supremum
 Eximys magno gestis equarat olympo
 Sforza ferox, belliq; trucidis pars maxima palma.
 Martius inde procul claris Gonzaga trophaeis

Emicat, eternamq; attollit ad aethera famam
 Laudibus; inuictumq; instaurat nomen auorum.
 Inclytus hinc magnis belli super astra triumphis
 Attollit se se Perusia gloria gentis
 Aescanius, sauo demittens fortia letho
 Corpora Chaoniam, Scandro Rectore perempto.
 Fulminat hic ingens romanis acrius armis
 Vrsinus; veteremq; refert in praelia Romam
 Laudibus inuictam claris, belliq; magistram.
 Ianq; Columna decem Romani inuicta potentis
 Imperij densa Teucrorum funere naues
 Strauerat, antiquos referens tibi, Roma, triumphos
 Et prisca sacros instaurans martis honores.
 Hinc etiam gener inuictis Antonius armis
 Aemulus effundit duris fortissima fati
 Pectora Dardanidum; nomenq; ingentibus almum
 Attollit Garrasiadum super astra trophais.
 Nec minus insignes dextra, duo fulmina martis,
 Germani mittunt aeternam in sacula famam.
 Eiusdem magno generosa gentis honore,
 Agmina tot Teucrum fundentes fortia letho.
 Hinc Garrasiadum Fernandos cetera magnos
 Turba ducum sequitur praestantibus amula gestis.
 Nec minus aeternam procul hinc hispana iuuentus
 Egregijs famam factis attollit Olympo
 Bellorum, Teucros transis inuicta cruentis
 Effundens, duroq; insternens marte triremes.
 Quos inter gestis ingens Requesenius heros
 Bminet; hispanumq; decus super aethera tolbit
 Laudibus aeternis, & vero martis honore.

Martius Andradas sequitur scelicibus ausis,
 Deiciens sauis fortissima pectora fatis
 Fulminat hinc etiam validis Cardonius aemis;
 Tbreicia sq; rates pelago demergit acerbo.
 Nec minus insignis dextra V aschegzius heros
 Aemonios ferro transstris effundit atroces.
 Hinc formidatus Teucris acerrimus instat
 Aluarus: & diro fundit tot millia letbo
 Corpora Maurorum validis audacia captis.
 Magnanimiq; duces alij, manortia proles,
 Certatim Teucros absument marte profusas.
 Hinc Veneti magni captis, lyguresq; superbis
 Inuicti, dextris ultores cadis anita
 Millia tot sauis effundunt agmina telis
 Othomanum; quassantq; rates: proceresq; trucidat.
 Interea letbo dirum prostrauerat hostem
 Inuictus Lanoia Beon, fratremq; Galer sen
 Terribilem, multamq; simul sine nomine gentem;
 Magnanimiq; duces alij, clarissima proles
 Parthenopes pulchrae, sauis asperrima dextris
 Praelia commiscunt, letbo cumulata Syrorum;
 Accumulantq; altis nomen sublimi triumphis.
 Ianq; rubescebant neptunna rura cruore
 Permisto; fufisq; horrebant aquora bustis
 Nec finis pugnae; sauis mars errat in armis
 Arduus, immistamq; serit certamine pugnam
 Sanguineo. tunc hoc succensi funere tristi
 Hispani, Latijq; duces, & cetera pubes
 Acrius instauerant martem, tristemq; ruinas
 Hostibus atrociq; effundunt agmina letbo.

Entigues ossam sternit, Saulusq; Sinanum,
 Aiactem Paulus, Sarium Moncada Mirennem.
 Orcannes fundit Marium, Mendoza superbum
 Victorem, Sariumq; Seyn, Rustamq; Michael,
 Dauidem Giaser lygurem, Bindellius ipsum
 Effundit, Canolusq; horrendo Marte Cubattum.
 Vulnerat Orthossus Canolum; fortisq; Feralus
 Cappadocem necat, ingentemq; adiungit Alennum.
 Laurellus Baurim pallentes mittit ad umbras,
 Serbellonas Achim Tyrium, sociumq; Phylarchon,
 Algattum Caesar, seuum Spinellus Oraetem,
 VillaRoel dirum fortis necet Aluarus Osmum,
 Andreas Celebin, funditq; Zeninus Isuffum.
 Hinc Tramontanam duro proflernit atrocem
 Mozenicus agens ferro, iaculoq; Camillum
 Misflaser, ac multam Sulimus sine nomine gentem:
 Indomitq; duces alij dant funera ferro
 Christigenis, vlti sociorum funera Teucrum:
 Maua etenim validos patitur decedere virtus
 Conscia deuictos, sed seuo occumbere ferro.
 Hinc Bitian, fortemq; Sanin, lyciumq; Diassen
 Proffer, Pompeiusq; ingens, duo lumina martis,
 Romulida fundunt pelago, sociumq; Caranum.
 Vostipium Pyrrhus, sternit Paganus Idassen,
 Marcellus Caslen, lydumq; Antonius Asmum,
 Inuicti lygures, seni tria fulmina belli.
 Hinc Halin infandū proflernit Honupbrius acer;
 Inclusumq; tenet Marcus sub puppe Mamettum.
 Hassantem Vrsinus, fortemq; Padillia Melchon,
 Fernandus Lariden mittit Caraccius Orco,
 Fulu-

Fulvius Orcannem, tyrium Pompeius Orillum;
Hinc duris seuam condenso funere stragem
Hostibus immittit Psyllis Carrassia proles,
Inuictis ambo Fernandi, & martius armis
Sturnorum Princeps; nec non Vincentius ingens.
Effundit Vcnatus Athon, Sarnensis Amydam,
Mastrilli Gtarum fratremq; Marammona Cares.
Lanius Aurelian, clamantem Cornea Tyrson,
Legnius Ascellen, Bonauides flarnit, Osethum:
Alcimedonta necat dextra fortissimus Hector
Spinola; srymoniumq; Bonellus fundit Amattum,
Nigronus Salimū, Caraben, Maroenq; Grimaldus
Sforzius Vngrutum, Pbarium Gōzaga Maletten,
Dardaganum Serbellonus, Marrensis Acastrum;
Inuictiq; duces alij, Venetaq; caeterus,
Hispaniaq; acies, inuictaq; corda Quiritum,
Certatim denso Teucris dant funere stragem;
Praecipue validis ingens Farnesius armis,
Fulmineaq; manu Ruueres, & celsa Columna,
Sforzaq; terribilis, ferroq; Vrsinus atroci,
Harediusq; ferox, nec non & Corduba magnus,
Consilijs, dextraq; ingens Requesenuis heros,
Et formi datus Teucris, Romagassus, & ingens
Doria, magnanimoq; satus Marcellus Alandro.
Et iam his denos Lapithas effuderat Orco
Martius Austriades, puppiq; accesserat alta,
Obuia demittens crudeli corpora letho:
Cum lybie, Tbracumq; omnes, magnaq; superbae
Res Asiae paruo versant discrimine belli.
Hoc casu proceres Teuerum, sarieq; phalan ges

Concussis cecidere animis; celeresq; propinquis
 Littoribus trepida fugiunt formidine pressi;
 Ingentiq; metu Latijs dare terga superbis
 Omnis Arabs, Thraceseq; omnes, cunctiq; Pelasgi,
 Eoq; acies, clarisq; videntur Iberis.
 Hinc votis alij properant exquirere pacem,
 Hinc animas alij fundunt in fluctibus atris;
 Undiq; dum cernunt aduerso Marte triremem
 Regalem exutam Falcata insignia Phebes.
 Dijs similes latij magnis, & Ibera iuuentus
 Nos contra (surgit trepidis vox omnibus una
 Othomanis) torquent inuictis fulmina dextris.
 Quid magis Othrysius genitor, clauaq; superba
 Maximus Alciades, aut seuo Iuppiter igni
 Auderet; Thraceseq; inuictos sterneret umbris
 Inuisis? en nunc cunctis praestantior illis
 Inclytus Austriades inuictis deiecit armis
 Inuictos olim Teucros, Thraceseq; feroces.
 Num vires, animumq; magis Temesca superbum
 Vidit; cum rediens toties celeberrimus ausis
 Victor Olympiacis prostravit daemona templis
 Cedamus superi: sic dij voluistis; et omnes
 Austriadae magni seruemur fama triumphis.
 His animum fatis maestum percussus acerbis
 Pandonius, totoq; effusus equore Teucros
 Prospiciens, nullamq; ausus sperare salutem,
 Seuit inops animi; mortemq; miserrimus optat.
 Sic secum, quoniam Thracese exosus ad unum
 Perdis, & Othomanum pariter, pater almae, decoris
 Cladibus immeritis; iam tibi cura recessit

Natorum; quandoq; tuo nos fulmine morti
 Sternere debueras patrio miseratus amore:
 Me quoq; per similes casus, eademq; meorum
 Funera sterne rogo: vitam sacrare decori
 Est animus: nec enim fas est dare terga pauore
 Pandonium, Thracum generoso sanguine cretum,
 Ductoremq; dÿs clarum foelicibus olim,
 Inuictumue humilem sauis ducis ora vereri.
 Huic saltim cumulus misero contingat arana;
 Lapsaq; puluere decorentur membra sepulchro.
 Sternere nos superis postquam sic culmine visum
 Ex alto; tantoq; optatum Marte triumphum
 Fata uegant; vitamq; iubent pro laude pacisci.
 Ibimus; & forsitan mitescent Marte sub agra
 Numina; speratamq; dabunt praedone perempto
 Vindictam miserata mihi; nam iusta reposito.
 Sin autem sistet superis auersa voluntas:
 Dextra mihi deus, & ferro succincta superbo
 Pectora: sic vitam aeterno sacremus honori,
 Et sacris magnam gestis tibi, fama, trophæum.
 Sic dicens, curis, furisq; agitata acerbis
 Irruit, & magnum vultu compallat atroci
 Austriadem; sociosq; iubet decedere bello.
 Non pudet; inuictum socium stipante caterua
 Austriadem vasto contra certamine paucos
 Tendere Threicio? virtus sic deficit alma.
 Et quia te bello dextra feriente superbum
 Aspicio, nostraeq; ruinam classis acerbam,
 Quin magni fatis domitorem Orientis iniquis;
 Iste te solum solus certamine posdo;

Si patrij quid martis habes; nunc contrabe bellum;
 Sic dabit merito virtus sua premia laudis.
 Sin autem tanto nobis vis cedere bello;
 Et gener, & mihi natus eris, sociusq; bonorum.
 Sic dixit: contra dictis bis excipit heros
 Austriades. non hoc inuicti gloria Patris.
 Inclyta, nec patitur conceptum pectore robur
 Austriadum, propriam cuiquam concedere palmã.
 Quocirca quoduis, Thracum dux inclyte gentis,
 Concedo bellum; & transfris glomeretur in istis:
 Et querat proprio virtus munimine palmam.
 Sic dixit: bellumq; pari certamine fauam
 Inuadunt tecti clypeis, ferroq; superbo.
 Undeq; subnixæ fustis, bastisq; superstant
 In morem belli turma, martemq; coronant.
 Ianq; fores squama, caecisq; fulmina dero
 Scuta tegunt; mistusq; ruit cum sanguine sudor.
 Nec mora nec requies: certant certamine fauo
 Fulminei: nec cedit adhuc victoria cuiquam.
 Ardentes instant animis; pugnamq; eruantane
 Ingeminant ferro: penduntq; in fata superbi
 Alter in alterius; siquidem de sanguine certant.
 Et magis insignis supremo martis honore.
 Tunc acri feruens ira, furijq; malignis
 Pandonius, librat supremis viribus ensam
 In caput Austriade; ferrum sed vividus heros
 Preuidit, vigilans; saltuq; effugit; & omnem
 Haud potuit transfris ictum vitare eruentis.
 Sic galeam, mistumq; aurum confringit in ora
 Sublimi; paruoq; caput sine vulnere pressit.

Exclamant socij: surgit sed martius heros
 Acrior ad pugnam; recipitq; à vulnere vires
 Ingentes; saeuumq; atris premit ictibus hostem.
 Nec tanto paruam concedit Marte quietem,
 Ardescens ictu: maiorumq; amulus ausis
 Fulminat. at tandem collapsò cominus hosti
 Præterdens aciem, pectus transuerberat aeri
 Vulnere; cõngminatq; ictus. tunc sanguine fuso
 Effata Teucro vires; similisq; labanti
 Defendit se se fatis exterritus atris.
 Pandonius: sed non cedit fiducia belli;
 Magnanimam quauis cedant à pectore vires.
 Et iam iamq; cadit: transtrisq; incumbit; & acer
 Ore minas spirat, duris defessus in armis.
 Consurgunt gemitu I braces; lacrymisq; profusis
 Exorant pacem Regi, vitamq; caduco.
 Tunc pius Aultrides, caram miseratus Aristam,
 Laurenamq; suam, crudeli à Marte recedens,
 Spondet opem victo, vitamq; & mortis honorem
 Egregium; si fortè velit desistere capto.
 Te socium, Genitor, cæsus amplector in omnes)
 Incipit Aultrides) Teucrum dux inclyte gentis;
 Et rursum cari ardebo genitoris amore.
 Accipe, daq; fidem; tua sit victoria belli.
 Horrendi, sacro tantum da munus Olympo,
 Et verum cæli votis agnosce parentem
 Supplicibus; quod vera tui victoria cordis
 Maxima; sælicemq; uehet super æthera factò
 Eximio contra paucis sic excipit heros
 Ismarius. sælix, & fortunate laborum

*Aufriade, diuum proles inuicta parentum,
 Vtere sorte tua: non hoc solamine nostrum
 Pectus eget; nec habet tanti solatia casus;
 Ni cadat Aufriade transfixam fulmine magni;
 Et vitam, nomenq; eterno impendat honori.
 Me si felicem voluissent ducere vitam
 Numina; seruassent tanto certamine palmam.
 Vix ea; cum fuso paulatim sanguine tristis
 Spiritus ignitas fugit indignatus ad undas;
 Collapsusq; iacet transstris sine nomine bustum.
 Consurgunt subito studijs, plausuq; fauentes
 Hispani, latiq; duces, Lataq; phalanges;
 Letitiaq; alacri rubefacta per alta volutant
 Applausu voces; iactantq; per aethera palmam
 Ardentes animis: canctae quo nomine Teusrum
 Reliquiae se se subdunt victricibus armis.
 Tunc victrix omnes supremum nomin Iesu,
 Praecipue pius Aufriades, per transstra profusis
 Suppliciter flexi genibus, venerantur, & almu
 Virginis intactae numen; palmamq; fatentur
 Muneris esse sui, summiq; parentis amore,
 Ingentesq; humili persoluunt pectore grates.
 Magnanimum clara cumulant hinc laude triumphi
 Victorem; magniq; canunt praeconia patris
 Aufriadae: resonant latis hinc plausibus unda;
 Victoremq; vocant Thracum freta caerulea magnae
 Aufriadum dijs auspiciibus; diuaq; secunda
 Virgine Sythoni domitorem, Orientis, & Aprili.*

Lous Deo Opt. Max.

Finis Echinadum Naumachiq.

INDEX ALPHABETICVS

*nominum, & rerum memorabilium, quæ
in hac Naumachia continentur.*

A

- A**dam creatur, & in genealogia Austriadum familiae. 330
- Abonalis** in acie. 566
- Achles** in acie. 574
- Aghilerius** in acie. 570
- Alander** exultat aduent. Austriad. in Achaia; 136. suadet matrimonium Laurenti. 189. 292. 294. 328. narrat genealogiam Austriad. 330. monetur in somnis. 462. suadet recessum Austriad. 462. carceri mancipatur. 500. soluitur. 503.
- Alexander Farnesius**, 72. 75. 125. laudatur 456. 531. in acie. 570. in bello. 593. 597. 602. 617. 627. lacessitur à Matheone, & occidit illi. 628. lacessitur à Braguto; & tandem de bello illum, & convertit ad fidem 641. 661. 665.
- Alexander** in acie. 568
- Alexander alter** in acie. 570
- Alexander alter** in acie. 570
- Albertus** in genealogia Austriad. 155. 343.
- Albertus II.** in genealog. Austriad. 155. 343.
- Albertus III.** in genealog. Austriad. 156. 344.
- Alberides**, qui & Saturnus in genealog. Aust. 333.
- Alcæus** in genealog. Aust. 323
- Algattus** in acie. 574
- Aloysius Requesenius** mittitur Methonem 131. orat Reginam. 133. dissuadet coniugiam. 349. suadet recessum ab Achaia 483. laudatur 523. in bello 602. 620. 663. 665.
- Albertus Austrius.** 76
- Aloysius Dux Suesæ** laudatur 523. in bello. 602. 612. 619. 624. 665.
- Aloysius Entigues** laudatur. 525. in bello. 610. 664.
- Aloysius Hæredius** in acie. 568.
- Aloysius alter** in acie. 566
- Aloysius Gusmanus** laudatur. 524.
- Alphaxat** in genealog. Austriad. 331
- Alphonfus Primus** in genealog. materna Caroli Quinti. 39
- Alphonfus 2. 3. & Quart.** in ead. 40
- Alphonfus 5. 6. 7. 8. & 9.** in eadem. 41

- Alvarus Brozzanus laudatur:**
 524. in acie. 578. in bello.
 653. 664.
Alonfus Leuius laudatur. 525
 in bello. 610
Amadeus in acie. 571
Ambrosius Nigronus in acie.
 574. in bello. 604. 616.
Ambrosius Bragadenus in a-
cie. 173
Andradas refert Claffem Tur-
carum. 489. in bello 602.
 604. 663.
Andræas Barbaricus in acie.
 563. in bello. 599. moritur.
 660.
Andræas Cornelius in acie.
 566.
Andræas Calerges in acie.
 571.
Andræas Pisaurus in acie.
 572.
Andræas alter in acie. 574
Ambanum capitur. 76
Amphytrion genealog. Au-
striad. 332
Andræas Legnius laudatur.
 533. in acie. 569. in bello.
 597. 610. 616. 665.
Anchifes in genealog. Au-
striad. 150
Angelorum creatio. 204. bel-
 lum. 207. casus malorum.
 210. boni ad defensionem
 Classis Christiad. 590. ar-
 dēt succurrere Austriadæ.
 638. sedantur à Deo.

- Angelus Biffalis in acie.** 573
Angelus alter in acie. 567
Angelus alter in acie. 577
Anicius in genealog. Austr.
 153.
Anicius Sextus in eadē. 158
Antistes Missabæ benedicit
Classi Christiadum. 91
Antistes Crotoniates orat in
tempestate. 124. prædicit
 salutem Austriadæ. 126
Antennor in genealog. Au-
striad. 334
Antennor Secundus in ea-
dem. 334
Antennor Tertius in ead. 335
Antenor Quartus in ead. 337
Antonius Sanctus defendit
Sebastianum Venneriū in
bello. 590
Antonijus Nothus Regis Lu-
staniæ cōtendit regnū. 73
Antonijus Bragadenus 387.
 393. suadet pacem. 407. ad
 Castra Mustantis 421. bel-
 lum gerit. 423. vulneratur.
 433. affligitur laceratus.
 437. 439. moritur. 440. se-
 pellitur. 441
Antonijus Carrassa laudatur.
 457. 533. in bello 600. oc-
 cidit Oglum, & Carape-
 rium 610 662. 665.
Antonius Doria laudatur.
 532. in bello. 609. 664
Antonius Venatus laudatur :
 534. in bello. 665

- Antonius Bragadenus.** 370
Antonius alter in ac. 565
Antonius alter. 567
Antonius alter. 568
Antonius alter, ibid. 568
Antonius alter. 571
Affracus in gener. Austr.
 150
Ascanius in gen. Austr. 150
Ascanius Cornea 457. suadet
 bellum 493. 533. 600. 617.
 665
Anthyrius in gener. Austr.
 336
Hercules in gen. Aust. 333
Aloides in gen. Aust. 334
Ascolus. 573
Arista vxor Halys 133. con-
 cedit pacem 135. laus eius
 141. læta alloquitur filiam
 laurenã 269. Alandrum
 290. petit templum 302. lo-
 quitur Austriadæ 303. fa-
 teretur fidem Christi. 308.
 componit discordias 327.
 monetur in somnis ab
 Angelo. 467. altoquitur
 Austriadem absentem 469
 solatur dolorem filie 471.
 concedit discessum Aust.
 476. dat ultimam veniam
 Austr. 485. 500. scribit Ha-
 ly. 502
Arunus occiditur. 434
Actor Baltrionius victor. 388
 solatur Cyprios 339. ex-
 probrat Mutar. si sedus læ-
 som 425. moritur. 435. se-
 pellitur 441. suadet fugam
 Nestori in somnis. 443.
Augustinus Barbaricus. 564
 598. 618. emicat in protã
 hostilem occidit filocent.
 sed vulneratur sagitta
 658. hortatur suos: mori-
 tur 659.
Aurelius in gen. ma. Car. Q.
 39.
Ausonij laudatur. 531. 542
Auxilia Hispanorum. 526
Auxilia Italarum. 535.
Turcz.
Alaggius Hassan Mynius
 563
Abazius Prufius. 562
Acomathus in gen. Oeth. 182
Affius Gallipolitanus. 159
Addagius Mancinus. 159
Addagius Iflicus. 157
Addagius Syrneus, ibid.
Addagius Hassan Minius.
 563.
Andagius Marmaricus. 162
Aglius Phœnix. 562
Agato Tymbræus. 512
Ahmatus Lemnius. 560
Ahmatus Illyricus. 559
Ahmatus Leptius. 560
Amorathus in gen. Othom.
 167.
Ascolus Dolops. 559
Althoras Macomettus. 508
Algeria obsidetur. 49

Algaia Smyrneus. 559
 Almadus Aecas. 562
 Almatius Malpeffius. 562
 Alman Tyrius, ibidem. 561A
 Almanus Gaidius. 558
 Allibius Alanus. 517
 Amorthes in gen. Othom. 517
 Amyda Rex Tuneti. 55
 Anycles occiditur. 593
 Amattus Spartanus. 561
 Amattus Larander. 556
 Aspanus Rhodius. 558. 5173
 Aritaus Cylex. 557
 Arnaus Carteius. 558
 Artemidius Suficitus, ibidem. 558
 Armaedus. 48. 49. 511. 561A
 Aphrodisium capitur. 502 55
 Archia Dea Amoris. 547
 Astringus Pyliaus. 557
 Aritaus Romanus, ibidem. 557
 Assan Synopsus. 562
 Attilia Turcarum. 549
 Axus occiditur. 593

B

Bacius. 568
 Bahius. 569
 Bazius. 567
 Baptista Spinola. 568
 Baptista Quirinus. 567
 Baptista alter. 563
 Barenta alter. 573
 Barbaricus. 570
 Bartholomaeus. 563
 Bonanus in gen. Aust. 563
 Bonancarius. 567

Battaglinus. 572
 Bembus. 573
 Balbus. 573
 Bonellus. 573
 Bonellinus. 565
 Bonus. 571
 Brisantus. 571
 Bustus. 571
 Benedictus. 585
 Turca. 571
 Bagdattus Frisattus. 558
 Bagdattus Armatus. 557
 Balles Cous. 559
 Ballius Megarus. 560
 Baldus Accas. 557
 Baglius Tracius. 562
 Balscius Zthomeus. 560
 Beatitudo coelestis. 285
 Beatitudo corporum. 285
 Belmudes in gen. Car. O. 41
 Belmudes alter in ead. 41
 Benedictus S. in gen. Aust. 501
 Berengarius in gen. Aug. 343
 Bernardinus S. defendit Sforz
 zam in bello. 591
 Bernardinus Cardineus. 324.
 in bello 612. 619. moritur
 633
 Bernardinus Harediss. 614
 Bernardinus Velascus. 525
 Bertherius in gen. Aust. 328
 Bezzellinus in gen. Aust. 322
 Bibomus in gen. Aust. 341
 Bazzetus in gen. Othom. 168

Boetius 2. in eadem. 211. 279
 Bellius Othrysius. 279. 279
 Bellius Anopius. 279. 279
 Bellius Capthareus. 279. 279
 Bergatus Clopens. 279. 279
 Bellagius Callius. 562
 Bascius Sinax. Cyrthaus. 556
 Bestaggius Naxius. 279. 279
 Bogolius Thebanus. 279. 279
 Bardaggius Sistonius. 279. 279
 Belligias Neambrens. 279. 279
 Bremius Chius. 279. 279
 Bogolius Tanarius. 279. 279
 Brusius Sythopius. 279. 279
 Bruffanus Cuplæus. 279. 279
 Belligius Terbius. 279. 279
 Bruffanus Epkyreus. 279. 279
 Brusalius Arabs. 279. 279
 Bellum in insulo Zazindro.
 80. in Creta. 83. in Corcy-
 ra. & Apyro. 85. in Apulia.
 86
 Byzantij 351. Scodra. 357.
 Rodij. 362. Rhisni. 372.
 Melitz. 374. Sebini. 384.
 Christus ostenditur. ad-
 Grandus Angelus in Czbo-
 nos. concepitur. 249. nati-
 tur. adorantur. Pastoribus.
 & a Magis. Per. Agnos. in
 Simeone. 242. quæ gestis.
 243. remansit. Ier. solutus.
 245. baptizatus. 247. dicitur.
 per. têtatur. 248. distolens. 249.

& predicatio. & miracula. 250
 253. transfiguratio. 254. su-
 sciat Lazarum. 258. con-
 cilium contra ipsum. ibid.
 triumphus Hierusalem. &
 gesta in dena. 260. passio.
 262. resurrectio. 264. ascen-
 sio. 271. solatur Nicen. de
 invidiam. 452. non credit vir-
 etoniam. D. Virorat patrè.
 Creatio in esse. cognito. que
 productio. 199.
 Creatio ad extra. 204
 Creatio hominis. p. 330
 Carolus Gonzaga. 533. 611.
 2648. 661. 664.
 Carolus Lanoia. 457. 533.
 601. 611. 617. 662.
 Carolus Spingulus. 457. 534.
 610. 616. 664.
 Carolus Lunius. 725. 601.
 Carillus. 535. 610.
 Capys in gen. Aust. 250.
 Gaipan. 218. 219. in gen. Aust.
 380.
 Gaipan Tertius in eadem. 331.
 Cassalus. 564. 664.
 Canalus alter. 567. 664.
 664.
 Ganeuallus. 569.
 Caballus. 569.
 Castellus. 570.
 Casals. 572. 602. 619.
 Casalis alter. 570.
 Carobstargalius. 570.
 Cetus beatorum orator. 587.
 Cezub. 583. 664.

Casius Darcianus. 563
Cabillus Lydus, ibid.
Carraggius Gylex, ibid.
Callemnius Cebalius. 561
Calpitiuſ Lagedæmoniuſ.
 ibid.
Caitiuſ Leptiuſ. ibid.
Carraggiuſ Saldæuſ. 562
Charan Achiuſ. 562
Carranuſ Macodo. 561
Cabodamnuſ. Seſtiuſ. ibi-
 dem.
Claffiſ Turcarum diſcedit
Naupauo contra Chriſti.
 564
Caracad Caſiuſ. 556
Caffopolis Oſyriuſ. ibidem.
Caſſes Azotiuſ. ibid.
Caranuſ Lyciuſ. 557
Callipiuſ Ampeiuſ. ibid.
Chrizelluſ Iſmariuſ. 662
Chioruſ Lyduſ. ibid.
Celebiſ Lariuſ. 557
Cinogiuſ Cadiuſ. 558
Ciniggiaſ Landuſ. 558
Ciacha Maſſiliſ. 562
Celebiſ Napauſ. 563
Celebiſ Chiuſ. 559
Celebiſ Perynchiuſ. 557
Chioruſ Lyncuſ. 561
Cumiuſ Antheriuſ. 561
Curmiuſ Barçenſ. 562
Coziuſ Cinitiuſ. 558
Cuſtiuſ Maſciliſ. 562
Cumiuſ Phalagaſ Phrygiuſ.
 562
Cuſſeſ Samiuſ. 562

Curtatiuſ Sætopiuſ. 563
Cuaiggiaſ Enyæuſ. 561

D

Deuſ in ſe. 192. de diui-
 næ naturæ vnitatē.

192.

Dona Dei contra vitia. 233

Dandoluſ. 569

Dardanuſ in gener. Auſtr.

149. ibid.

Dagubertuſ in gener. Auſtr.

338

Dagubertuſ Secunduſ in ea-

dem. 339

David Imperialiſ. 570

Daniel. 573

Daniel alter. 573

Drazziuſ. 565

Didacuſ Monædiuſ. 612.

664.

Didacuſ Hennicheziuſ. 525

655.

Dæmorgorgon in gen. Auſtr.

332.

Diocleſ in gen. Auſtr. 335

Donatuſ. 565

Delagiuſ. 537

Dodiuſ. 572

Duceſ Neapolitani. 663

Duceſ Eruſci. 650

Duceſ Lygureſ. 663

Dardaganuſ Oxonteuſ. 562

occidit. 562

occidit. 562

occidit. 562

Franciscus 453. 483. 601. 602.
 p. n. Teucros, & Praxillum.
 610. 617. 662. 665.
Ferdinandus Carrafa Diome-
 dis. 457. 534. 601. 611. 617.
 662. 665.
Ferdinandus Bisballius. 534.
 646.
Ferdinandus Caracciolus. 663.
Fidei nostrae laus. 286.
Fingorius. 325.
Fabius. 365.
Flavius Iustinianus in gen.
 Aust. 354.
Flavius Leonius in eadm.
 254.
Florentia submititur magno
 Duci Mediceo. 47.
Fortuna quae ex aescupia, quae
 ritur contra Austriadem.
 60. horreatur Halym ad bo-
 lum. 79. eius varietas.
 40.
Franciscus Sanctus laudatur
 & invocatur. 446. 386. de-
 fendit Austriadem in bello.
 621. 639.
Franciscus Maria Rucceres.
 456. 531. 569. 597. innadit
 Mammium. 608. sternit Tur-
 cas. 609. 616. 629. lacesci-
 tur ab Augillo. 629. & oc-
 cidit illum. 630. 661. 665.
Franciscus Carrafa Diome-
 dis. 457. 534. 661. 619. 617.
Franciscus Rex Galliae, capi-

Franciscus Bragadenus su-
 det bellum contra Teucros.
Franciscus frater Aladri orat
 pro salute Austriadum. 310.
Franciscus. 572.
Franciscus in acie. 565.
Franciscus alter in ac. ibid.
Franciscus alter in ac. 566.
Franciscus alter in ac. ibid.
Franciscus alter in ac. ibid.
Franciscus alter in ac. 571.
Franciscus Bonavidius. 569.
Franciscus Maliperus. 571.
 640.
Franciscus Spizza Dux Me-
 diolani. 46.
Federicus Dux Saxoniae
 eius gesta. 52. & inde.
Fredericus Imperator
 gen. Aust. 116. 311.
Fredericus Comes Palati-
 nus. 311.
Fredericus. 360.
Fradellus. 360.
Franchus in gen. Aust. 326.
Fulvius Caracciolus. 603.
 665.
Turca.
Farcates Duceus. 163.

Gabriel Angelus defen-
 dit Marcum Antonium
 Columnam in bello.
Galbon in gen. Aust. 341.

Gabriel. 568
Gorus. 572
Gaspar Toraldus. 534. 601.
 617. 664.
Gaspar Maliperius in acle.
 590.
Gabriel Sotus. 525. 611
Garzias. 586
Gabriel Serbillontus. 533.
 603. 611. 664. 665.
Gathorum Reges contra he-
teticos. 571
Gambus in ac. 572
Gabriel alter in ac. 571
Genua discordia vexatur.
 75.
Georgius alter. 565
Grimaldus. 570
Georgius alter. 570
Gregorius. 567
Græcorum calamitates. 35.
 194. dolefit de recessu Au-
 striadz. 480
Gradenicus. 570
Granuel hortatur Austriadē
ad bellum. 59
Gregorius Sanctus in gen.
Austr. 153
Guntramus in gen. Austr. 342
Guntramus in eadem. ibid.

Turcz.

Geneologia Orhomanorum
& gesta. 159. & inde.
Gens Turcarū diffidijs Chri-
stianorum vecta ad impe-
rium. 342

Ganimedes in gen. Oen. 159
Galathus Argiurus. 558
Giaerius Myghonius. 560
Giafer Messenius. 566
Genuifus Lamius. 557
Giaurius Ascræus. ibid.
Gerostitis Scitimus. 558
Giafer Pyllus. 559
Giafer Sygeus. 558
Giafer Moloffus. ibid.
Giafer Tagasta. 562
Giafer Macæus. ibid.
Giafer Diagrius. 563
Gestmannius Patauensis. 561
Giafer Mindius. 561
Giafer Cabræus. 556
Gretrus Samius. 557

H
Heber in gen. Austr. 332
Hector Spinola. 533.
 568. 598. 602. 617. 665.
Hercules Balthotta. 569
Hornestus in gen. Austr. 156.
 344
Helenus in gen. Austr. 338
Heroes Melitz moriuntur.
 650.

Henricus in gen. m. Car. Q.
 42.
Henricus 2. & 3. in ead. 42
Henricus Corduba 524. 655.
 567.
Hieronimus in ac. 508
Hieronimus alter. 571
Hiltlerius in gen. Austr. 340

Homines trumna, vitia, peccata, & contra talia diuina auxilia. 224. & inde.

Honophrius. 586. 664.

Horatius Caracciolus. 543, 613.

Horatius Virgilius. 532. 646.

Horatius Carrafa. 534. 646

Horatius Fisolus. 566

Honoratus de Sylua. 524

Julianus. 568

Hereses. 282

Turca.

Halys Dux classis Turcarum

80. reuocat suos à bello.

83. complet naues militibus

94. turbatur gestis Austriadae in Achaia 320. inuadit Methonè, & sibi gesta eius 498. scruat cõtra Christianos 504. vocat concilium 505. suadet bellum nauale 506. sedat discordias suadens bellum 547. censet cathalogum exercitus 549. 559. exorat victoriam. 577. accedit suos ad pugnam 595. contra Austriadem. 607. 620. 636. non desperat victoriam, sed vitam. 665. suadet Austriadae deditonem, ac læcessit 668. pugnat cum eo, ibid. tandem prosternitur. 609. moritur 670.

Hallas Mynius suadet bellu, spernens Christianos; 12.

558. 602.

Haluaggius Meomius. 1559

Hassan Celenus. 519

Hassan Lycius. 563

Hidirus Chius Rector subsi

dij. 563

Hidirus Agathenus 562

Hidirus Bateæus 556

Hidirus Marmæus. ibid.

Hidirus Athomæus; 557

Hector in gen. Otho. 159

Hupridius Nysius. 561.

I

I Areth in gen. Aust. 330

I Ierar in eadem. 332

Ioanes Austriades Dux christiane classis discedit Messana 32. laudatur 37. accedit Parthenop. 39. laudes eius 58. 60. 64. 113. 115. 139

144. occurrunt ei nymphæ

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

144. occurrunt ei nymphæ

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

63. firmat pacem cum Vennero Veneto 66. discedes Messana. orat 91. iactatur tempestate 119. accedit ad Achaiam 128. monetur in somnis à B. Vir. 138. excipitur Methone cõ triumpho 136. desideratur Rex à Teucris, & Graijs. 115. 189. orat ante crucem. 293. respuit coniugium propter disparem cultum. 298. spernit omnia propter Christum. 299.

Obstupet pulchritudine
 Laurence. 303 in gen. Aust.
 345. narrat socijs dicta.
 Alandri. 348. monetur a
 patre in somnis de recessu.
 453. narrat socijs diuinos
 monitus. 461. orans venia.
 solatur dolorem Laurence.
 472. solatur dolorem Gra-
 iorum. 481. poscit ab Ari-
 sta ultimam veniam. 485.
 accedit ad Coryram. 488.
 dolet incendio sacri tem-
 pli. 490. vocat concilium.
 491. instruit exercitum. 865.
 inuocat B. Vir. B. Franci-
 scum, & superos. 496. spon-
 det vindictam Graiorum.
 504. laudatur. 521. in acie.
 568. exorat victoriam an-
 te crucem. 577. hortans suos
 ad bellum. ostendit crucem.
 580. dat libertatem dam-
 natis ad eremos. 585. co-
 cedit prædam militibus. 582.
 prosequitur orationem
 ante crucem. 584. inuocat
 B. Vir. & B. Franciscum. 586.
 accendit pugnam. 594. pu-
 gnat. 596. sperat victoriã
 mutatione ventorum. 596.
 597. sternit Teucios. 600.
 607. 612. 608. hortans suos
 ascendit prorã Halys. 619.
 relinquitur a suis in regia
 Halys. 634. lassens occi-
 dit Morabegium. 635. obsi-

sit. ispitus. 637. 656. 665. 71
 lassensitur ab Haly. 667. pu-
 gnat cum eo. 668. spondet
 eidem pacem, si conuerta-
 tur. 669. potitur victoria.
 670. laudat sanctum no-
 men Iesu. gratias agens.
 670.

Ioannes B. Parmensis defen-
 dit Farnesum in bello. 591.
 Ioannes B. a Capistrano de-
 fendit Franciscum Mariam
 Ruuerensem in bello. 591.
 Ioannes Andreas. Doma. 456.
 513. 520. cingit classem
 Turcarum. 605. ingreditur
 pugnam. 615. sternit Teu-
 cros ibid. exposcit Ocy-
 lum. 616. 624. 653.
 Ioannes Primus, & secundus
 in gen. M. Car. Q. 42.
 Ioannes Mastrillus. 534. 604.
 665.
 Ioannes Gusmanius. 524. 612.
 Ioannes Osorius. 525. 665.
 Ioannes Sotus. 525. 612.
 Ioannes Cardineus. 525.
 Ioannes Valschius. 525.
 Ioannes Contarens. 566.
 Ioannes Cardona. 525. 570.
 606. 654. 667.
 Ioannes Carrata. 571.
 Ioannes alter in acie. 571.
 Ioannes alter in acie. 571.
 Isabella in gen. M. Car. Q.
 42.
 Innocus in acie. 566.
 Indo.

Indorum conuersio. 274
Iulius Centurio. 271
Idola, & errores infidelium.
 235
Idē in mente diuina. 199
Imago Trinitatis. 204
Indulgentia; & thesaurus ec-
clesiæ. 276
Inferni poenæ. 279
Iudicium vniuersale. 282
Iuppiter - Athenus in gen.
Aust. & gesta 149. & 333.
Iulianus Imperator in gen.
Aust. 154
Iulius Cæsar in gen. Aust.
 154
Iustinus in gen. Aust. 153
Iustinus aliter in eadem. 153
Iustiniani tres in gen. Aust.
 154
Iulius Syllus in gen. Aust.
 159
Iulius septimus in gen. Aust.
 152
Iulius Cæsar. 344, 346
Turca.
Iagius Nemaus. 561
Iaigius Cynnus. 558
Ignisus Opuntius. 561
Ius in gen. Othom. 159
Iustus Cælaris. 560
Iulius Calcedicus. 562
Iuzerellus Cytheræus. 563
Iunizius Phrygius. 563
Iuzellus Magarsus. 561
Iulius Aradius. 558

L **Vdonicus Sæctus defen-**
dit Paulum Vrsinum in
bello. 596
Leopoldus Sanctus in gen.
Austr. 156. 344.
Læto Bonus in cruce. 265
Limbus Sanctorum Patrum,
& puerorum.
Lamech in gen. Austr. 331
Laurena sibi Halys 115. 118
289. 290 orat nuptias 288
orat in templo 301. orat
B. Vir. 464. quæ apparet ei
in somnis 465. accenditur
amore Christi 466. recen-
set matri monitis B. Vir.
470. queritur de periculis
Austraciæ, ibid. dolet de
recessu eius. 476. ostendit
supremum, & sanctum.
478. mæsta redit Byzantiæ
501.
Landius in acie. 571. mori-
tur.
Lasagnus in acie. 591
Laurentius in acie. 571
Lantgrapius, & eius gesta.
 52.
Lerzius in acie. 566
Lippomanus in acie, ibid.
Lyores occiditur. 434
Loredanius 640. moritur.
Lopezius in acie. 569
Lopezius Figaroa. 524. 612.
ardescit succurrere Au-
striacæ

striadae. intrat Regiam Ha
lys.

Lutetia Parisiorum libera- tur.	74
Luthardus in gen. Aust.	348
Lucius in gen. Austr.	192
Ludouicus in ac.	566
Ludouicus alter.	571
Luchinus .	573

Turcz.

Lucifer queritur. 98. 102. de- scribitur 104. contra ge- nus Austriadum 106. con- tra Deum in celo 205. cō- tra Christum in deserto. 248. contra Austriadem. 308. 327.	
Lazius Abdula.	563
Laomedon in gen. Othom.	159
Luhumagus Scodrius	560.
Luchmagius .	557

M

Maria Virgo invocatur
31. eius conceptio im-
maculata 218. laus eius.
239. apparet Austriadæ in
somnia 130. dirigit aspe-
ctu filij baiulantis crucem
264. deflexit mortē filij 269.
orat Filium pro victoria.
586. descendit prope clas-
sem Christigenam. 591.
Marcellus filius Mādri refert

Austriadæ facta. Mechone
post eius discessum 497. in-
bello. 612. 619. 634. 657.
664.

Malalehel in gen. Aust.	330
Mathusalem in gen. Aust.	331
Marcomirus in ge. Aust.	334
Marcomirus 2. in ead.	335
Marcomirus 3. in ead.	336
Marcomirus 4. in ead.	337
Marcomirus 5. in ead.	339
Marcomirus 6. in ead. ibid.	
Mauritius perimitur.	56
Maximilianus in ge. Aust.	156
344.	
Marcus Antonius Columna.	
457. 533. 568. præliatur.	
597. cōtra Portanum. 608.	
effundit vulneratum. ibid.	
dissipat socios illius 509.	
occidit Trallen. 613. 620.	
capit triremē Portani 613.	
occidit Cassilem 641. 663.	
665.	
Marcellus Mastrillus. 334.	
604. 650. 665. inuadit.	
Marcus Antonius Quirinus.	
567	
Mamettum .	
Marchettus in ac.	567
Martinus Caydes.	569
Martinus Padillia.	534
Marcellus in ac.	570
Marinus .	571
Marcu in ac.	565
Marcus alter in ac.	571
Marcus Cicogna.	574

Mar-

- Marcellus Doria. 332
 Marcellus in acie.
 Merodocus in gen. Austr. 339
 Meroueus in in gen. Austr.
 ibid.
 Messana describitur. 65
 Methone describitur. 158
 Melita liberatur. 70
 Metellus nuntiat aduentum
 classis Turcarum. 575
 Metellus in ac. 567
 Medranus. 570
 Mezzius 571: moritur 649.
 Mellantius Garonius. 572
 Mealtius. 592
 Metellus in subsidio. 573
 Michedus. 573
 Michael Archangelus defen-
 dit Austriadē in bello. 590
 639
 Michael Morcadius. 524
 Michael Zabatta. 524
 Michael in ac. 566
 Morillus. 252
 Mozenicus. 569
 Morus in ac. ibid.
 Morettus in ac. 570
 Morilus in ac. 573
 Molinus in ac. 566
 Mongiua in ac. 569
 Morlettus in ac. 567
 Munera Austriadē.
 Mutius in gen. Austr. 352
 Turca.
 Mammetus Ismarinus filius Ha-
 lyls. 539. laceffit Canolētē
 sed sternitur ab illo 655.
 donatur vita precibus sey-
 ni, ibid.
 Mammetus præses Euboie dis-
 suadet bellū nauales; exal-
 tans Christicolas. 518. re-
 censer cathalogum exer-
 citus Christi. 558. 586.
 Mammetus in genea Othom.
 176.
 Mammetus Garapheius. 560
 Mammetus Phrygius. 560
 Magrillus Nymphæus. 557.
 Magiar Farcatur Achæus.
 558.
 Magiar Sygæus. 558
 Mammus Scirfus 562
 Maglius Alphæus. 562
 Mazzurrus Prufius. 557
 Mugiar Zulfuffas Iconius.
 556.
 Mammius Aneius. 557
 Mallenus Græcus proditor
 Salaminis. 586. 389. incen-
 dit horrea Marcia. 406
 Musfatallycius. 657
 Morabegius contra Graios.
 501. laceffit Austriadem.
 655. occiditur ab illo. 636
 Morattus Taulantius. 665
 Morattus Aethicus. 563
 Mammetus Lesbicus. 539
 Morattus Phælius. 563
 Morus Pelethronius.
 563.
 Moilus Dassinus. 558
 Moastes Cantor recenser
 ori-

origines Austr. 119 Tur-
carum, & Othom. Regum
119

Muratus Landofus. 163

Muratus Sabazus. 157

Musatus Cerynthius. 158

Mustas Lesbides 390. spon-

dat pacem Cyprijs. 413.

decipit Christicolas. 422

illudit busto Astoris. 435.

explorat fidem nostram

Antonio Bragadeno. 438

celebrat exequias filij. 442

suadet bellum navale. 507

602. policit pacem a Nesto

re. 623. occiditur ab illo.

624.

Mustas lelegis. 560

Mustas Arabi. 559

Mustas Agathasus. 556

Naves Christicolarum.

574

Nembroth in gen. Austr. 322

Nestor, Martiengus aduenit.

Methone. 383. affatur Au-

striadem. 381. narrat exerci-

cium Salamitis. 396. lega-

tus ad Mustas. 411. que-

ritur de morte Astoris, &

faciorum. 415. oppugnat ab

Astora. 410. in ins. fugit. 415.

appulit in Cretam. 416. in-

de Methone. 416. in ins. dufolam

nis ab Astora. 415.

602. Occidit Mustas. 624

623.

Neapolis describitur. 38. ob-

lecta. 46. reconciliatur. 574

Nice policit victoriam Austr.

a Christo. 452

Nicander in gen. Austr. 337

Nichimerus in gen. Austr. 337

Nellius in subsidio. 573

Nigronus. 569

Nymphæ lætæ prædicunt vi-

ctoriam Austr. 601

Nicolaus Grimaldus. 574

Nicolaus Costa. 574

Noë in gen. Austr. 337

Nabbantius Parthenius. 558

Nassippia: Dea fortuna Tur-

carum. 60

Nassulus Tyrius. 558

Nasis Manufus. 601

O Rigo materna Car. Q.

& gesta. 392

Origo Austr. & gesta. 149

Origo classis Christiadum. 364

Orrifinda in gen. m. Car. Q.

Orión in gen. Austr. 332

Obertus Primus, & Secundus.

in gen. Austr. & gesta. 342

Olybrius in gen. Austr. 153

Otho in gen. Austr. 343

Orionius in gen. m. Car. Q.

549

Or-

Ordonius secundus in gen.
 mat. Car. Q. 41
 Odomarus in gen. Aust. 337
 Obertus in gen. Aust.
 Oxeda. 571

Turca.

Ordo classis Turcarum in bello navali. 556
 Origo Othomanorum. 165
 Ocyalus suadet bellum navale. 517. 563. imitatur Andream Dorian. 606. obstupet accessu eiusdem. 615. videns stragem cecorum, queritur 645. intradit praetoriam Melitae, ibidem; dat stragem Christicolis. 644. fugit dolens. 641. felicem dicit Austriadem. 652.
 Oglus Hippinus. 560
 Occus Lesbicus. 558
 Oglus Nabatheus 557
 Ogus in gen. Othom. 160
 Orcannes in gen. Otho. 166
 Orcannes secundus in ead. 172.
 Othomanus in gen. Othom. 165
 Oceanus Styrius. 558
 Oceanus Lagaeus. 556
 Olicetus Pellaeus. 558
 Osman Marathonius. 560
 Osman Nerittus, ibid.
 Osman Rynaeus. 559
 Osman Amassius. 557

Osman Cillenius. 562
 Osman Abydentus. 562
 Osman Mondicius. 556
 Osman Gabaterus, ibid.
 Oscius. 611. 617.

P.

Pater alloquitur filium de salute humani generis perficienda. 279. concede victoriam Austriadae. 589. confedit in media arce benigne spectans classem Christigenum. 590.
 Personae Patris in divinis quomodo constituitur. 195
 Productio filij in divinis. 195
 Processio Sp. Sancti. 196
 Praedestinatio. 199
 Peccatum originale. 218
 Prima dies. 211
 Praedicatio Apostolorum. 278.
 Purgatorium. 277
 Pax inter Christiades. 58
 Pij Quinti Sum. Pontif. Maus 36
 Paulus Iordanus Ursinus, 456. 532. 569. 606. 617. 12. cessit ad Apiano 624. occiditur illum. 627. 664. 665.
 Paulus Sforzza. 533. 611. 617.
 Pagatus Doria. 532
 Paulus in aere.

Petrus in gen. m. Car. Q. 43
Petrus Leonius in gen. Aust.
 154
Petrus Leonius Secundus in
eadem 155
Petrus Leonius Tertius, ibi-
dem.
Petrus Lomellinus. 567
Petrus Iustinianus. 570
Petrus Buas. 571
Petrus alter in ac. 373
Pelagius in gen. mat. Car. Q.
 39.
Pelops in gen. Austr. 333
Pelleranus. 567
Philippus Primus in ge. Auf.
 42. 156. 344.
Philippus Secundus. 36. 37.
 87. 101. 111. excipitur triū
 phis 55. coronatur, ibidē.
 ducit uxorem Reginam
 Britannorū 56. vita, & ge-
 sta eius 67. in gen. 156. 343
 moritur. 78.
Philippus Tertius in ge. Auf.
 & laudes eius. 111. 157.
 345. 107. 157.
Philippus Hæredius. 523.
 612. 619. 624. 657. 665.
Philippus Langravius. 52
Philippus Doriz gesta. 569
Pharabertus in ge. Aust. 338
Pharamundus in gen. Austr.
 339.
Phasila in gen. Aug. m. 39
Phroyla in gen. Aust. m. 39
Phronim in gen. Aust. 153

Pompeius Columna. 532
Prosper Columna. 532
Pompeius Caracciolus. 532
Priamus in gen. Aust. 334
Principium pugnae. 576. 595.
Pugna Quinqueremum. 592
Pugna exasperatur. 597. in-
 ter regales. 607. crudescit
 generaliter 614. in Regia
 Halys, & 619. 634. 638.
 656.
Pubes latina conscendit na-
ues Threicias in Cypro.
 418.

Turca.

Priamus in gen. Othom. 159
Pazzius in gen. Otho. 164
Pazargius Carpathius. 559
Pasanus Lymesta. 561
Pasmenius Cadmaeus. ibid.
Peruisius Nauplius. 559
Peruisius Pindius. 560
Perinus Inachus. 562
Peruius Pelteius. 561
Peluis Pelusius. 556
Perides Sardous. 562
Prostunages Trauanus. 558
Portanus dissuadet bellum
nauale. 546. 559. hortatur
 suos contra M. Antonium
 Columnam. 608. funditur
 ab illo vulneratus, ibid.
Pyrachmon narrat Lucifero
& socijs gesta in Achaia
inter Austriadem, Ten-
eros, & Graios. 309. &
 inde,

I N D E X.

Quinqueremes in acie. 572	Rudefius Mendozza. 524
ineunt pugnam. 592. de-	Rudoricus Bonauidius. 525
ordinantes dissipant clas-	Rudoricus Mendozza. 524
sem Turcarum. 594	Turcæ.
Turcæ.	Ramran Cemonius. 561.
Quireccius Cymmerius.	occiditur. 611
559	Ryphæi occupant Acia. 161
R	Rommeus Rhamnuffies.
R Adepotus in gen. Au-	560
str. 342	Rustanus Getulus. 560
Radipoterus in eadem. ib.	S
Rammirus in gen. m. ear.	S Acrameta Ecclesiaz. 273
Q. 40	Sp. sancti missio. 277
Rammirus secundus. ibid.	Scientia Dei. 203
Rammirus tertius. ibid.	Sanctus in gen. mat. car. Q.
Rampertus in gen. Austr. 341	40
Ratherius in eadem. 337	Sancius secundus in eadem.
Raphael Arcangelus defen-	41
dit Sebastianum Vuane-	Sanctus tertius. ibid.
rium in bello. 590	Sancia in eadem. ibid.
Raphael Marrëfis. 457. 534	Salazzarius. 521
Ratherius in gen. Austr. 341	Saffinus. 563
Refurrectio vniuersalis.	Sales in acie. 572
Regia Austriade vexatur	Salerni Princeps contra pa-
bello.	triam, sed fugatur. 58
Ridulphus primus, & secū-	Saulus Bindinellus. 567
us in gen. Austr. 433	Santobius. 570
Riuallus. 565	Strafoldus. 570
Roma capitur. 45	Samæi vexantur bello. 81
Vexatur bello. 67	Sale in gen. Austr. 332
Rodulphus in ge. Austr. 234	Sem in eadem. 330
Rohmagassus. 534. 611	Sem in eadem. 331
Rocca in acie. 567	Sebastianus Vennerius hor-
Rödacchius occiditur. 434	tatur Austrialem ad bel-
Roberthus in gen. Austr. 341	lum. 66. orat in tempesta-
Rubbius in acie. 571	te. 123. 568. in bello. 597.

I N D E X.

- 602.618.657
Sacessitur ab Hidiro, ibid.
 & occidit illum. 661
Senogherius. 568
Sinibaldus in gen. Aust. 339
Sigisbertus primus in gen.
Austr. 340
Sigisbertus secundus in
gen. Aust. 341
Serenus in gen. Aust. 152
Sylvius recuperat triremē
Barbariciferē oppressam
à Niligenis. 659
Sirene in acie. 573
Solonia in gen. m. car. Q. 40
Socij Austriadæ ardescunt
succurrere resisto. 643
Sforza. 456. 532. 567. in bel-
 lo. 600. 617. **Sacessitur ab**
Amatto. 631. **occidit il-**
lum. 632. 661. 665
Stephanus Leonius in gen.
Aust. 155
Surius. 570
Strozza devictus. 69
Stollus. 571
Summonius in gen. Austr.
 337
Superantius. 570
 Turcæ.
Sarij dicti sunt à fares pag.
 165
Salaccus Cynthus. 559
Saah Daruisius. 560
Sachas Medonius. 557
Selymus in gen. Othon. 181
Selymus secundus in gen.
Otho. & gesta. 188. **quæ-**
ritur propter nuntium
classis Christianum. 95.
Obstupet rebus gestis
Methone. 448. **solatur**
vxorem, 451
Sarmusa Pleuronius. 561
Seynus Ismarius filius Ha-
lys. 559. **in bello bozerat**
vitam fratris. 655
Saralus Criassus. 559
Saraffus Rhodius. 557
Santaggius Tyrius. 563
Sarigius lampæus. 563
Seriffus Biorat contra Au-
strialem. 322
Seinius Mænalius. 560
Serafus Canopæus. 556
Serbectius Symnadius. 558
Seynus Psillius. 562
Sertus Nassus. ibid.
Sinanus Rhodopeius. 559
Siloccus Pharius dissuadet
bellum. 546. 556. **in bello.**
 598. **occiditur à Barbari-**
co. 658
Sinan lydius. 557
Sinan Cyrtheius. ibid.
Sinan Strymius. 560
Sinan Chaonius. 563
Sinan Doricus. 562
Sinamus Tyrius. 557
Sirzinus Ismenus. 561
Scjaban Mymnedius. 557
Scandētius Ambracius. 557
 Scander

I N D E X.

- Scander Aspius.** 560
Sciacheius Napæus. ibid.
Sciabanus Cednomius. ib.
Sciabanus Arabs. 562
Sciander Cabrius. 562
Solaccus Parrhasius. 559
Solymanus in gen. Otho.
 162
Solymanus secundus in
gen. Othom. 186
Solymanus Martei. 556
Solymanus Achæus. 560
Solymanus Thracius. 563
Solaccus Bassius. 557
Sufamus Troius. 563
- T**
- Tantalus in gen. Aust.**
 333
Tentatio Euz. 216
Tentatio Adæ. 217
Tempus & signa aduentus
Christi in mundum. 238
Tépeftas 119. Sedatur. 125
Theudubertus in gen. Aust.
 340
Theodomirus in eadé. 339
Telantius in gen. Aust. 152
Thermesius deuictus.
Tolphius. 534. 617
Thomas. 569
Turreus. 571
Trous in gen. Aust. 150
Turcæ.
Tramontana Thracius. 560
Taterus Tanæus. 557
Talitagus Edonius. 563
- Tattarus Amaxius.** ibid.
Thamifius Apher. 561
Tafcius Michaleius. 561
Tarninus Hibrachin. 557
Tchedellius Caspius. 561
Telmes explorator narrat
Coriceo gesta classis Tur
carû. 79. Haly difceffum
classis christiane à portu
Melfanz. 90
Tralles hortatus suos cõtra
M. Antonium colunam.
 609. Occiditur ab eo. 613
Threicij turbantur nuntio
Classis Christ. 32. 95. fa
ma Regis Austriadæ 519.
laudantur. 548. exultant
visa Classe Christ. & sper
nunt eos. 538. fugiut. 661
- V**
- Vaschezius.** 568
Vasquezius in subfi
dio. 574
Vestigium in creatum. 204
Veromandia infestatur. 68
Vetus in fauoré Christ. 591
Veneti laudantur. 456. 534
Vennerius. 568
Venderius. 567
Victoria Angelorum. 210
Victoria prædicatur. 64. 71.
 113. 454
Viginus Vrsinus. 532. 1154
Vincétius Carrassa. 457. 534
Vincentius Turtauilla. 534
Vincentius Quiricus. 660
- X 2 Vranus**

I N D E X.

- Vranus** in gen. Aust. 332
Vualterius in gen. Aust. 338
Vuarnerus in eadem. 343
 Turcz.
Vstrafaganns Podargus, 561
Vngrutius vastat Salaminā.
 387. Occiditur à Braga-
 deno. ibid.
 Z
 Turcz.
Zambullius Samothra-
 cius. 561
Zoylus in gen. Othon. 160

Carolus Quintus, gesta
 eius. 43. & inde laudes eius
 43. 137. 143. 156. 344. 521.
 coronatus: persequitur lu-
 therū. 42. subdit Hispanos
 rebelles: expulit Gallos à
 Vasconibus: capit Torna-
 cum: reuocat Franciscum
 Sforzam ad dictionem In-
 subrium: eius victoria con-
 tra Gallos, & Heluetios; ac-
 quirat, & conuertit Indos.
 43. Altera victoria contra
 Gallos, & capit Frânciscum
 Regem Gallorum laceffit il-
 lū singulari certamine. 44.
 gemit excidio Romæ: 45.
 altera victoria contra Gal-
 los, & Venetos componit
 fædus cum Gallis. 46. coro-
 natur Bononiæ: fugat Soly-
 manum à Pannoniæ. 47. li-
 berat Cheronem urbem
 Achaïæ. 32. capit Gdetam.
 33. ciet bellum contra Ar-
 riadenum, & Tunissam. 33.
 fugat iterum solymannum,
 iterum cõponit fædus cum
 Gallis: frænat Gaudauum;
 mouet bellum in Algenem.
 49. restituit proprio Regi
 regnum Tremissenū: refræ-
 nat Gallos apud Ruffinum,
 Illiberim, & Romandiā. 50.
 Victoria contra Gallos, &
 Eburones: benigne recipit
 Gulielmum; conciliat Mo-
 rinos; premit Gallos; com-
 ponit fædus; & conciliat
 Germanos. 51. mouetur bel-
 lum contra ipsum in Ger-
 mania. 52. superat ducē Sa-
 xoniæ, & Lantgrauium. 53.
 conciliat iterū Germanos.
 54. mouetur bellum à Gal-
 lis contra ipsum. 55. à Prin-
 cipe Salerni cõprimit Bel-
 gas; cedit Regna filio. 56.
 Imperium fratri. 57. oratio-
 ni intentus se recipit in so-
 litudinem; coronatur tan-
 dem in cælis. 57. apparet
 filio in somnis. 453. lauda-
 tur à Manietto. 521.

F I N I S.

**Errores, qui ex authoris absentia huic operi
irreperunt.**

Pag. 5. eorum, correctio. earum fuerit, fuerit. 8. solues, sol-
 uas. 9. iniquorum, inimicorum. 14. domorum, donorum, et
 nomine, nomini. 26. magnificentia, magnificentiam. iuua-
 nas, iuvenes. 28. laudem, laudum. cælicadum, cælicolum.
 31. Aequorei, Aequorei. 32. aduersus, aduersis, concynthi
 cocynthi. 36. effoq; , effoq; . 39. diademata, diadema-
 te. 48. faea, fata, iu, in. 52. maguanimum, magnanimumque
 52. cæcis, cæsis. 54. furibundam, furibundum. 56. Gallisque;
 Gallosque, honore, horrore. 58. æque vi, æquæui, iuuenis,
 iuvenes. 59. præcessit, præcellit. 62. iferetur, feret, confita,
 concita. 64. leuentæ, leucate. 65. decem, ducem. 66. audis-
 simus, audiuimus. 69. priscique, priscisque, socrum, sociû.
 72. Romæ, Romanæ. 73. inuictu, inuictus. 82. Inunquam,
 vnquam. 82. læcertis, lacertis, 84. dictos, diuos. 87. solueret
 soluerat. 89. rexit, vexit. 96. victos, victus. 97. duce, duce
 te. 100. cæsisque, cæcisque. 102. num, nam, 103. ignem, al-
 tos. 107. infectus, infestus, fertis, scitis. 108. Aelus, Aolijs, ne-
 ni. 109. sub, sed, niortis, martis. 111. auris, ausis. 114. reuer-
 sat, recurfat. 116. Crymianthæam, Erymianthæam, dona,
 poma. 117. Thelarum, Thebarum. 119. insania, insana. 122.
 doloribus, dolonibus. 123. læto, læso. 128. laceffisti, laceffi-
 ti, sudis, subis. 133. sydere, sydere. 134. pertendi, portendi.
 141. filula, fibula. 162. nec bellorum, nec enim bellorum.
 163. laboris, labores; furore, funere, cruci, truci. 166. sefa-
 sten, sebasten. 182. fatalem, fatalem. 184. Peletronix, Pe-
 letronix. 189. victæ, vitæ. 194. pariceti, pariterque, opti-
 mo, optima. 196. nullam, nullum. 201. campos, compos.
 215. quascunque, quamcumque. 219. mentibus, mēsisbus.
 220. iuz, seu. 222. viuēt, iuuent. 223. magister, minister.
 224. paterno, fraterno. 237. impleuerat, implerat. 246. ac-
 cedere, præcedere, deorum, decorum. 247. mitissimas, mi-
 tissimus. 155. ingressum, ingressumque, in fame, in farre,
 horæ,

horæ, hora. 266. uumē, numen. 267. patresque, fratresque.
 275. offi, ofci. 278. ingretus, ingratus. 283. euro, eurus. 286.
 etiam, etiam, partus, partus. 289. fulcro, fuluo. 290. promit-
 tit, præmittit. 291. dignus, dignas. 295. colloquisque, col-
 loquiisque. 303. pulchri comas, pulchricomas. 306. exaro,
 exoro. 310. tartareos, tartareis. 315. natum, uatura, reorum
 deorum. 335. altus, altis. 336. Merodorus, Merodorus. 338.
 frustra, frustra, nomen, sic vbique. 340. fertis, sortis. 363. fir-
 mi, firmæ. 389. Instat, instat. 391. suo, ruo. 402. secretò, seor-
 sum, urbem, orbem. 407. venit, duxit. 409. subsidijs, subfi-
 dij. 413. othomanos, othomano. 414. belloram, bellorum.
 416. fæderis, fædera. 417. remiscit, remisit, conuiximu, con-
 uiximus. 421. incæptia, ineptia. 428. cruci, truci. 429. linge,
 longe, impeti, impetit. 430. subtit, substitit. 432. cororis,
 coronis. 433. num, nunc. 434. ferra, ferrea. 436. liçtora, lu-
 mina. 437. possumus, poscimus. 438. augens, augment. 441.
 liçtora, littora, sic vbique. 442. pestore, peçtore. 445. præ-
 mimus, preminimus, sic vbique præcibus, precibus, sic vbi-
 que lacrymasqui, lacrymasque. 446. eximij, eximijs. 450.
 obscæna, obsceno, obscæno, obscæna. 453. paterna, frater-
 na, quies, quies. 444. immista, immota. 456. vulcu, vultu.
 457. incita, inclyta, pairas, patrios. 460. guttis, guttis, mini-
 ma, numina. 464. Austria deosto, Austriadæ posco, magi,
 magis, ix, vix, rut ilans, rutilans. 466. ascendens, ascendes,
 verius, verus. 467. adoret, adorat, hostris, hostis, dū, diem.
 468. hæcitat, hæfitat. 470. paterternus, fraternus, ponte,
 poto. 473. firan, firmum. 474. auferce, auferet, inuitus, in-
 uitus. 475. immense, immensa. 476. mense, mente, egone,
 ergone. 478. cursat, versat, anima, animo, accellar, auellar,
 habens, habeas. 479. veras, vitas, clapem, classem. 480. du-
 rarum, duarum, victas, victa, circumtanque, circumstana-
 que. 481. vnanimas, vnanimes. 482. paternus, fraternus, vo-
 bis, votis, bitatis, litatis. 483. imbræ, imbre, viris, curis. 484.
 eupreme, supremo. 486. mutrice, murice, auspicij, hospici-
 j, tuis, eois. 487. alme, almæ, ore, oræ, 490. lætitia, lætitia.
 491. extorquent, extorqueat. 492. disponunt, disponant.

493. ipſius, optimus. 494. ſancta, ſacra vbera, Ibera. 496. ſui
 cui. 497. viuit, vicit, dicitis, dictis. 499. deorum, deorū. 504.
 auri, acciri. 506. nunc, hunc duetque, ducetq; . 511. ſper-
 nes, ſpernens. 516. ſen, ſin. 519. pertenta, portenta. 520. la-
 ceſſe, laceſſere, auſi, auſis. 523. ocit, ſocij. 541. Agrægas,
 Agragas, 545. tenees, tenues, 549. Pympa, Pympla. 511. Nau-
 pactus, Haupactus. 554. Cay'teri, Cayſter? Nabathean,
 Nabatheaque. 559. Poſtanns, Portanus. 562. Archiuus, A-
 chiuus. 564. Canolus, Canalus, ſic vbique. 565. æquora.
 æquora hūc, huic. 575. auendit, accendit. 567. mortisque,
 martisque. 580. hic, hūc. 581. quippe, puppe. 582. patrisq;
 patriſque. 586. vertice, vortice, hac, hoc. 590. comitance,
 comitante. 591. iuitantque. inuitantque. 592. decuper, de-
 ſuper. 593. fundantur, funduntur, vndique, vndiſque mor-
 te, marte, ſubmerſaque, ſubmerſaſque. 594. totumque, to-
 tamque. 595. fatidiſci, fatidici. 596. æſa, æra, nonis, nubis.
 590. Riucaldus, Riualdus. 600. proſtnerat, proſtrarat. 601.
 Peonaldus, Fernandus, nos, hos, Manencis, Marrenſis, Ar-
 nattuſ, Amattuſ, incifoque, inuiſoque lanorius, lanoius.
 604. præmit, premit, Anofenica, Moſenica, Grafer, Giafer,
 Craferus, Giaferiuſ, Darclaganum, Dardaganum. 605. Ha-
 ſteniuſ, Haſtenſis, Tgreiciaſque, Threiciaſque. 606. inferi
 infert. 608. paſſidos, pauidos, mate, marte. 609. par, pars,
 Atoliſ, Aetoliſ, irrupam, irrumpam. 611. Caſamem, Cara-
 niem, Iunius, Ieuius. 612. ſobora, robora, Cardineſque,
 Cardineuſque, Cærilluſ, Carilluſ, glades, glandes. 613. tru-
 nūm, truncum. 614. laceſcit, laceſſit, halēdi, habēdi. 618.
 niſcēt, miſcet, cumitemæ, comitemque focium, ſocium,
 annuiſ, annuit. 619. Thracium, Threiuum, bella, belli, pro-
 rituri, perituri, temunt, temūt. 621. Traciluſ, Thracibuſ,
 viuorum, diuorum, Othrycioſ, Othryſioſ, belluſ, bulli. 623.
 effuſiſque, effuſiſque. 624. exanguē, exanguē, mentuſque,
 merituſque, paroluſ, palliduſ. 621. ſoe, oſq. ſocioſque. 626.
 concidere, confidere, laceſcunt, laceſſunt, multique, nul-
 lumque vultuſ, vulnuſ. Dar Aſpanuſ, Aſpanuſ. 627. proſi-
 litit, proſlijt, lucat, leuat, vulnre, vulnere, cæciditque, ce-
 ciditq.

editq. fleuibus, fletibus, Metellum, Metellum, nimium, ni-
 nium, vlcisq. vlcisci, effusus, effusus. 628. vlcisci, vlcisci,
 fune, æ, funere. 629. Ruerse, Ruueres, victorrm, victorem;
 miscum, missum, squanigere, squanigeræ, gustis, guttis.
 631. lacescere, lacescere, annues, annuo, circum, circum.
 632. stinto, sunto, beuictamque, deuictamque. 635. egeris
 egenis, veridæque, validæque. 634. Austriadumque, Au-
 striadenique. 635. diterrens, deterrens, tebello, hoc bello
 Astriadem. Austriadem. 636. Thricij, Threicij, prole, mole
 Archeum, Archeum, Amorabegius, Morabegius, 637. terri-
 bile, terribiles. 638. celtoleque, celticoleque. 630. sustinet,
 sustinet, &. 642. Romutide, Romulidæ. 644. Alybius, ally-
 bicis. 647. corynthia, cocynthia, veberat, verberat. 648.
 Aphis, Aphris, prostrens, prosternens, generorum, genero-
 rum. 649. nocte, nocte. 651. velocior, velocior, falsis, fz-
 licis, ili. illis? 655. tenebat, terebat. 654. Villaruel. Villa Aoch.
 655. Eneterius, Eneteius. 658. concurgunt, confurgunt. 659.
 lumine, lumina. 660. ingreuet, ingrauat, funera, funere. 661.
 hybitios, Bybritios. 663. aemis, armis. 665. læuius, leuius.
 Hispaniæque, Hispaniæque. 666. superi, superis, iam, & iã.
 667. vegant, negant. 668. vndeque, vndique. 670. latæque
 latæque nomin, nome n.

Si qui fuerint alij corrige, candide lector.

Imprimatur.



Petrus Anton. Ghibertus Vicarius Geren.

*Merito Typis hoc opus insigne promulgari debet, usque ad
 sæculi finem egregiè memorabile. Magister Cornel. Ti-
 rob. Prad. Ordinis Curie Neap. Theologus.*



